

Digitized by Google

BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
165
B
15
NAPOLI

XIII. G. 10

Digitized by Google

JOHANNIS PAULI LANCELOTTI
JCTI PERUSINI


INSTITUTIONES
JURIS CANONICI,
CUM NOTIS VARIORUM

PRÆCIPUE ARCANA DOMINATIONIS PAPALIS, EPISCOPALIS, ET CLERICALIS IN ECCLESIA ROMANA DETEGENTIBUS.

IN USUM

AUDITORII THOMASIANI.

PARS QUARTA ET ULTIMA.





CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, *A.* 1717.
PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA RENGERIANA.



INSTITUTIONUM JURIS CANONICI,

LIBER QUARTUS

DE ACCUSATIONIBUS, DENUNCIATIONIBUS, ET INQUISITIONIBUS.

TITULUS I.

Criminalia Judicia non habent aliquid simile cum Civilibus. Et instituuntur per Accusationem, Denunciationem, & Inquisitionem. Et accusationem inscriptio, denunciationem charitativa monitio praecedere debet.

§. I.

CRIMINALIA (1) Judicia (2) nihil ferme simile

TITULUS I.

ad §. *1.*

(1) Criminalia judicia, uti hodie accipiuntur pro illis, quibus poena *Jus Canonicum poenam*

ſanguinis non infert. Arcanum politicum hic latens.

pœna corporis afflictiva decernitur, apud Canoniſtas in uſu non ſunt. Nec enim admittunt illi, ut judicio ſanguinis interſit Clericus *c. Clericis 5. X. ne cleric. vel monach.* & ipſos etiam Clericos, ſi rei fuerint alicujus criminis, talibus judiciis exemerunt. Ut maxime igitur perſona Eccleſiaſtica latrocinium, blasphemiam, homicidium, furtum &c. commiſerit, depoſitione tantum punitur, nulla alia graviore pœna. Si tamen in hæreſin inciderit clericus, aut crimen falſi commiſerit circa literas papales, aut calumnia vel contumelia proſciderit proprium Epiſcopum, non alia ratione pœna corporali affici eum volunt, quam facta primum degradatione, uti infra dicetur plenius. Ex quo vix eſt, ut talia in jure Canonico intelligamus judicia criminalia, quæ pœnam corporis afflictivam poſt ſe trahant. Canones enim in degradatione ultimato ſubſiſtunt, & pœnas reliquas tum quoad ſententiam, tum quoad illationem Magiſtratibus civilibus committunt. Et hinc igitur, quia in graviſſimis delictis oppido leves pœnæ jure Canonico decernuntur, plurimi characterem ordinis ideo tantum ſuſcipiunt, ut, quia perditisſimi ſunt & corruptisſimi, iſto velut antidoto adverſus leges & judicia publica ſe muniant. Vid. Joh. Papon. *l. 1. tit. 5. areſt. 34.* Z.

Definitio judiciorum criminalium.

(2) Deſidero definitionem judiciorum criminalium, inprimis cum Zieglerus modo notaverit, jus Canonicum hic recedere a ſignificatione communi judiciorum criminalium. Ergo tentabo an dare posſim. Criminalia judicia juris Canonici ſunt judicia pſeudo-ſpiritualia, in quibus delicta ſive pſeudo-ſpiritualia, ſive etiam alia, tam Clericorum, quam Laicorum, maxime vero horum, etiam illa, quæ ſecundum principia genuinæ Politicæ & mores aliarum gentium pro criminibus non erant habenda, pœnis pſeudo-ſpiritualibus, partim rectæ rationi, partim juri gentium maximam partem repugnantibus, præcedente proceſſu pſeudo-ſpirituali, ſed æque irrationabili, ſub prætextu ubique ſingularis pietatis, & contortis pasſim ſcripturæ dictis, coercentur. Commentarii loco datam definitionem explicabunt notæ plures in ſequentibus. Potisſimum enim in dicta definitione conſiderari merentur delicta, proceſſus, pœnæ. De proceſſu

habent (3) cum cæteris Judiciis, (4) de quibus proxime locuti sumus: magnaque diversitas eorum est, & in instituendis, & in exercendis. Instituuntur autem (5) aut per Accusationem, aut per Denunciationem,

cessu agit *Autor tit. 1. & 2.* de criminibus *tit. 3. ad 11.* de pœnis *tit. 12. seq.* T.

(3) Accusationes multa habent similia. Offerendus est libellus, facienda est litis contestatio, formandi articuli, instituendæ probationes &c. Z. *Objectio.*

(4) Ita quidem est quoad processum accusatorium: aliud dicendum de denunciatione, & inquisitione, ut quæ plane ex ratione status peculiari Pontificum inventæ sunt, ut patebit ex mox dicendis. Atque ad has potissimum videtur respexisse Lancelottus, præcipue, quia inquisitorius processus absorpsit fere accusatorium. T. *Responsio.*

(5) Desumsit hæc Lancelottus ex *cap. licet Heli 31. de Simonia* & sudant inde Canonistæ ut diversitatem inter denunciationem & inquisitionem ostendant, sed distinctionibus suis inter denunciationis varias species, puta Evangelicam, judicialem, Canonicam, regularem (vide Engelium *in Colleg. jur. Canon. ad tit. de Accus. n. 28. seq.*) rem magis implicant, quam explicant, & verius est, denunciationem olim fuisse præcursorem processus inquisitorii, eo vero introducto, ejus præparationem. Ipsa denunciatio sic dicta Evangelica, quantaquanta est, est abusus dictorum scripturæ sacræ, ut vel ex attenta perlectione *c. 13. X. de judiciis*, ubi est ejus sedes primaria, videre licet. Ut dolendum sit, JCtos, etiam Protestantes, nequitiam Papalem hic latentem, & Reges bonis suis spoliare intendentem, non sensisse, sed remedium hoc tanquam pium & probum, etiam Augustanæ Confessioni addictis commendasse. Vide B. Gothofredum de Jena *de SCto Macedon. Sect. 4. p. 274. seq.* B. Brunnemann. *Jur. Eccles. Lib. 3. c. 2.* & alios passim. Unde valde *Sedes hujus distinctionis. Differentia inter denunciationem & inquisitionem. Denunciationis irrationabilitas.*

nem, (6) aut per Inquisitionem. (7) Per Accusationem,

---

de commendari meretur tractatus Christiani Friderici Jani *de Denunciatione Evangelica impressus Witteberga 1673.* ubi nequitiam sub introductione denunciationis Evangelicæ latentem fusius declarat. T.

Fusior probatio dictorum de denunciatione. (6) Cum peculiari disputatione *de usu practico denunciationis Evangelicæ* anno 1712. habita, impietatem & irrationabilitatem hujus denunciationis, cujus sedes est *c. 13. X. de judiciis* exposuerim, non injucundum erit, Lectori summam ejus, omissis tamen probationibus & allegatis, quæ ibidem per modum scholiorum adjecta sunt, hic exhibere. *Summa dissertationis de denunciatione Evangelica.* De denunciatione Evangelica cum jam scripserunt alii, non videbatur opus esse, ut plura de ipsa denunciationis Evangelicæ naturæ præmitterentur. Sed cum tamen inter Scriptores Evangelicos quidam viri clarissimi denunciationem Evangelicam commendent, approbent, & ut in praxin deducatur optent; *Variæ opiniones de ea.* alii contra denunciationem Evangelicam ut inventum Papale, ad invadendum imperium in Magistratum Politicum excogitatum depingant, & præterea ipsi Canonistæ de natura hujus denunciationis non conveniant, necesse est, ut antea paucis videamus, quid rei sit illa denunciatio Evangelica. *Ejusque differentia a denunciatione judiciali.* Sed proh dolor! ipsi Canonistæ nesciunt, quid rei sit denunciatio Evangelica, & quomodo ab aliis denunciationis speciebus, maxime a judiciali differat, sicut & nesciunt, quomodo accurate differat denunciatio judicialis ab accusatione & inquisitione. *Item de ejus sede.* Imo nesciunt, ubi sit sedes denunciationis Evangelicæ, quatenus a judiciali distinguitur; etsi enim communiter sedem esse dicant in Epistola Innocentii III. ad Prælatos per Franciam, non sine ratione tamen dissentiunt alii, & illam epistolam decretalem magis explicant de denunciatione judiciali. Quid ergo dicemus? *Evangelicum quot modis aliquid dicatur.* Tentabimus an ex hoc labyrintho evadere possimus, si vocem *Evangelicæ* ab homonymia liberemus. Evangelicum, ut reliquas significationes omittamus, aliquid dicitur dupliciter, vel proprie

prie pro eo, quod in Evangelio revera eſt præceptum, vel improprie & abuſive, quod ex Evangelio a Pontificibus in ſenſum alienum eſt detortum & depravatum. Denunciatio igitur Juris Canonici, quanta quanta eſt, eſt Evangelica abuſive; quia textus Scripturæ Sacræ ex Evangelio torquentur a Pontifice in alienum ſenſum, uti textus ex veteri fœdere torquentur ad defendendum proceſſum inquiſitorium, qui tamen propterea nonniſi abuſive *Moſaicus* diceretur. *Denunciatio eſt Evagnelica abuſive.* His præſuppoſitis denunciatio judicialis in genere eſt inventum Innocentii III. Pontificis ad præparandum proceſſum inquiſitorium introductum. *Denunciatio judicialis inventum Innocentii III.* Intentio Pontificis fuit, ut delatores ſub prætextu charitatis Chriſtianæ & Evangelicæ liberarentur a pœnis calumniæ hactenus receptis, & a neceſſitate probandi criminis denunciati. *Hujus intentio ex arcanis Politicis Papatus.* Cum tamen nemo fruſtra ſit improbus, & impunitas calumniatorum maxime nocere potuerit ipſi etiam clero; videndum, quid moverit Innocentium III. ut hanc impunitatem delatorum introduceret, & quomodo tamen ſimul clero cautum fuerit, ne impunitas hæc eorum ordini noceret. Ad introductionem perſuaſit haud dubie, quod videret, pleroſque Principes, ut Tiberium, Domitianum, alios, delatores uſurpaſſe tanquam neceſſarium inſtrumentum ad acquirendam abſolutam poteſtatem. Igitur, ſi clericus Laicum deferret aut calumniaretur, ſive publice, ſive privatim, & omni tamen probatione aut juſtis indiciis deſtitueretur, non timebat amplius pœnam calumniæ, prætendens, ſe ex charitate Chriſtiana denunciaſſe, non accuſaſſe. Quod ſi vero Laicus ſimili libertate uti vellet adverſus clericos, tacite prævidebat Innocentius, eos ab hoc clericorum privilegio excludi poſſe, ob evidenter ceſſantem præſumtionem charitatis in hoc caſu, quia videlicet Laici jure Canonico habentur pro inimicis Clericorum. Ut tamen licentiam iſtam palliaret Pontifex ſub larva virtutis Chriſtianæ, abuſus eſt Scriptura Sacra, & dicto Evangelico de fraterna correctione & denunciatione Eccleſiæ facienda ad emendationem fratris, etſi facile ſentiret, ſub hoc prætextu quemlibet calumniatorem ſe occultare poſſe. *Sub falſo prætextu charitatis Chriſtianæ;* Fuiſſe autem Pontificis & Cleri Pontificii intentionem, ut denunciatione Evangelica ſaltem ut prætextu uterentur, partim ex eo patet, quod, *Multis eam in rem fraudibus adhibitis.*

si ipsi etiam calumniosissime denunciarent alios, inprimis Laicos, tot exceptiones in promtu haberent, in quibus non necessaria esset præcedens admonitio, ut ea facile tollerent totam regulam; Item quodsi Laici Laicos, aut Clerici etiam inferiores se invicem denunciarent, tum vel ipsi ut judices pro arbitrio eos admitterent vel repudiarent, sub prætextu limitationum illarum, sive applicabilium sive non applicabilium, vel novo prætextu eluderent doctrinam Evangelicam, hanc denunciationem non adstrictam esse ad regulas denunciationis Evangelicæ, sed esse novam denunciationis speciem, quam & propterea regularem vocabant, tanquam quæ inter regulares & monachos esset utilissima. Ex dictis autem patet, omnem denunciationem judicialem ab Innocentio III. inventam, ex prætextu Pontificis esse Evangelicam, quia de omni denunciatione judiciali dicitur, quod eam debeat præcedere charitativa correctio secundum regulam Evangelicam, & quod fiat ad correctionem non ad depositionem. Unde jam sua sponte sequitur, distinctionem denunciationis in judicialem & Evangelicam non esse distinctionem textualem, sed magisterialem & mere scholasticam, subtilium & inanium quæstionum causa inventam, adeoque plane rejiciendam. Uti etiam ex ipsis Canonistis rejiciunt cautiores. Unde & horum non pauci consentiunt, omnem denunciationem Evangelicam simul esse judicialem, uti negari non potest, omnem judicialem esse Evangelicam, in sensu scilicet Juris Canonici. Cum tamen illa denunciatio, quæ extat in Epistola Innocentii III. ad Prælatos per Franciam in multis diversam naturam habeat a reliquis denunciationis judicialis speciebus, adeoque etiam peculiarem definitionem acceperit, & vero conveniat, diversas ejusdem generis species, diversis insigniri nominibus, in verbis simus faciles, adeoque & in posterum hanc vocabimus Evangelicam simpliciter vel stricte dictam, & alteram cui illa definitio peculiaris non competit, appellabimus judicialem simpliciter vel stricte dictam, & adeo relicta hac posteriore specie de sola priore paulo distinctius agemus, explicaturi videlicet sensum dictæ Epistolæ. Hic vero intelligi vix poterit, nisi præmittatur summa controversiarum, quæ & Regi Galliæ cum Rege Angliæ, & Innocen-

Omnis denunciatio judicialis ex prætextu est Evangelica.

Unde corruit distinctio harum duarum specierum.

Posse tamen certo respectu denunciationem in cap. 13 de judiciis appellari Evangelicam in specie.

Occasio hujus capituli seu historia

centio III. cum utroque Rege intercesserunt. Ubi tamen operam dabimus, ut a studio partium simus alieni, uti bonum historicum decet. Cum Rex Galliæ Philippus Augustus, & Rex Angliæ Richardus I. ex persuasione Papæ conjunctis viribus cruciatas suscepissent adversus Saracenos, prima dissidia a. 1191. inter illos oriuntur, quibus motus Philippus cum exercitu suo deserit Richardum, & domum redit. Anno sequente 92. Richardus pariter reditum in Angliam parans, & maris tempestate mire vexatus in Austria a Duce Leopoldo, quem in Palæstina sibi hostem fecerat, incarceratur, & ab hoc Imperatori Romano Henrico VI. venditur. Interea Philippus cum fratre Richardi Johanne regnum affectante anno 1193. fœdus init & Normanniam invadit. Idem ducta in matrimonium Ingeberga Regis Daniæ sorore statim post nuptias eam repudiat. Anno 1194. Richardus ex captivitate Imperatoris liberatus Gallos fugat. Anno 1195. idem a Papa Cœlestino impetrat excommunicationem Leopoldi Ducis Austriæ. Papa vero Philippum de recipienda uxore frustra admonet. Anno 1196. pacem inter se ineunt Philippus & Richardus, a qua tamen mox Philippus recedit. Anno 1197. Philippus ducit Mariam filiam Ducis Meraniæ & Bohemiæ. Anno 1198. Richardus Philippum vincit, Philippus ad Successorem Cœlestini Innocentium III. nuncios mittit, ejusque opem implorat, ut pacem cum Richardo ipsi procuret, cujus adeo suasu Richardus & Philippus inducias quinquennales pangunt. Philippum Papa hortatur ad recipiendam conjugem sub comminatione Ecclesiastici interdicti. Anno 1199. Richardus moritur. Mortuo Richardo, factiones duæ existunt in Anglia, prætendentibus successionem Arto vel Arturo, Richardi ex fratre majore Gottofredo nepote, & Johanne fratre Richardi minore. Philippus partes Arturi tuetur, eumque de Andegavia, Pictavia, Turonica, Cænomannia, Britannia & Normannia investit, ac pro illo, coram Johanne (interea electo & coronato ab Anglis) cum quo de pace redintegranda colloquium inierat, sed frustra, intercedit. Arturus per proditionem Johanni traditur, sed proditione citius patefacta custodiam Johannis evadit, & ad Philippum se recipit. Innocentius, Philippo frustra de recipienda uxore & rejicienda

controversiarum inter Pontificem, Regem Galliæ & Angliæ.

Prima periodus ab anno 1191. ad 1199.

Gesta anni 1199.

enda Maria hactenus admonito, misso legato Petro de Capua Cardinali, inducias quinquennales cum Richardo confirmat, & Philippum, ut eas observet, adhortatur. Philippus præsagiens, quod Legatus Ecclesiastico interdicto uti vellet, antequam id pronunciaret, ad sedem Apostolicam appellat, Legatus autem eo non obstante extra territorium Philippi Viennæ interdicti sententia Gallias percutit. Idem Papa eodem anno Angliæ interdictum minatur per eundem legatum ob Episcopum a Johanne in carcere detentum. Anno sequente 1200. Philippus Arturi quasi oblitus novum fœdus cum Johanne init, & homagium ab eo suscipit, pactis una nuptiis inter filium Regis Galliæ, & neptem Johannis, filiam Regis Castellæ. Innocentius eodem anno interdictum Ecclesiasticum in Galliis tollit, postquam Philippus uxorem pristinam in dignitatem priorem restituisset, etsi nondum in torum receptam, sub prætextu, quod controversia de validitate matrimonii, secundum conditionem a Papa ipso propositam antea per arbitrum dirimi debeat. Anno 1202. cum Eleonora Avia Arturi in præjudicium hujus Pictaviam Johanni donasset, ob hanc & alias causas Johannes tanquam vasallus a Philippo solenniter citatur & ut Arturo terras, super quibus Philippus eum anno 1199. investiverat, redderet, jubetur. Johanne vero nec se sistente, nec postulata Philippi adimplere volente, bellum inter utrumque rursus inflammatur, Arturo Philippum adjuvante. Ipse tamen Arturus a Johannne capitur, carceri includitur, ac ab ipso Johanne, ut fertur, in carcere interficitur. Constantia, vidua Arturi, Johannem coram Philippo parricidii accusat. Philippus Johannem ut vasallum citat, & contumaciter emanentem tanquam qui feloniam commiserit, & feuda a Gallia dependentia amiserit, condemnat. Anno 1203. Philippus sententiæ contra Johannem latæ exequendæ causa Normandiam invadit, ubi Magnates Angliæ Johannem desidem & luxuriantem deserunt, a quibus Johannes maximam pecuniæ summam extorquet. Innocentius Philippum hortatur, ut Episcopum Antissiodorensem a Comite Antissiodorensi quasi jussu regis ejectum, restituat, literis partim adulatione partim minis repletis. Eodem anno idem Innocentius Philippum ad pacem

Gesta anni 1200.

Gesta anni 1202.

Gesta anni 1203. usque ad 1206.

cem cum Johanne per legatum gravi comminatione addita frustra adhortatur. Pariter frustranea fuit Innocentii nova monitio Philippi de prima conjuge in pristinum statum plenarie restituenda. Anno 1204. Philippus Johanni Normandiam, Turonicam, Andegaviam & Pictaviam eripit, hoc quiescente, & in deliciis vivente. Tandem anno 1206. religiosi viri inter reges pro pace reformanda sollicite discurrentes in festivitate omnium sanctorum biennales inducias impetrant, Papa etiam, cum aliter facere non posset, non ulterius pro pace instante. Caeterum Innocentii & Johannis haud *Gesta anni* diuturna amicitia. Mortuo enim anno 1205. Archi-Episcopo Can- 1207. tuariensi Monachi Cantuarienses inscio Rege aliquem, mox, poenitentia ducti, alium, sciente & commendante Rege eligunt. Innocentius utrumque rejicit, & monachis persuadet, ut tertium eligerent, quem anno 1207. Papa confirmat, & Regi Johanni blandientibus literis, & insertis quatuor annulis aureis, gemmis quibusdam pretiosis ornatis id notum facit. Aegre ferens hoc factum Johannes acerbis & ardentibus literis Papae respondet, & Monachos Canturienses ex Anglia pellit, cui Papa placide sed propositi tamen tenax respondet. Jo- *Gesta anni* hanne nondum Archi-Episcopum electum recipere volente, jussu 1208. 1209. Papae Anglia anno 1200. generali interdicto concluditur. Johannes autem ob causam interdicti bona Clericorum praecipit confiscari, metuens tamen excommunicationem Pontificis, a Magnatibus suis nova homagia & obsides fidei exigit. Anno 1209. Innocentius Episcopis quibusdam Angliae mandat, ut Regem Johannem nominatim excommunicatum pronunciarent. Sed hi metu Regis mandatum id non exequuntur, Johannes vero Archidiaconum quendam, excommunicationi huic obsequium praestantem, duro mortis genere necat. Anno 1210. Johannes a Judaeis immensam pecuniae summam, *Gesta anni* adhibitis etiam inauditis torturae generibus, extorquet, nec Mona- 1210. chis & Ecclesiasticis in corradenda pecunia parcit, quare Innocentius eum rursus graviter increpat, & de dote etiam restituenda regi Galliae admonet, & novo interdicto eum adigere, ut jurata faciat, tentat. Pariter & Philippum monet, ne Antissiorensem & Aurelianensem Episcopos, quorum bona Philippus confiscaverat, ulterius

us vexaret. Præterea & Ingebergam Reginam, quam Philippus iterum receptam indigne habebat, literis consolatur Innocentius, verosimiliter adversus Philippum durius procedere nolens, quod is magno zelo persequeretur eo tempore hæreticos in Gallia, eosque vivos cremaret. In sequente tamen anno 1212. rursus instat apud Philippum, ut uxorem debito modo tractet, & episcopis modo memoratis ablata restituat. Sed cum magis eum afficeret pertinacia Johannis, eodem anno hunc regno spoliare instituit, ac Philippo mandat, ut pro remissione omnium peccatorum regnum Johanni auferat, & sibi suisque posteris acquirat, admonitis etiam Anglis, ut cruce signati Philippum ducem sequentes, Johannem regno privarent. Simul tamen Legato in Galliam suo clandestinas conditiones pacis exhibet, si Johannes se Papæ submitteret. Sequenti anno demum Philippus uxorem suam Ingebergam plene restituit. Mox tamen de novo mutatur scena, dum Legatus Papæ clandestinas illas conditiones sibi a Papa dictas Johanni aperit, ac Johannes in angustiis constitutus regnum Papæ tributarium facit, ac solenni traditione in Papam transfert. Innocentius autem Philippo sub pœna excommunicationis interdicit, ne regnum Angliæ, ut quod jam ad Ecclesiam pertineret, invaderet, qui jure suo istud mandatum graviter ferens respondet, se jam in apparatu navium, victualium & armorum plus quam 60000. librarum expendisse, & ex præcepto Papæ laborem illum ac in peccatorum remissionem suscepisse. Interim tamen anno sequente 1214. cum Papa interdictum in Anglia per legatum solenniter tolli iterum curasset, Johannes a Philippo novas inducias quinquennales impetrat. Anno 1215. Barones Angliæ a Johanne invito confirmationem antiquarum libertatum extorquent, quam etiam Papa ad instantiam Johannis sua confirmatione roborat, mox tamen de novo a Johanne imploratus, illas libertates Innocentius iterum destruit, & Barones Angliæ tanquam rebelles excommunicat, primo quidem generaliter, deinde sequente anno 1216. specialiter & nominatim. Unde hi ad desperationem adacti Ludovicum Philippi filium eligunt, eique se dedunt, quem frustra minis excommunicationis ab acceptatione deterrere vult Inno-

Gesta anni 1212.

Gesta anni 1213. 1214.

Gesta anni 1215. 16. & 17.

nocentius. Post mortem tamen Regis Johannis mutatis animis Baronum Angliæ succedit ejus filius Henricus III. & anno 1217. pace inter Henricum & Ludovicum facta, Ludovicus in Gallias recedit. Præcedente anno etiam moritur Innocentius noster. Sed quorsum hæc omnia? inquies. Partim ut genius Innocentii nostri, & simul Philippi & Johannis, de quibus in hoc capitulo nostro agitur, tanquam in speculo cognoscatur; partim ut circa tempus non erremus, quo data fuit Epistola præsens Innocentii, nimirum anno 1203. Et denique ut casum hujus capituli distincte concipiamus. Jam videamus paucis, quam audacem JCtum hic egerit Innocentius, & astutum Sophistam. I. Protestatione facto contraria persuadere vult Philippo, quod, dum revera jurisdictionem ipsius turbat, & pronunciationem sententiæ contra Johannem rescindere vult, aut an justa fuerit examinare, tamen nihil minus quam hoc intendat. II. Abusu doctrina Christi evidente justificare vult, quod se negotiis secularibus immisceat. Consistit autem is abusus (1) in explicatione *Ecclesiæ*, de Papa, (2) in explicatione verborum: *sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus*, de excommunicatione, (3) in explicatione præcepti doctrinalis de præcepto legali. III. Impertinente applicatione dicti a Valentiniano Imperatore potestatem sibi concessam de factis regum judicandi vult defendere. IV. Eadem fallacia utitur in applicatione constitutionis Theodosianæ & Carolinæ, cum exempla non probent, sed illustrent saltem, & eadem auctoritate qua Carolus Constitutionem Theodosianam recepit, Philippus eam rursus rejicere potuerit, alia ut jam taceam. V. Nulla vero fallacia evidentior, quam quod probare vult, Papæ etiam competere potestatem excommunicandi reges. VI. Non minor illa qua Papa sibi potestatem vindicare voluit, cognoscendi de regio jure belli & pacis, quia scilicet pax sit vinculum charitatis. VII. Denique consueto illorum temporum argumento quamvis æque fallaci utitur Pontifex, quod hic agatur de violato juramento, cujus controversiæ cognitio, cum juramenta sint res spirituales, haud dubie pertinent ad forum Ecclesiasticum. Quamvis autem Rex Philippus, in responsione ad Papam magis hic conclusionem negaverit, quam ut

Usus narrationis præcedentis historiæ.

Audax jurisprudentia Papæ 1) *protestantis contra proprium factum.*

2) *Abutendo doctrina Christi.*

3) *Impertinente allegatione Valentiniani.*

4) *Theodosii & Caroli M.*

5) *Dictorum Scripturæ pro probanda excommunicatione regem.*

6) *Et cognitione super jure B. & P.*

7) *Allegatione quod juramentor. causa sit Ecclesiastica.*

Eventus hujus Epistolæ Papalis. ut pro cœcitate illorum temporum solidi quid responderit, interim tamen negari nequit, epistolam hanc decretalem plenum effectum non habuisse. Etsi vero ex dictis pateat, denuuciationem hanc Evangelicam a reliquis denunciationis judicialis speciebus in eo differre, quod hic de extraordinaria plane denunciatione loquatur Pontifex, non ob crimina, quæ pœnam certam dictatam habent legibus vel civilibus, vel ecclesiasticis, sed ob quodvis peccatum, cum tamen miris hic fallaciis, ut hactenus vidimus, usus fuerit Pontifex, iisque rem in se obscuram obscuriorem reddiderit, non mirandum, quod ipsi Canonistæ non ausi fuerint illud monstrum denunciationis definire, & ex nostris, qui ausi fuerunt, definitionem suam exacte defendere nequeant.

Obscura natura & definitio hujus denunciationis Evangelicæ.

Probatur denunc. Evang. esse rem latissimi ambitus. Unde, quamvis videatur prima fronte capitulum nostrum loqui de specialibus quibusdam casibus, in quibus denunciatio Evangelica locum habeat, puta contra sententiam judicis injuste latam, quæ tamen in rem judicatum transiit; contra bellum injustum; contra violata fœdera; aut in causa juramenti violati; verius tamen est, ex mente Pontificis longe latius se extendere hanc denunciationem, ad omnes videlicet peccati causas, ubi par est ratio. Par autem ratio est, si quis vel adversarium nactus fuerit, qui non habeat superiorem, vel in foro civili nullam assistentiam sibi promittere possit, sive ob judicis partialitatem, sive ob contrarias sibi leges civiles, & tamen prætendit, adversarium in peccato esse constitutum. Uno verbo, par est ratio in omnibus peccati prætextibus.

Genuina definitio denunciationis hujus Evangelicæ Unde tentabimus, an significantiorem hujus denunciationis Evangelicæ definitionem dare possimus. Denunciatio Evangelica in Epistola Innocentii est remedium plane irregulare, hactenus inauditum, extra omnem justi bonique ordinem ab Innocentio III. inventum, quo quicunque se ab altero quocunque læsum arbitratur, etiamsi omnes Laici a parte Rei stent, Papam adire poterit, & ab eo petere, ut is super peccato Rei delati pro arbitrio cognoscat, & sententia definitiva, quis inter litigantes partes peccator sit, determinet, ac satisfactionem & pœnitentiam imponat, sub pœna excommunicationis: eum in finem, ut sub hoc prætextu Papa omnem jurisdictionem, etiamsi contra protestetur expresse,

presse, sibi vindicare, & omnes Laicorum actiones pro arbitrio irritas reddere valeat. Nunquam hæc denunciatio Evangelica praxi universali ab ipsis Catholicis est recepta, nec commode salva Magistratus Politici autoritate potuit ab iis recipi. Tantum abest, ut quis vel in somniis saltem sibi concipiat, denunciationem Evangelicam apud Principes Protestantes usu receptam esse, vel saltem recipi potuisse, imo ullam ullius casus dabilitatem apud Protestantes concipi posse, tum quia Jurisdictio Papalis inter Status Evangelicos cessat, tum quia Clerus apud Protestantes etiam quoad jurisdictionem Ecclesiasticam Statibus Evangelicis est subjectus; tum denique quia Principes Evangelici, si denunciationem Evangelicam admitterent, per Consistoria sua destruerent vel leges proprias vel judicata judicum secundum normam ab iismet præscriptam judicantium. Unde jam non difficile est respondere ad rationes dissentientium, (si modo vere dissentiant & non potius intentionem habuerint, simulato dissensu absurditatem contrariæ opinionis eo fortius ostendendi,) Vel enim confundunt correptionem fraternam aut denunciationem extrajudicialem sincero ministro Ecclesiæ factam, ad corrigendum peccatum fratris, per interpositionem & adhortationem Pastoralem, absque ulla coactione, cum denunciatione Evangelica, quæ coactionem intendit & exequitur; vel præsupponant ea tanquam vera, quorum contrarium jam supra demonstravimus; Utinam etiam asserere possimus semina, unde hæc denunciatio Evangelica nata est, non esse in usu vel theoretico vel practico apud nos. At vero valde dolendum, quod falsa explicatio doctrinæ Christi de correptione fraterna, etiam in nostris Ecclesiis passim regnet, & applicetur ad usum practicum rixarum cum aliter sentientibus, & ad conciones injuriosas &c. Hactenus disputatio nostra, Non inspexeram, dum ista scriberem meditationes Ziegleri *ad cap. 13. de Judic.* quæ in *tractatu de Episcopis* extant *lib. I. cap. 6. §. 70--77.* Cum vero idem etiam palpabiliter demonstraverit Papam in dicto capitulo doctrinam Christi pessime & explicasse & applicasse, & tamen Viri ex nostratibus quidam celeberrimi non senserint istum abusum, sed introductionem dictæ denunciationis in praxin commendaverint, in gratiam eorum, qui

Usus practicus frustra quæritur apud Catholicos.

Apud Protestantes ne quidem concipi potest.

Respondetur rationibus dissentientium.

Semina tamen hujus denunciationis sunt in usu suo modo etiam practico.

Ziegleri meditatio ad cap. 13. de judic. dicta a nobis confirmans.

præjudicio autoritatis laborant, apponam integram Ziegleri meditationem istam. Sane, inquit, coacti fuerunt quandoque Pontifices ad hoc tale *κρησφύγετον* confugere, suamque in Reges & principes usurpatam dominationem ad sacræ inspectionis titulum revocare, & sub specie emendationis, quam sibi propter peccatum ab Rege commissum competere fingunt, *σόφισμα* hoc suum politicum obvelare. Unicum ejus rei exemplum proferam ex *c. 13. X. de judic.* cujus hæc est facti species. Defuncto sine liberis Richardo I. Angliæ Rege, superstites erant ejus frater natu minimus Johannes, & ex altero fratre natu majore Goffredo, sive Galfrido nepos Arturus. Johannes in regno succedebat, excluso Arturo & deinceps occiso, quod sibi metueret ab illo, ne aliquando regnum invaderet, quippe qui, ut multi sentiebant, jure repræsentationis in successione præferri debuisset. Id facinus indigne ferens Philippus Augustus Rex Galliæ, propter singularem affectionem, qua Arturo junctus erat, causatus & alia quæ reum facere poterant Johannem, ei diem dicit apud Curiam Parium, utpote Vasallo suo. Quem post repetitas citationes, cum non comparuisset, feudo indignum & propterea Ducatu Normanniæ & Aquitaniæ, itemque Comitatu Pictonum, Audium & Cenomanorum excidisse pronunciarunt judices. Ad exsequendam istam sententiam cum valida manu Normanniam ingressus Philippus plurimas urbes & provincias subegit. Quo rerum statu cum impar ei viribus esset Johannes, apud Innocentium III. Pontificem conqueritur, injustum sibi a Philippo illatum fuisse bellum, nec servatum ab eo juramentum, quo pactas secum inducias confirmaverat, paratum idcirco se esse judicio contendere, ut iniquæ Philippi actiones eo magis patescerent. Innocentius, cum per legatos persuadere non posset Philippo, ut ab armis desisteret, & judicio ab se constituto decertaret, interdicti sententiam, nisi is paruerit, promulgare constituit, uti patet ex *c. 7. X. de off. leg. & c. 43. X. de appellat.* Quæ res cum attonitos redderet prælatos Franciæ, & suspicio inde nata esset Pontifici minus observatum iri hoc suum interdictum, quod in Regem illi propensiores viderentur prolixas has ad eos mittit literas, quibus & rationes reddit sui processus,

casus capitali 13. de judiciis.

fus, & conquifitis variis argumentis perfuadere eis intendit, jufte a fe promulgari interdictum, & fibi proinde ab eis obedientiam deberi. Scopus totius decretalis hic eft, ut prælati & per eos una populus Francorum avertantur a fide & obfequio Regis quafi non obtemperantis Ecclefiæ, five fuis potius præceptis. Tota autem quæftio vertitur in eo, utrum recte faciat Pontifex Romanus, quando in hac Regum contentione fuas interponit partes, & in Regem Galliæ novum ipfe inftituit judicium, eumque ni pareat, interdicti denunciatione minaciter terret? & utrum huic Pontificis decreto, ubi promulgatum fuerit, parere debeant Ecclefiæ Gallicanæ Prælati? *Scopus ejusdem.* *Status controverfiæ.*

In conquirendis rationibus decidendi valde occupatus & admodum prolixus eft Pontifex, quas fpeciatim examinare operæ erit pretium. Ad captandam autem benevolentiam præmittit & proteftatur, fe jurisdictionem Regis Galliæ turbare, & de feudo ipfo cognofcere nolle: Jurisdictiones Regis Galliæ & fuam feparatas effe, nec confundi inter fe debere; fuam fibi, Regi Galliæ feudalem relinquendam, nec putare fe a Rege Galliæ quicquam, quod fuam minueret, affectatum iri, nec proinde a fe fimile quid metuendum effe. In antiqua decretali magnifice fuum prædicat in Regem Galliæ affectum, laudatque Regnum ejus, quod nunquam defciverit a fide & obfequio. Ne tamen gratis hæc dixiffe, & omnem indiftincte jurisdictionem feudalem abdicaffe, aut omnipotentiæ fuæ, quam jactitat, nimium derogaffe cenfeatur, fimul addit hanc exceptionem: *Nifi forte juri communi per fpeciale privilegium, vel contrariam confuetudinem aliquid fit detractum.* Et fic in fufpenfo, imo vero fub lite relinquit, utrum Rex Galliæ judicium feudale adverfus Regem Angliæ conftituere potuerit. Et hac generali tamen proteftatione, quam contrariam facto ipfe agnofcit Hoftienfis, fatis profpectum putat fuæ intentioni. *Rationes Pontificis.* *Captatio benevolentiæ & proteftatio.* *Sed fraudulenta.*

Porro primam decidendi rationem fumit Pontifex ex proceffu denunciationis Evangelicæ, uti vocant, quam præfcriptam dicit, Matth. *18, 15. feq.* & obfervatam hactenus ab Rege Angliæ, qui adhuc paratus effet injuftitiam armorum Gallicorum oftendere: cumque poft adhibitos regulæ Evangelicæ gradus nihil profeciffet Rex Angliæ, & Ecclefiæ tandem denunciave- *Prima ratio Pontificis ex dicto Matth. 18, 15. feq.*

ciaverit, se ut caput & Episcopum Ecclesiæ Oecumenicum, judicem nunc esse, neque hoc judicium ab Rege Galliæ declinari posse, nisi sufficientem rationem in contrarium ostenderet. At vero recte observat Carolus Molinæus *ad SCt. Franciæ contra abus. pap. n. 93.* Salvatorem Christum in processu præscripto non agere de cognitione contentiosa vel judiciali, qualem hic instituere sustinet Pontifex, sed de correptione fraterna gradatim facienda. Nec admitti potest, Ecclesiæ vocabulum, quod collectivum est, resolvi in unum individuum, Pontificem scil. Romanum. Vid. Hülsemann. *de corrept. frat §. 15. n. 325. seqq.* Dav. Blondell. *de jur. pleb. in regim. Eccles. in princip.* Secundam rationem decidendi sumit Pontifex ab objecto, de quo disceptationem fieri debere contendit. *Non enim*, inquit, *intendimus judicare de feudo - - - sed decernere de peccato, cujus ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus.* Et porro: *Cum enim non humanæ constitutioni, sed divinæ potius innitamur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex DEO, nullus, qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Christianum, & si correctionem contempserit, per districtionem Ecclesiasticam coercere.* At vero Ἐπισκοπὴ illa universalis, quam jactitat Pontifex, ex usurpatione est, uti hactenus probatum dedimus; neque a DEO est, nisi permittente; nec si esset talis, qualem eam ipse hic describit, quicquam faceret ad judicium & forum contentiosum fundandum, nec si faceret, extendi ea deberet ad Reges & Principes. Corripiendi potestatem propter peccatum commissum habeat Pontifex, sed extra diœcesin suam, non aliam, nisi generalem illam, quæ unicuivis Christiano competit. Et quam extra diœcesin suam exercet districtionem, affectata est & ipsa atque præsumta. Tertiam decidendi rationem petit Pontifex ab exemplis, primum Valentiniani Imp. deinde Theodosii & Karoli Magni. De Valentiniano refert ex *c. Valentinianus 3. dist. 63.* exhortatum eum Episcopos, ut talem Mediolanensi Ecclesiæ præficerent Episcopum, cui ipse caput submittere, & monita ejus, sicubi deliquerit ipse, veluti medicamenta

Quæ rejicitur.

Secunda ratio ab inspectione universali in peccata.

Quæ & ipsa negatur.

Tertia ratio ab exemplis: Valentiniani,

ta suscipere queat. Quod vero hic est, *caput submittere?* non profecto, ut pedibus conculcetur a Pontifice, non ut regimen temporale Pontificis subjiciatur arbitrio, aut ut subditi in casu delicti a Rege commissi liberi pronuncientur ab obsequio; sed, uti ipse explicat Valentinianus ut monitis ejus & ministerio Ecclesiastico veluti medicina quadam spirituali, vitæ restituatur spirituali, & ad frugem revocetur. Pontifex autem clavem ligantem & potestatem suam spiritualem in Reges & principes non tantum ad excommunicationis fulmen extendit, sed ulterius progreditur, & gloriatur, posse se per eandem solvere populos a juramento fidelitatis & obedientiæ: posse obligare eosdem populos sub excommunicationis pœna, ut Regi excommunicato non pareant, atque ut alium sibi eligant Regem. Bellarmin. *advers. Barclaj. cap. 3.* denique posse integrum Regnum sacris interdicere, & cultum divinum prorsus inhibere. Quæ omnia tyrannidis Ecclesiasticæ manifesta sunt *τεκμήρια* & argumenta. Vid. Robert. Abbot. *de suprem. potest. reg. prælect. 17.* Alterum exemplum est Theodosii Imperatoris, statuentis, uno ex litigatoribus eligente judicium Episcopi in quocunque processus articulo, ad eum protinus causam transmittendam esse. Hanc constitutionem ait innovatam & repetitam a Karolo Magno, ne quis putet, antiquatam eam esse, secutus hac in parte Gratianum, qui utriusque constitutionis mentionem facit, easque recenset *c. quicunque & c. volumus 11. q. 1.* utque argumento huic majorem vim suasoriam adderet Pontifex, in animum revocat Philippo Regi, a Karolo eum originem genusque traxisse, nec ergo improbare eum posse, quod ita a Karolo constitutum fuit. At vero totam istam Theodosii constitutionem, quæ Constantino Magno alias tribuitur, confictam & principiis juris prorsus adversam esse, enucleate probat Jacobus Gothofredus *in Cod. Theodos. post lib. 16. in extrav. 1. de Episc. judic.* Et quanquam eam fraudis nescius, capitularium *lib. 6. cap. 281.* inseruerit Karolus Magnus, incivile tamen erit, ab legislatore exigere, ut pari cum subditis suis jure, quod ipse præscripsit, utatur, & judici se submittat, imperiose admodum & cum comminatione hanc pote-

inepte.

Theodosii.

& Caroli M.

non magis apte.

Quarta ratio a qualitate delicti.

Quæ & ipsa refutatur.

statem usurpanti. Quartam decidendi rationem sumit Pontifex ex qualitate delicti, quod a Rege Philippo commissum dicitur. Id duplex esse ait, crimen scil. fractæ pacis, & crimen perjurii. Utrumque ad suam pertinere cognitionem. Primum, quia per id solvitur vinculum charitatis; alterum, quia in religionem & cultum divinum immediate committitur; utriusque ergo vindictam ad Ecclesiam pertinere, quæ operam dare debet, ut charitas inter Christianos integra & illæsa, utque religio inviolata servetur. Verum enim vero, si propter charitatem læsam judicium Ecclesiasticum aut Pontificis adeundum est, omnes causæ, qualescunque illæ fuerint, possent ad forum Ecclesiasticum trahi. Vix enim dabitur aliqua, quæ non contineat injustitiam cum charitate pugnantem, aut quæ continere eam ab actore non perhibeatur. Possent igitur actores ad declinandum judicium seculare ordinarium petitionem in libellis ita formare: peccare reos & in peccando perseverare, & puniri idcirco debere in foro Ecclesiastico. Quæ res jurisdictiones mire confunderet. Et hoc inconveniens anxium plane reddidit Martinum ab Axpilcueta Navarrum *ad cap. h. notab. 6. n. 15.* ut ipse, quid respondere debeat, prorsus nesciat, & novas inde excitet difficultates, quas tamen & ipsas superare haudquaquam potest. Vid. Marcus Ant. de Dominis *lib. 5. de Rep. Eccl. cap. 2 n. 54.* Nec alia perjurii ratio est. Posset enim ita cuivis negotio civili juramentum addi, cum in finem, ut causam deinceps ad forum Ecclesiasticum trahere liceret. Idque cum factum aliquando in Galliis, & hac ratione jurisdictio secularis pene vacua & inanis reddita fuisset, decreto Senatus Parisiensis, vetitum, refert Antonius Dadinus Alteserra *ad h. t.* ne instrumentis publicis jusjurandum adponeretur. Et huc facit etiam testimonium Petri de Marca *lib. 2. de concord. sacerd. & imp. c. 3. n. 6.* quando ait: *Prima fronte Regum jura hac Decretali foveri videntur; sed ut integrum beneficium illi non debeamus, facit exceptio adhibita. Quæ profecto ejus generis est, ut admissa semel in judiciis omnia fora confundat. Quare a Gallis nostris nunquam suscepta fuit, non solum in specie, de qua tunc agebatur, sed nec in cæteris causis &c.* Idem istud observarunt

varunt etiam Principes Germaniæ & propterea anno 1522. in Comitiis Noribergensibus in gravaminibus suis, quæ Nuntio sive Oratori Pontificio exhibuerunt, hoc quoque *sub num. 64.* inserere placuit: *Insuper & id præsumunt officiales, si quando in causis profanis ac inter personas Ecclesiæ minime sacratas dicatasve, sed omnino Laicas, data fide, seu præstito juramento, verbo vel in scriptis, pacta, obligationes, contractus, vel promissiones factæ sint; vel celebratæ, quod eam ob rem atque hujus prætextus ratione tales profanæ Laicæque causæ coram ipsis potius, quam ordinario judice agitari debeant. Quæ nova Ecclesiasticorum techna usu si increscerет ac diutius toleraretur, jam actum foret de civili causarum auditorio, quod omnes profanæ civilesque causæ contractuum atque transactionum hac via necessario ad Ecclesiasticos pertraherentur. Quis enim contractus, quæ transactio, quæ denique inter paciscentes conventio, quæ non sit solemni ita stipulatione, aut promissione vallata? Illac nimirum rerum veniremus, ut in totum civilia eluderentur judicia. Quod nedum contra æquitatem ipsam, contra omnia jura scripta, sed & civili magistratui intolerabile foret. Nam ut demus hoc interim ecclesiasticis judicibus, de perjurio commisso notionem ut habeant, nihilomagis per id causæ ipsius principalis, contractus puta aut transactiones, quamobrem ille pejeravit, judices competentes erunt, quin perjuros illos ob religionis transgressionem manifestariam tantum judicio convenire possent, ac Canonicam huic indicere mulctam, reservata tamen civili magistratui, qui perjuros pœnali judicio secundum civiles sanctiones plectere jus habent, commissa sibi ob id pœna.* Hactenus Zieglerus. Dictis adde quæ idem disserit *lib. 3. cap. 30.* quod de jurisdictione & judicio Episcopali agit, ubi §. *106. 107. 108.* modo adducta sed brevius repetit. Confer §. *93. ibid.* Vacillat Schilterus aut certe obscure loquitur de usu denunciationis Evangelicæ *in praxi juris Rom. Ex. 1. §. 17.* ut nescias an eum commendet, an improbet. Conf. eundem *Manud. ad Philos. moral. c. 9. §. 42. 43. p. 400.* T.

 (7) Ut

Objectio ex c. 16. h. t. & responsio.

(7) Ut appareat, quam incaute Lancelottus hunc paragraphum excerpserit ex diversis Pontificum rescriptis, apponam verba *c. super his 16. de accusat. Tribus modis*, inquit Pontifex, *valet crimen opponi: denunciando, excipiendo & accusando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur, non est inscriptio necessaria, sed cum in modum accusationis, oportet inscribi: quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denunciatio facienda. Cum autem excipiendo fuerit crimen objectum, distinguendum est, quare opponatur, & quando. Si autem objicitur, ut ab accusatione vel testificatione aliquis repellatur, non est inscribi necesse &c.* Vides Lancelottum ea quæ mox sequuntur in hoc paragrapho de differentia inter accusationem & delegationem, ex *hoc. cap. 16.* descripsisse; sed cur non retinuit etiam tres modos procedendi adversus crimina ibidem indicata, & cur loco *exceptionis* ibi adductæ hic substituit *inquisitionem* ex *cap. licet Heli de Simonia?* Et quomodo jam istæ duæ diversæ pontificum sententiæ conciliabuntur? Ita videtur dicendum. Non poterat Innocentius III. *in c. 16.* mentionem facere inquisitionis quia per ea quæ mox sequentur, processus inquisitorius eo tempore nondum erat natus. At idem Innocentius III. introducto a se processu inquisitorio *in d. c. licet Heli* expunxit *exceptionem*, & loco ejus *inquisitionem* substituit. Lancelottus autem de objectione criminis per modum exceptionis infra agit §. 4. Non inepte Glossa *ad h. l.* istam diversitatem sic conciliat. *Delictum proponitur in judicio per modum agendi, aut per modum excipiendi: si primum, aut ex officio, & datur inquisitio: aut ad instantiam partis læsæ, & hinc datur accusatio, quicumque autem agat, aut agit ad pœnam & ideo modis prædictis ageret, aut ad correctionem, & inde oritur denunciatio.* Quinque modos quibus de crimine haberi notitia potest recenset Cuchus *Instit. lib. 4. tit. 1.* Accusationem, Denunciationem, Inquisitionem, Exceptionem, & Notorium. De notorio vide §. *3. tit. seq.* & *lib. 3. tit. 14. §. 30.* T.

(8) Etiam

nem, cum folenni præcedente inſcriptione (8) *a*) per Accuſatorem Rei crimen ad Judicem defertur. (9) Per Denunciationem, (10) ut cum nulla præcedente inſcriptione, ſed tantum charitativa monitione, (11) *c* ad

a) can. qui crimen 2. quæſt. 8. & c ſuper his in princip. ext. cod.

(8) Etiam hoc ex jure civili, uti alia pleraque, deſumpſit jus Canonicum. Accuſator enim olim in crimen ſubſcribebat, i. e. interprete Ulpiano *l. 3. §. 2. ff. de accuſat.* libello ſubſcribebat, ſe profeſſum eſſe, & hæc ſubſcriptio ſimilitudine ſupplicii eum obſtringebat, *l. fin. C. de accuſat. l. ult. de calumniat.* Z. *Hoc ex Jure Civili.*

(9) Per oblationem ſcil. libelli, qui quomodo formari debeat, vid. apud Carpzov. *in prax. crim lib. 3. qv. 106. n. 5. 6.* Reuſner. *part. 3. deciſ. 18.* Scaccia *de judic. lib. 1. c. 51.* Z. *Quid hic deferre?*

(10) Hæc proprie non conſtituit peculiarem ſpeciem, nec alium effectum habet, quam ut inquiſitio inſtituatur. Denunciare enim nihil aliud eſt, quam crimen deferre ad magiſtratum, qui poſtea deſuper cognoſcat & inquirat. Nullum igitur conſtituit ſpecialem proceſſum, ſed proceſſum antecedit. Vid. Bachov. in Treutl. *vol. 2. diſp. 31. th. 1. lit. D.* Canoniſtæ alias quadruplicem faciunt denunciationem, Evangelicam, judicialem, Canonicam, & regularem, de quibus videri poteſt Greg. Sayrus *in clav. reg. lib. 12. c. 10. n. 2.* Hic ſine dubio intelligenda eſt judicialis, quam introductam ait idem Sayrus *cap. 14. n. 5.* quod accuſationes propter inſcriptionis neceſſitatem intermitterentur, conſtitutos igitur eſſe procuratores fiſcales, qui ex officio obligantur ad judicem crimina deferre, & hinc receptum eſſe, ut privati ſola denunciatione verbali procuratoribus illis crimina ſignificent, illi vero ea accipiant & porrigant Notario, Notarius porro judici. Z *Denunciationis differentia a reliquis. Quadruplex denunciatio.*

(11) Hæc ex mente Canoniſtarum neceſſario præcedere debet, & ſi acquieverit delinquens monitioni, atque ceſſet a delicto, denunciatione opus non erit. Alias a denunciatione repellitur is, qui non præmonuit, *c. 2. X. de accuſat.* Add. Thom. Hurtad. *tr. 4. cap.* *Ad quam denunciationem hoc pertineat?*

ad judicis notitiam crimen deducitur. Ideo autem, cum in modum Accusationis, crimen objicitur, est inscriptio necessaria, non cum in modum Denunciationis: quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem (12) est denunciatio facienda. (13)

Ac-

4.§.1.n.84. Quod tamen de denunciatione Evangelica intelligit Gregor. Sayrus *d.c.10.n.6.* Ad judicialem enim denunciationem, quia in locum accusationis succesit, negat esse necessarium, ut præcedat monitio. Z.

Alia differentia accusationis & denunciationis.

(12) Intentio deferentis non potest mutare processum, neque propter denunciationem intermittere debet judex inquisitionem. Et ipsæ quoque pœnæ scopum habet hunc, ut corrigatur delinquens. Alias differentias accusationis & denunciationis suggerit Greg. Sayrus *d.c.10.n.5.* inter quas illa non exigua est, quod denuncians non teneatur probare crimen. Z.

(13) Quod hactenus Zieglerus explicationibus suis doctrinam de denunciatione Canonica non multum perspicuiorem reddiderit, in culpa est Jus Canonicum. Unde ad excusandum Zieglerum hic paulo distinctius monstranda sunt, quæ jam summatim *nota 5. & 6.* a me sunt allata. Dixi 1) *Ipsos Canonistas nescire, quid rei sit denunciatio Evangelica.* Varias denunciationis species quidem recensent de Jena *aph. 3.* & Janus *in proœmio*; sed cum omnes denunciationis significatus misceant, & ita species homonymas magis quam univocas collegerint, lectorem magis confundunt, quam ut erudiant. Canonistæ communiter quadruplicem faciunt denunciationem *Canonicam*, *regularem*, *judicialem*, & *Evangelicam* Ziegl. ad Lancel. *l.4. tit.1.§.1.p.906.* Sed & hæc distinctio est æquivoci. Nam denunciatio *Canonica* denotat vel *generalem* seu publicam, ut quando agitur de matrimonii impedimentis, quæ tertius denunciat, vel *specialem*, illi competentem, cui interest habere bonum Prælatum, vel subditum Ecclesiasticum, ad hoc, ut quis a

Canonistæ nesciunt, quid sit denunciatio Evangelica.

bene-

beneficio removeatur. *Regularis* dicitur, quæ ſecundum diverſas religioſorum regulas expeditur de plano, & fit in capitulo ad correctionem exceſſus. Denunciatio *Judicialis* fit judici ad pœnam inferendam, vel etiam ad ſatisfactionem privatam, unde & ipſa dividitur in judicialem *publicam* & *privatam*. Vide quos citat de Jena *d. aph. 3. n. 3. 9. 10. 13. 14.* Hæ tres ſpecies, etſi & ipſæ in multis conveniant, utcunque tamen finibus inter ſe diſcerni poſſunt, ſed *judicialis & Evangelica* quomodo differant, ipſi Canoniſtæ neſciunt. Modo enim dicunt, Evangelicam ſaltem intendere emendationem fratris, judicialem vero intendere pœnam aut ſatisfactionem privati, modo, Evangelicam etiam extendunt ad ſatisfactionem privatam & reſtitutionem damni dati, adeoque denunciationem Evangelicam iterum ſubdividunt in denunciationem Evangelicam in ſpecie dictam, & judicialem evangelicam, quæ ratione originis ſaltem ſit Evangelica. De Jena *aphoriſ. 4. num. 8. ſeq. pag. 239.* Janus *cap. 4. §. 7. p. 56.* Cum vero non conſentiant Canoniſtæ in differentia denunciationis judicialis & Evangelicæ ratione finis, non mirandum etiam, quod non conſentiant in quæſtionibus affinibus, v. g. an denunciatio Evangelica procedat ab actu charitatis tantum, judicialis vero ab actu juſtitiæ, an vero Evangelica etiam procedat ab actu juſtitiæ; item an denunciatio Evangelica ſit ſaltem conſilii, an vero etiam præcepti; de quibus vide de Jena toto *aph. 5.* Canoniſtarum diſtinctiones, aſſertiones, limitationes, quibus hic utuntur ſic ſunt comparatæ, ut una alteram tollat, aut certe lectorem reddat confuſiſſimum. Conf. ea quæ collegit D. Hulſemannus *in diſſert. de corrept. fraterna §. 13. ſeq. p. 106. ſeq.* Dixi *2) Canoniſtas neſcire quomodo accurate differat denunciatio judicialis ab accuſatione & inquiſitione.* Etſi enim Pontifex dicat expreſſe *in cap. Licet Heli 31. X. de Simonia* contra exceſſus ſubditorum tribus modis procedi poſſe, per *accuſationem* videlicet, *denunciationem* & *inquiſitionem*; quomodo tamen differat denunciatio ab accuſatione & inquiſitione, dicere nequeunt. Modo enim denunciationem ab inquiſitione differre dicunt, quod inquiſitio locum habeat ſine denunciatione præcedente, ubi ſcilicet ad famam de crimi-

Neſciunt, quomodo denunciatio differat ab accuſatione & inquiſitione.

crimine judex inquirat, Lancel. *lib. 4. tit. 1. §. 1. & 3.* modo fateri coguntur, denunciationem nihil aliud operari, nisi quod loco diffamationis & querelæ succedat, judicique viam ad inquirendum adversus aliquem ex officio aperiat, quod nullo præcedente indicio facere haud posset. De Jena *aphor. 3. n. 2. p. 228.* Denunciationem vero ab accusatione modo sic differre dicunt, ut in denunciatione requiratur præcedens admonitio, non in accusatione, *cap. veniens 15. licet 14. de accusationibus*, modo in accusatione etiam præcedentem admonitionem requirunt, aut, ut suam differentiam salvent, accusationem pro denunciatione positam esse violenta textuum tortura asserunt *cap. si quis 2. eod.* Gonzalez Tellez *ad illud in notis n. 3.* Dixi 3) *Canonistas nescire, ubi sit sedes denunciationis Evangelicæ.* Communiter equidem dicunt sedem esse *in cap. Novit. ille 13. de Judic.* de Jena *aphor. 4. n. 3. p. 238.* Janus *cap. 1. §. 2.* Ddd. communiter *ad d. cap. Novit. ille.* Et si in hoc textu non est fundata denunciatio Evangelica, quatenus judiciali opponitur, frustra eam quæres in aliis. Jungi quidem jubet de Jena *d. l. can. si peccaverit 19. c. II. qu. 1.* Sed intentio ejus haud dubie non fuit alia, quam quod in *d. Canone* Augustinus æque provocet ad idem dictum CHRISTI, ad quod provocat Papa *in d. c. 13. de iudic.* non quod ibi etiam agatur de denunciatione Evangelica, cum potius textus ille commode referri possit ad contraria denunciationis. Quod si forte huc referre etiam velis *cap. Quemadmodum 25. de Jureiurando in fin.* facile prævidere poteris, quod responsuri sint dissentientes, illum textum loqui quidem de denunciatione quæ accusationi opponitur, non vero de denunciatione Evangelica, quæ opponitur judiciali. Breviter: si *in cap. 13. de iudic.* non est sedes denunciationis Evangelicæ, nusquam est in toto corpore Juris Canonici. Non sine ratione tamen dissentiunt alii & illam Epistolam decretalem *13. de Judic.* magis explicant de denunciatione judiciali. Pirhing. *Tom. 2. iur. Can. ad tit. de Judic. sect. 2 §. 2. n. 66. p. 22.* *Communiter sententia tenet, quod hæc denunciatio fuerit non mere Evangelica seu charitativa, sed etiam iudicialis, tum quia causa hæc commissa fuit iudicibus delegatis, & tum quia Rex Angliæ*

Nesciunt ubi sit sedes denunciationis Evangelicæ.

gliæ etiam super interesse proprio se fundabat, quæ est denunciatio iudicialis. Nec obstat, quod hic allegatur auctoritas Evangelica, quia ista denunciatio iudicialis introducta est instar Evangelicæ &c. Dixi 4) *Denunciationem omnem iudicialem esse evangelicam abusive & Evangelicam illam simul esse iudicialem.* Idque probavi *in d. disput. de denunc. Evangel. in notis ad* §. *5. 12. 13. & 14.* Dixi 5) *Denunciationem esse inventum Innocentii III. ad præparandum processum inquisitorium ab eodem paulo post introductum, & ad liberandos delatores, potissimum clericos a pœna calumniatorum ad exemplum Tyrannorum Ethnicorum.* Dicenda ad §. 3. Lancelotti ostendent Innocentium III. esse autorem processus inquisitorii, cum omnes decretales, quæ de inquisitorio processu loquuntur non sint antiquiores Innocentio III. Ita idem dicendum de decretalibus Epistolis, quæ mentionem faciunt denunciationis nostræ v. g. *c. 13. de indic. c. 25. de iureiur. c. 16. de accus. cap. 31. de Simonia.* Non obstat *cap. 2. de calumn.* Ad hoc enim respondebo *not. 18. ad* §. *seq.* Præparatio in eo consistebat, quod cum accusatores hactenus tenerentur ad inscriptionem ne calumniarentur, clerus & alii etiam delatores clero faventes a pœna calumniæ liberarentur, sub prætextu, quod ex charitate christiana, ex intentione correctionis fraternæ, ex pietate, ex zelo divino, denunciatione usi fuerint. Cum tamen apud bonos Principes & homines quosvis, sana ratione utentes delatorum maxime exosa fuerit conditio, de quibus infinita sunt loca apud Tacitum, Suetonium, Martialem, Plinium, Dionem Cassium, Capitolinum & alios historiæ Augustæ scriptores. Adde *totum titulum Codicis de delatoribus & petitionibus bonorum sublatis Lib. 10.* ibique DD. & *tot. tit. Cod. Theodos. de petitionib. & ultro datis & delatorib lib. 10.* ibique Jac. Gothofredum. Speciminis loco apponamus saltem *L. 2. Cod. Theod. d. t.* quæ Constantini M. est. *Comprimatur unum maximum humanæ vitæ malum, delatorum execranda pernicies, & inter primos conatus in ipsis faucibus stranguletur, & amputata radicitus invidiæ lingua vellatur, ita ut judices nec calumniam, nec vocem prorsus deferentis ad-*

Judicialis & Evangelica denunciatio parum differunt.

Denunciationis origo & scopus.

F (10) *mit-*

Accusator non probans objectum crimen tenetur ad pœnam talionis, nisi suam innocentiam purgaverit: & interim dum purgat, est suspendendus.

§. 2. Accusator igitur, si legitimis destitutus sit probationibus, eam pœnam *b*) debet incurrere.

b) can. qui non probare, 2. q. 3. & can. qui crimen. 2. q. 8.

---

mittant. Sed qui delator extiterit, capitali sententia subjugetur. Quod vero hoc inventum maxime in favorem cleri inventum sit, nec his nocuerit denunciatio laicorum, constat ex *Can. 1. & 5. C. 11. q. 7.* Prætextum charitatis Christianæ vanum esse & textum *Matth. 18. v. 15. seq.* a Papa, maxima tortura eo tractum exinde patet, quia Christus ibi non loquitur de denunciatione judiciali, neque de excommunicatione, neque de jurisdictione Ecclesiastica, sed solum de officio cujuslibet Christiani erga quemlibet Christianum ex charitate in negotiis extrajudicialibus, ita ut hic locus Christi sit instar commentarii ad dictum legis Mosaicæ Levit. XIX, 17. *Ne odio habeas proximum, arguas eum.* Vid. omnino Grotius *in Comment. ad h. l. Item* Joh. Ligthfoot *in hor. Hebraic. ibid.* Add. dictum Pauli *II. Thessal. III. vers. 13. seq. & I. Corinth. VI. v. 1. seq.* Confirmat observationes nostras hactenus adductas Franciscus Pegna in *Praxi inquis. l. 1. c. 10. n. 6.* adductus a Limborchio *Histor. Inquis. lib. 4. c. 5. p. 260. Quoniam autem ex tribus modis procedendi in hoc tribunali primus per modum accusationis non est usitatus; secundus vero per denunciationem, licet sit communis & usitatus, magis videtur esse initiativus, quam completivus totius processus, quia ex eo quod judicibus fidei denunciantur rei læsæ divinæ maiestatis, illi incipiunt inquirere, & procedere, & in toto hoc negotio potissimas per testes sibi vindicat Inquisitio, ideo ab hoc tertio modo procedendi per Inquisitionem, & iudices vocantur Inquisitores, & tribunal & ministri dicuntur etiam esse officii Sanctissimæ Inquisitionis.* T.

ad

currere, (14) quam si probasset, reus sustinere debebat.

ad §. 2.

(14) I. Inscriptio & pœna talionis hodie passim a foro recessit. Gothofr. *ad l. fin. C. de accus.* Z. *Usus hodiernus.*

II. Imo totus processus accusatorius. Cum enim accusatores *Ejus ratio.* pœnam calumniæ timere debeant, contra si denunciatione utantur, ab hac pœna sint immunes, stultissimi forent, qui præ accusatione non eligerent denunciationem. Adde quod accusator regulariter debeat suppeditare impensas, at denuncians relinquit curam impensarum judici inquirenti. Valde vero in Germania interitum processus accusatorii promovit Constitutio Carolina, ut probavi *in dissert. de occas. ac intent. Constit. Crimin. Carolinæ* §. *36.* Nec obstat, quod tamen hodie etiam Germania in multis pro- *Origines accusationum Fiscalium, & harum abusus.* vinciis utatur accusatoribus publicis i. e. Fiscalibus ad vindicanda crimina per accusationes suas constitutis. Nam respondeo, hæc esse mera glaucomata ad decipiendos incautos, quasi adhuc processus accusatorius non plane desierit esse in usu. Etenim re ipsa processus ille est inquisitorius, saltem larva accusatorii ornatus, & ipsi adeo Inquisitores Pontificii hujus inventi autores sunt. Nam promotor Fiscalis in processu Inquisitorio jam ab initio appellatus fuit Officialis Inquisitionis, qui officio accusatoris functus est. Ad hujus officium pertinuit dicta testium exquirere, & reos ad inquisitionem deferre, sive denunciare (vides adeo, delator est, non accusator proprie) illos judicibus ac petere, ut comprehendantur & in carcerem dejiciantur. Deinde comprehensis & admonitis reis eos accusare debuit. Vid. Limborch. *Histor. inquis. lib. 2. c. 5. p. 117. seq.* Significantior est alter locus apud Eundem *lib. 4. c. 7. p. 262. Quando delator crimen aliquod ab alio perpetratum ad Inquisitorem defert, & delatio apparentiam habet veritatis, juxta instructionem Eymerici, quæ olim obtinuit, hac ratione proceditur. Primo quærit Inquisitor, an delator velit accusare, & procede-*

cedere per modum accusationis in negotio, vel non? Si dicit, se per modum accusationis procedere velle, monendus est per Inquisitorem, quod oporteat se inscribere ad talionis pœnam, nisi probet. Istum tamen procedendi modum Inquisitor non facile admittere debet, tum quia non est in causa fidei usitatus, tum quia accusatori est valde periculosus; & multum litigiosus. Si tamen accusator instet, accusationem porrigere debet in scriptis, eaque a Notario, ut processus inchoetur scribi debet. Alii tamen contendunt, in crimine hæresis non esse necessariam inscriptionem ad legem talionis. Cum autem hodie raro accusantis persona admittatur, publicus est constitutus minister, quem Fiscalem vocant, qui personam accusatoris subit, & reos accusat; ne se subscribit ad pœnam talionis, aut ad alias, quas falsi accusatores pati solent. Vides hic, Fiscales ejusmodi non esse veros accusatores, sed eis jure Canonico occasionem suppeditari calumniandi pro lubitu absque metu pœnæ. Simul vides originem erroris & reliquiarum Papatus hodienum in Jurisprudentia dominantium, dum etiam in praxi plerumque defenditur, advocatos Fisci debere esse immunes a juramento calumniæ, utpote qui præsumtionem pro se habeant integritatis fortissimam, etsi contra hanc præsumtionem non raro clament exempla calumniarum apertissimarum & vix imaginatione concipiendarum. Et ecce insigne specimen calumniarum ex instituto processus inquisitorii a Fiscalibus inquisitionis quasi ex officio committendarum ex eodem Limborchio *d. lib. 4. c. 17.* ubi postquam formulam libelli accusatorii retulisset, quibus in inquisitione adversus hæreticos olim usi fuere Fiscales, ita subjungit *p. 287. Hic autem observat Reginaldus Gonsalvius, quando accusatio ex scripto proponitur, eam ordinarie complura atque conficta gravamina continere, quæ neque reo ipsi unquam venerunt in mentem, neque de quibus illum quisquam apud Inquisitores unquam detulit: idque hos præcipue in fines; primo, ut multitudine ac gravitate criminum confictorum obruentes miserum hominem attonitum reddant, ut sui ipsius impos nesciat, ubi sit, aut quo se vertat, quidve respondeat, dein, ut tentent, si forte accusatus*

Specimen calumniarum a Fiscalibus ex officio committendarum.

bat. Denuncians vero, licet ad talionem non teneatur, si tamen c) in probatione deficiat, (15) donec suam purgaverit innocentiam, (16) & ab officio & be-

c) *c. 2. extr. de calum.*

tus ex intentatis criminibus quodpiam admittat; aut saltem, si de illorum quopiam possint cum eo verba conferere, unde in nassam trahi possit. Et hæc vere dici, neque in odium Inquisitionis esse conficta, facile liquet ex historia Inquisitionis Goanæ, cuius autor homo Pontificius, narrat, cum sibi capita accusationis a Promotore Fiscali prælegerentur, inter alia iis hoc fuisse comprehensum, quod esset accusatus & sufficienter convictus, quod parum reverenter esset locutus de summo Pontifice, & contra illius autoritatem. Ad quam accusationem respondit, sibi plane non constare, quod eo modo, prout accusatione continebatur, de summo Pontifice locutus fuerit; interim si nexum totius sermonis aperiant, confessurum se sincere ac bona fide, quicquid dixisset. Cum denuo coram Inquisitore adductus esset, & Promotor Fiscalis eandem accusationem repeteret, noluere ipsi sermonis sui seriem & nexum aperire, neque posthac hæc accusatio repetita fuit, neque ulla illius mentio facta est in ipsius processu, cum illius sententia publice in actione Fidei prælegeretur: Unde colligit, fuisse hanc falsam accusationem, & eum solummodo in finem confictam, ut ex ipso quippiam expiscarentur. Cave tamen, ne putes, me insultare universo Fiscalium ordini. Absit. Veneror, & honoro probos & integros, quorum etiam non pauci ubique dantur. Saltem hic expono fontes & origines corruptæ Jurisprudentiæ per Canonistas. T.

(15) At si verum est, quod denuncians crimen probare non teneatur, uti statuit Sayrus *d. l. & cap. 14. n. 11.* nulla ei metuenda & infligenda propter defectum probationis erit pœna. Z. *Objectio.*

(16) Scil. quod non calumniandi animo ad hujusmodi crimina proponenda processit. *c. 2. X de calumniat.* Z. *Declaratio.*

F (10) 3 (17)

beneficio suspendendus erit: (17) ut cæteri simili pœna perterriti, ad aliorum infamiam facile non prosiliant. (18)

Po-

Objectiones aliæ.

(17) Durius igitur in proportione punitur denunciator, quam accusator, sicubi in probatione defecerit. Accusator enim ad similem pœnam tenetur: denuncians ad graviorem. Imo vero denuncians plane non intendit pœnam, sed correctionem tantum, & emendationem vitæ, uti supra dixit autor. *Z.*

Responsiones ad istas objectiones.

1) De duriore pœna denunciantis, quam accusatoris.

(18) Proposuit equidem in notis modo adductis varias objectiones Zieglerus adversus Lancelotti doctrinam, sed eas non sustulit nec solvit. Equidem quod initium notæ præcedentis attinet, non intelligo qua ratione Zieglerus objectionem formet, quasi durior sit pœna denunciantis, quam accusatoris. Suspensio enim ab officio non est gravior quam pœna talionis, inprimis si de crimine capitali quis accusaverit. Et si regeras, de pœnæ capitalis aut corporis afflictione non esse casum dabilem ob dicta *nota 1.* tamen infra dicenda *ad tit. 12. seq. huius libri* docebunt inter pœnas Canonicas præter suspensionem esse etiam depositionem, degradationem, interdictum, excommunicationem, quæ omnes sunt supensione, inprimis temporali majores. Sed illud dubium gravius est, quod bis urget Zieglerus, quomodo denuncians possit puniri, cum tamen hactenus dicta ostendant, denunciantes non teneri ad probationem, & præsumtiones pro se habere, quod denuncient ex impulsu charitatis Christianæ, non ad pœnam, sed ad correctionem fraternam. Ergo saltem hic iterum habebimus exemplum Juris Canonici sibi contradicentis, cum verba Lancelotti, hic a Ziegiero impugnata desumta sint ex *c. 2. de calumniatoribus.* Imo quid faciemus autori summarii ad hunc paragraphum, qui eum totum de accusatore falsum explicat, cum tamen Lancelottus loquatur diserte de differentia inter accusatorem & denunciantem. Sed salva res est. Quisquis sit autor summarii, accuratius sensum *d. c. 2. de calumniat.* per-

2) De pœna calumniæ denuncianti infligenda.

Quibus additur 3) ex summario hic desumta.

perspexit quam Lancelottus. Tolle homonymiam a voce denunciationis, & res erit clara. Denunciatio vel opponitur accusationi, vel est synonymum accusationis. De priore agitur in §. *1. hic*: Posterior significatus occurrit in *d.c.2 de calumn.* cujus autor est idem Innocentius III. Probo assertum posterius, quia Pontifex denunciantem hic punit, ideo quod non sufficienter probaverit. Accusatoris vero est probare, non denunciantis per modo dicta. Addatur Gonzalez Tellez *in comment. ad c.16. de accus. n. 8.* cujus hæc sunt verba. *Sed adhuc præsenti assertioni* (quod scilicet secund. *d. c. 16.* denuncians non teneatur ad pœnam) *obstat textus* cap. 2. de calumn. *ubi denunciator per calumniam pœna suspensionis punitur: ergo non tantum accusator, verum & denunciator subscribere debet, cum deficiens in probatione criminis illati æquali pœna puniatur. Cui difficultati ut satisfaciat Cardinalis ibi, docet, denunciatorem in ea specie non ad correctionem, sed ad vindictam egisse: ideoque quia per calumniam detulit, a beneficio suspendi. Sed hæc solutio quia nimis restringit textum illum, communiter a Doctoribus refellitur: quare ea omissa, verius dicendum est, denunciatores non teneri inscribere, si ad correctionem tantum agant, ex præsenti textu, &* cap. licet *infra* hoc titul. *Si autem se offerant probationi delictorum, ad eorumque instantiam procedatur ad inquisitionem, quia tunc quodammodo accusatorum partes sustinent, puniuntur propter calumniam. Accedit quia in* dict. cap. 2. *agitur de calumnia commissa a subdito erga Prælatum; quæ omnino punienda est, cum alias facile subditi Prælatos suos, a quibus passim increpantur, objurganturque, diffamarentur falsis illatis criminibus. Nec interest, quod delator non inscribit quia non valet argumentum: Ergo, non punitur; qui contra electum, & non confirmatum crimen excipit, non inscribit; quia ad pœnam non agit, ex præsenti textu: & tamen si in probatione deficiat, punitur,* cap. 1. de elect. in 6. Scilicet, ut aliquoties monuimus, & ad §. *seq.* latius probabimus, Innocentius III. est autor processus inquisitorii. Igitur antequam eundem introduceret & antequam is reciperetur, & in praxin introduceretur, vigebat adhuc jure

Denunciationis homonymia.

C. 2. de calumn. loquitur de denunciatione quæ est synonymum accusationis.

Astutia Innocentii III.

Ponit, quando procedendum ſit per inquiſitionem

§. 3. Per inquiſitionem (19) criminale judicium inſtituitur, (20) cum præcedente diffamatione, *d*) ac qua-

d) *c. qualiter & quando cl. 2. extra eod.*

jure Canonico ſolus proceſſus accuſatorius. Quamvis igitur accuſatores, calumniam committentes jure Canonico veteri hic ad marginem allegato tenerentur pœna talionis, aut alia graviori, qualis etiam infligitur adhuc in *cap. de calumn.* Innocentius tamen tertius, ut eo melius viam aperiret proceſſui, quem jam meditabatur, inquiſitorio, incepit prius leviores pœnas etiam accuſatoribus in calumnia deprehenſis introducere, ut ſaltem ſuſpenderetur calumniator donec calumniator canonice innocentiam ſuam purgaret. Fuisſe autem pœnam hanc, quam Zieglerus duriorem vocaverat, revera levisſimam, patet ex *gloſſa ad hunc* §. *noſtrum*, quæ purgationem canonicam recte explicat de purgatione per juramentum. At calumniator, qui non timuit calumniam committere, non etiam timebit juramento ſe a calumnia purgare, inprimis, ſi zelo phariſaico fervens ſe ipſum falſo perſuadeat, quod non ſit calumniator. Sed ita, inquies, Lancelottus aperte confudit diſtinguenda. Quid inde? Facile id condonandum Lancelotto, quod iſto tempore, quo ſcribebat, non perciperet ſatis diſtincte omnes aſtutias Paparum, deſtitutus videlicet ſubſidiis, quibus hodie gaudemus. T.

Levitas pœnæ calumniatori hic dictatæ.

Lapſus Lancelotti.

ad §. *3.*

Utilitas proceſſus inquiſitorii.

(19) Salubriter proceſſus hic receptus eſt, ne deficiente accuſatore delicta manerent impunita, cum interſit Reip. ut provincia aut civitas malis hominibus purgetur *l. 13. ff. de offic. præſid.* Et ex hoc debet judex ex officio ad inquiſitionem procedere, idque ſi non fecerit, crimine non levi ſe obſtringit. Paris de Put. *de ſyndicat. in verb. de negligentia, verſ. infra n. 8. 9.* Z.

Quæ oſtenditur eſſe imaginaria.

(20) Etiam hic error, quamvis ſatis gravis, condonandus Zieglero, quod putaverit, ſalubriter loco accuſatorii proceſſus introductum eſſe proceſſum inquiſitorium, cum eum communem habeat pro-

prope cum universis JCtis hodienum celeberrimis, quasi scilicet processus inquisitorius hodiernus partim ex jure Naturæ, partim ex Scriptura sacra aut lege Mosaica, partim ex jure Romano sit derivandus.

Summa dissertationis de origine processus inquisitorii.

Quam sententiam palpabiliter refutavi *in differt. de origine processus inquisitorii.* simul ad oculum monstrans eum soli Juri Canonico & Clero Pontificio debere originem, id intendenti, ut sub specie justitiæ imperium in Laicos variis artibus diu quæsitum confirmarent. Summa eo redit.

Status controversiæ.

Postquam §. *1.* generalem definitionem processus inquisitorii dedissem, & §. *3.* statum controversiæ formassem, quod (1) non agatur hic de officio Magistratus in genere puniendi delinquentes, neque (2) an processus inquisitorius in totum repugnet dictamini rectæ rationis, neque (3) an ubi processus accusatorius receptus est, omnis inquisitio & pœna delictorum notoriorum cesset, etsi nemo accuset, sed (4) quod quæstio sit: An inquisitorius processus tanquam remedium ordinarium recipiendus sit in republ. præ processu accusatorio?

Responsio ad objectiones pro necessitate vel præstantia processus inquisitorii ex jure naturæ.

In §. *6. usque ad 12.* respondi ad argumenta, quæ pro dissentientibus ex doctrina juris naturæ afferri poterant, vel allata sunt. 1) Principis & Judicis officium consistere in eo, ne delicta maneant impunita, ergo etiam officium judicis consistere in eo, ut inquirat in delicta, etiamsi nemo accuset. 2) Ex propria confessione nostra posse casus existere, ubi deficiant accusatores, & quidem cum evidenti damno Reip. Ergo hic saltem opus esse processu inquisitorio. 3) In processu accusatorio accusatores, inprimis præmiis excitatos sæpe esse calumniatores. Ergo hic saltem utilitatem præstare processum inquisitorium. 4) Præstantiam processus inquisitorii exinde patere, quod hic inquiratur etiam in delicta occulta, & quæ absque testibus committi soleant, nec post se relinquunt opus in sensus incurrens. 5) In processu inquisitorio etiam delicta non occulta puniri, quæ alias pœnam a lege civili statutam non habent, & in quibus adeo locum non habet processus accusatorius, v. g. delicta carnis a legibus civilibus neglecta, adeoque horum saltem intuitu commendandum esse processum inquisitorium præ accusatorio. 6) In processu inquisitorio non omnia licere judici pro libidine sua & mero arbitrio agere, verum adstri-

ctum eu... esse ad certa indicia tanquam ad normam. 7) In accusatorio reos etiam propter sola iudicia fuisse condemnatos apud varias gentes, in inquisitorio nunquam condemnari propter sola indicia, sed vel factum ipsum debere probari, vel confessionem rei adesse. Et responsiones quidem reliquæ ad has objectiones ibidem legi possunt. Saltem speciminis loco hic apponam responsiones ad objectionem quartam & quintam. Ad *quartam*: Supponitur hic tanquam indubitatum, quod tamen est valde dubium, quasi scilicet expediat Reipublicæ, omnia delicta occulta punienda esse. Scopus Reip. cujusvis in puniendis delictis est, ne alii, qui similiter delinquere poterant, irritentur ad delinquendum, si videant, delicta esse impunia. Sed quomodo irritabuntur illi, quibus incognitum est, an aliquod commissum sit delictum? De occultis non judicat Ecclesia. Cur Resp. igitur de occultis judicare deberet? Inprimis cum forum Reipubl sit externum, ecclesiæ vero forum communiter dicatur esse internum, an recte id fiat, jam non disputo. Sed tamen alii, quamvis pauci, sciunt, delictum occulte esse commissum. Saltem ergo hæc non debebant esse impunita. At vero de his non loquimur. Et fac etiam, de illis sermonem esse, ad talia sufficiet processus accusatorius. Si urgeas, saltem delinquentem occulte, irritari ad delictum idem repetendum, vel majora etiam perpetranda, si non statim puniatur; respondebo; in viribus humanis non esse, ut omnia irritamenta ad delinquendum, tantum abest, ut omnia occulta irritamenta tollantur e Republ. ergo nec exstirpationem ejusmodi irritamentorum esse finem Reipublicæ. Deinde finem suum obtinebit Respublica, si hic, qui antea occulte deliquit, postea puniatur, cum testes adsunt de delicto repetito. Neque enim in potestate delinquentium est, ut delicta semper occulte committant, inprimis cum postea securius agere soleant, nec tantam circumspectionem, ut antea, adhibeant. Ad *quintam*. Nos potius invertimus argumentum, & potius quærimus, quis potestatem dederit inventoribus processus inquisitorii, ut potestatem legislatoriam sibi arrogaverint, & vitia cum criminibus contra principia moralia & juridica confuderint. Vitium & crimen valde differunt. Crimen est,

An expediat Reip. ut delicta occulta puniantur?

An expediat Reipublicæ punire vitia omnia, etiam notoria?

est, quod lædit præcepta justitiæ, cujus administrandæ gratia Respublicæ sunt institutæ. Vitium vero violat insuper præcepta honesti & decori. Virtus sui ipsius præmium. Vitium sui ipsius pœna. Siurgeas: Imo honorem virtutis præmium esse, regeram, dedecus & ignominiam esse vitiorum pœnam. Si legislator istam normam secutus pœnas saltem statuit criminibus, quo jure alius in Republ. ex vitiis omnibus crimina efficere audet, cur potestatem legislatoriam ad se non pertinentem vi vel fraude sibi vindicat? Taceo, quod valde suspectam reddat hanc prærogativam processus inquisitorii, quod saltem vitia voluptatis notet, quæ fere communem omnium, honestati vel minimum addictorum, detestationem incurrunt. Cur non etiam notarunt pœnis vitia ambitionis & avaritiæ, zelum intempestivum, fraudes, scilicet pias, hypocrisin? Porro §. *13.* & *14.* monstravi iniquitatem sub processu inquisitorio latentem propter cessantem pœnam calumniæ sive judicum, sive delatorum, tum propter torturæ & carcerum squalidorum usum, si non originem, saltem potissima incrementa debentem inventoribus processus inquisitorii. Cum vero defensores processus inquisitorii soleant pro ejus justitia & præstantia varios textus ex Sacra Scriptura adducere, respondi §. *15.* *ad* §. *25.* partim generaliter, omnes illos textus nonnisi per torturam evidentissimam eo trahi, cum Scriptura S. nihil doceat, quod rectæ rationi repugnet; partim specialiter ad textus *Genes. XVIII, 20. 21. Exod. II 11. seq. Deuter. XIII, 12. seq. XVII. 4. Josuæ VII. 19. Proverb. XX. 8. XXIV. 11. Rom. XIII. 1. Lucæ XVI 1. seq.* Simul tamen confessus sum, nihil etiam probare dictum Joh. *VIII. 11.* contra licentiam processus inquisitorii. Sequitur in §. *26.* *ad 32.* demonstratio, quod in Republica Israelitica solus processus accusatorius ordinarie fuerit receptus. *Deuteron XIX. 17.* & *XXV. 1.* juncto Seldeno *de Synedr. Vet. Hebræorum libr. 2. c. 13.* Sigonio *de Rep. Hebr. l. 6. c. 7.* item quod divinum numen noluerit inquiri deficientibus accusatoribus in delicta occulta, ubi nullum corpus delicti adesset, quia ne quidem in homicidio, etsi delicto gravissimo, ubi etiam de corpore delicti constaret, processum inquisitorium instituere præceperit. *Deuter. XI. 1. seq.* Neque etiam

Responsio ad textus Scripturæ S. a dissentientibus per torturam adductos.

In republ. Israelitica solum processum accusatorium in usu fuisse.

Neque inquisitionem fuisse institutam in delictis occultis.

Neque omnia vitia apud Hebræos punita esse.

iam in omnia vitia, sive occulta, sive non occulta inquiri, aut ea puniri Deum jussisse, in quæ postea autores processus inquisitorii, etsi sint occultissima, inquiri voluerunt. Ita inter crimina punienda, non fuisse relata apud Hebræos bigamiam, concubitum mariti cum soluta, stuprum virginis aut viduæ honeste viventis, tantum abesse, ut processus inquisitorius ibi locum habuerit. *Exod. XXII. 16. Deuter. XXII. 28. und. Deuter. XXI. 10. XXII. 13. seq.* Porro ignorasse Remp. Hebræorum carceres squalidos & torturam cum suis indiciis, sed si reus non convinceretur de crimine per duos testes, absolutum eum fuisse a pœna capitali. *Levit. XXXV. 30. Deuter. XVII. 6. XIX. 15.* Neque adeo tum temporis persuasum fuisse populo Israelitico, acsi magistratus Dei iram excitaret, si non torqueret reum, quem unicus testis nocentem esse dixerat, etiam aliis accedentibus indiciis. Denique, etsi Moses jussu divino nonnullis delictis pœnas capitales imposuerit, easque satis terribiles, non tamen fuisse illas inhumanas & crudeles, quales secum tulerit processus inquisitorius. Ubi simul exposui, quid intelligendum per extirpationem delinquentis a populo suo, & quomodo concipienda sint quatuor genera pœnarum capitalium apud Israelitas usitata, gladii, strangulationis, combustionis & lapidationis, & quid respondendum sit ad objectionem de combustione, primo intuitu valde sententiam nostram premente. Quin & sapientissime a Deo fuisse provisum, ne temerarii accusatores impunes manerent. *Deuter. XIX. 16 seq.* Testes enim & accusatores, vel denunciantes apud Hebræos fere eosdem fuisse, cujus moris ratio ex principiis reipublicæ Judaicæ simul docetur. Ulterius §. 33. & 34. ex Luciano, Demosthene, Maximo Tyrio, Nicolao Cragio probavi, Athenienses pariter & Lacedæmonios ignorasse processum inquisitorium. Quod Romanos attinet, ostendi §. 35. ad §. 47. male ab his derivari originem processus inquisitorii, cum tamen Pandectæ & constitutiones Imperatoriæ nihil nisi processum accusatorium recenseant *l. 1. ff. de Accusationibus & inscriptionibus.* & pœnas calumniantium accusatorum *dd. tit. item tit. ff. de prævaricat. item ff. & C. de calumniat. item ad St. 1. Turpilianum*, & torturam olim nonnisi rarissime, & intuitu processus inqui-

Ignotos illis fuisse carceres squalidos & torturas.

Ignotam etiam fuisse pœnarum crudelitatem.

Contra falsorum testium pœnam gravissimam.

Athenienses & Spartanos ignorasse processum inquisitorium.

Romanos saltem habuisse processum accusatorium.

quisitorii, recentioribus etiam temporibus non ita promiscue usurpatam esse testentur *l. 1. ff. & C. de quaestion.* juncto Schiltero *Exerc. 49. §. 119.* & Ulpiano *l. 1. §. 23. de quaestion.* carceres autem nolint inter pœnas referri *l. 8. §. 9. de pœnis.* Non diffitendum tamen esse, sub Imperatoribus quædam præludia aut concomitantia processus inquisitorii paulatim irrepsisse, nempe pœnas carcerum *l. 1. & 2. C. de custod. reor. l. 7. pr. ff. depositi l. 50. §. 41. de injur.* tormentorum extensionem ad liberos homines *l. 3. C. de quaest. &c.* Adsunt etiam testimonia prope infinita, sine accusatione & omnibus ad processum accusatorium pertinentibus, non licuisse apud Romanos reos criminum condemnare, neque solum in statu Reip. liberæ sed & sub Imperatoribus. Cicero *pro Roscio Amerino*, Festus, *Act. XXV. 16.* Tertullianus *in libro ad Scapulam.* D. Marcus *apud Gallicanum*, Ambrosius *lib. 8. Epist. ad Synagrium*, Imperatores *l. ult. C. de accusat.* His præmissis respondi ad textus pro dissentientibus adductos, *l. 2. § 32. ff. de O. J. l. 13. de offic. Præsid. l. 1. §. 25. de SCt. Silaniano. l. 6. de custod. & exhib. reorum. l. 6. §. 3. ad SCt. Turpil. l. 7. C. de accus. l. 1. C. de custod. reor. Nov. 128. c. 21.* Respondi etiam Clarissimo Jacobo Basnagio *in Histor. Eccles. cap. 9. libri 24. p. 1419.* primam originem inquisitionis Justiniano adscribentis, partim, quod illa relatio nitatur saltem autoritate historiæ secretæ Procopii, scriptoris valde suspecti, partim, quod ne quidem quæ inde allegavit Basnagius, in Procopio extent. Denique monstravi, quod Processus inquisitorius originem debeat solis Pontificibus Romanis, & juri Canonico, quod jam suo tempore circa annum 1520. agnovit Robertus Maranta *in spec. aur. part. 6. n. 48. & 206.* Non tamen credendum, quasi subito processus inquisitorius Christianum orbem invaserit, sed factum id fuit pedetentim. Olim non erat sic, sed secundum doctrinam ipsius juris Canonici, turpe habebatur & illicitum sine accusatore aliquem condemnare. *Canon nihil. 4. can. de manifesta 17 C. 2 q. 1.* Sed postea mutata sunt tempora, & quemadmodum olim ad impugnandam inquisitionem abutebantur Canonistæ textibus Scripturæ, v. g. *in d. can. 4. & 17.* quod Christus Judam non ejecerit, quia non fuerit accusatus, item Sa-

Textus a dissentientibus adducti.

Respondetur Basnagio originem inquisitionis Justiniano tribuenti.

Processus inquisitorius originem debet juri canonico, sed per gradus.

lycetus dictum Christi de adultera *Joh. 8.* ita successores etiam torquebant textus scripturæ pro introducenda & commendanda inquisitione, ut mox apparebit. Inceptum etiam fuit corrigere leges civiles circa processum accusatorium, & inimicos repellere ab accusatione *c. 7. 13 19. de accusat.* Tellez ad *cap. 10. eod. tit. n. 5. & 6.* item Laicos ab accusatione Clericorum sub prætextu, quod Laici sint Clericorum inimici *c. 1. 2. 3. & 4. C. 11. q. 7.* (De inimicitia laicocorum in Cleros est *c. 5 & 14. ibid.* Atque hoc quidem primo intuitu non videbatur esse adeo iniquum, cum & Clerici non deberent accusare laicos *can. 6. ibid.* sed tamen magna latebat fraus, cum Clerici tamen possent denunciare laicos, non vero laici clericos.) Unde semel obtenta facultate corrigendi & emendandi leges Politicas de accusatorio processu disponentes, facile fuit ulterius progredi.

Gradus primus correctio processus accusatorii.

Porro & denunciatio erat jam introducta, differens maxime ab accusatione, quod accusator deberet inscribere nomen & pœnam calumniæ pati, denuntiatores calumniæ pœnam non metuerent, sed facile excusarentur prætextu charitatis. Et hæc ipsa adeo denuntiatio paravit viam processui inquisitorio. (Reliqua ad hunc gradum pertinentia repete ex *nota 5. 6. & 13.*)

Gradus secundus introductio denunciationis.

Neque statim publice sancita fuit inquisitio, seu processus inquisitorius. Sed prius hinc inde vel ab ipso Pontifice, vel ejus speciali jussu & permissu ab aliis tentatus. Vide *cap. 16. & plura sequentia de Accusat. c. 31. de Simon. c. un. Ut ecclesiast. benef. sine dimin. conferantur.* Potissimum illud *cap. unic.* vide plenius in *Epistolis Innocentii III. lib. 1. Epist. 268.*

Gradus tertius.

Unde opus habuit Pontifex justitiam hujus processus non consueti defendere adversus objectiones ipsi factas. Quæ continentur in *d. cap. un.* verbis: *Proponebas, quod nullus debeat sine accusatione damnari, nec aliquid circa negotium illud sit factum in forma judicii &c.* Item: *cum enim juris sit explorati, quod actore non probante, is, qui convenitur, etiamsi nihil præstiterit, debeat absolvi &c.* Quamvis parum rationabiliter ista dubia solveret, & ordinem inquisitorii processus justificaret *d. cap. unic.* verbis: *quia vero hæc allegatio* &c. Etenim nihil respondet ad objectionem, sed pro more ineptorum disputantium saltem contradicit, aut negat conclu-

Gradus quartus.

clusionem *ibid.* verbis : *porro cum donatio &c.* Similiter inepta est responsio Pontificis ad objectionem, quod nemo possit simul esse accusator & judex, dum torquet pro neganda conclusione dicta Lucæ, & Geneseos *cap. 17. & 24. X de accusat. & cap. 31. de simonia* & postea ineptissime subjungit, *non tanquam sit idem accusator & judex, sed quasi fama deferente vel denunciante clamore sui officii debitum exequatur.* Et omnino apparet, quam curta Pontifici fuerit suppellex in defendendo suo processu inquisitorio, quod eadem sit lyra, & eadem prope adhibeantur verba in istis tribus capitulis modo allegatis, quamvis ad diversos & diversis temporibus datis. Nullum vero est dubium, quin primas radices processus inquisitorius egerit initio seculi XIII. sub Innocentio III. Papa. Nam pleræque, si non omnes Constitutiones Papales, quæ de processu inquisitorio primum loquantur, sunt hujus Innocentii. Scilicet *cap. 13. de judiciis, cap. un Ut ecclesf. bon sin. dim. conferantur, c. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 24. X. de accusat. Cap. 31. de Simonia &c.* Qualis & quantus fuerit Innocentius III. videri potest ex gestis ejus ab Anonymo conscriptis, & operi vasto Epistolarum Innocentii, a Stephano Baluzio Parisiis superiore seculo edito, præmissis, ut & ex ipso Epistolarum opere. Scilicet a Pontificiis ut magnus heros prædicatur. Lector impartialis videbit, fuisse hominem non extraordinariæ eruditionis nec prudentiæ, forte tamen etiam nec malitiæ, stultitia & superstitione communi non imprudenter utentem ad augendum imperium Ecclesiasticum, & supprimendam auctoritatem Magistratus Politici. Sedi præfuit ab anno 1198. usque ad annum 1216. Porro quemadmodum hactenus dicta de gradibus originis satis docuerunt simul, inventione hac processus inquisitorii intendisse Pontifices, ut sub specie justitiæ imperium in Laicos, variis artibus diu quæsitum, confirmaretur; ita tyrannidem per processum inquisitorium quæsitam ulterius ad oculum monstrat, quod vel statim comitata eundem vel mox secuta fuerit inquisitio in hæreticam pravitatem, per hanc vero confusiones & turbæ universales, ac injustitiæ horrendæ sub specie pietatis totum Christianum orbem inundaverint. Ut de origine processus

Autor verus Innocentius III.

Fructus & incrementa, inquisitiones contra hæreticos & sagas.

clavi regia lib. 12. c. 10. n. 6. Adde quod intentio etiam deferentis non possit mutare processum, cum propter denunciationem, etiam ex intentione haud charitativa factam, judex secundum principia Juris Canonici non debeat intermittere inquisitionem. Ut taceam & ipsas pœnas, potissimum Canonicas hunc scopum habere, ut corrigatur delinquens. Adde quod si ipsi Canonici calumniosissime denunciarent Laicos, tot exceptiones in promtu haberent, in quibus non esset necessaria præcedens admonitio, ut eæ facile tollerent totam regulam. Tales limitationes communiter sex recensentur 1) si peccatum proximi sit publicum. 2) Si etiam occultum cedat in damnum totius communitatis, & periculum sit in mora, nec quis speret, se sua privata monitione impediturum malum. 3) Si occultum in majus damnum aliis cedat, quam est fratris ignominia, quæ famæ ejus ex delatione ad superiorem provenit. 4) Quando peccatum occultum sua natura est contagiosum & exitiale, ut hæresis. 5) Si frater ob majorem profectum spiritualem renunciaverit gradibus a Christo institutis, & malit illico deferri ad superiorem, ut efficacius & melius emendetur, quam a fratre privato. 6) Quando ob aliquam circumstantiam concurrentem prudenter judicari potest, ordinem Christi vel omnino vel ex parte futurum inutilem ad finem correptionis, qui est emendatio proximi. Nam frustra niti, & nihil aliud laborando quam odium quærere extremæ dementiæ esse. Vide latius has sex limitationes examinantem Hulsemannum *de corrept. fratern. §. 13. n. 271. seq p. 127. seq.* T.

Variæ observationes de fama.

(23) I. H. e. fama communis. Atque hanc ad specialem inquisitionem tam necessariam volunt Canonistæ, ut non sufficere dicant, quod duo pluresve etiam jurato affirment, aliquem crimen aliquod se videntibus commisisse, nisi clamosa simul præcesserit insinuatio, per *c. inquisitionis 21. §. tertiæ X. de accusat.* Requisitum enim hoc eis est necessarium, ut rumor & fama ad majorem congregationis partem pervenerit. Lessius *l. 2. de justit. c. 29. dub. 15.* Farinac. *in prax. p. 1. l. 1. q. 9. n. 1. sq.* Sed istud in foro nostro receptum non est, neque recipi debet, cum intersit Reip. ne delicta, undecunque judici cognita, maneant impunita. Atque ideo id,

 quod

quod de duobus testibus dixi, limitant Dd. quod accipiendum sit de inquisitione tanquam præparatoria judicii ordinarii. Vid. Valentin. Volzius *de inquisit. n. 60. in not.* Sed in terris pontificiis a dispositione juris Canonici sæpissime receditur, ubi si constet de corpore delicti, & sint duo vel tres testes, qui viderint, potest judex specialiter inquirere adversus delinquentem. Bonacin. *disp. 20. q. 2. punct. 5. n. 12.* Nec enim alias inter se conveniunt Canonistæ, qui hominum numerus requiratur ad infamiam, uti notat Greg. Sayr. *clav. reg. lib. 12. c. 10. n. 13. Z.*

Dolus Canonistarum intuitu requisiti de fama. II. Vario modo hic decepit Pontifex Laicos. 1) Quod dixerit, processum inquisitorium non debere locum habere nisi fama præcesserit, cum tamen ad inquisitionem ex voluntate ejus sufficiat etiam denunciatio per dicta *not. 21.* & cum ea, quæ hic a Lancelotto §. *4.* & *5.* annotantur, doceant, etiam exceptiones ibi contentas valde infringere istam regulam. 2) Quod persuaserit Laicis famam esse rationabile ac sufficiens indicium ad inquirendum, cum tamen fama plerumque a malevolis procedat, & mala fama parum obesse debeat, cum ex humana suspicione nascatur, ac crebrius fallatur. Multum in utramque partem fama mentitur & tam de bonis mala, quam de malis bona falso rumore concelebrat. Tellez *ad cap. qualiter 17. de accus. n. 2.* ubi Bernardum, Hieronymum, Tertullianum, Isidorum & Quintilianum citat. Adde Carpzovium *in Praxi Crimin. Part. 3. q. 120. n. 20.* unde Pragmatici decem requisita famæ excogitarunt, ut ad fundandam inquisitionem sufficiat, recensita *ibidem n. 22.* 3) Quod valde obscurum & incertum sit, quinam & quot homines ad famam requirantur, præprimis cum plerumque fama, si non semper, ab uno homine, vel certe a paucis ortum ducat, &, cum sit secundum Poëtam

Fama malum, quo non aliud velocius ullum,

velocissime multiplicetur. Jam cuilibet cogitandum relinquo, quanta per ejusmodi inventa Juris Canonici detur occasio Judicibus, sub specie justitiæ summam injustitiam exercendi, quamvis tamen non omnis malitia judicum sit adscribenda juri Canonico. Nam Canonistæ ad fundandam inquisitionem ad minimum denunciationem aut famam

Confessus crimina coram inquisitore, non poterit confessionem suam eo prætextu revocare, quod non præcesserit fama inquisitionem.

§. 4. Si quis g) tamen, postquam coram eo, qui contra ipsum super certis criminibus inquisitor deputatus fuerat, eadem crimina confessus fuerit, (24) frustra postmodum eo prætextu confessionem suam impugnare contendet, quod super eisdem criminibus non fuerit ante diffamatus. (25)

g) *cap. 1. eod. tit. in 6.*

Si

famam requirunt. At judices hodierni sæpius inquisitionem inchoant absque alterutro horum requisitorum, nullas relationes debito modo de fama vel ejus autoribus præmittentes, sed sufficere putantes, si ad tegendam vindictam privatam aut alios affectus generalem saltem mentionem præmittant famæ vel rumoris cujuscunque, potissimum in delictis occultis; aut, si inimicus Rei vel homo alias levis notæ factum aliquod denunciet, ut delationem illam taceant, & loco illius in initio actorum generaliter de rumore mentionem faciant, eum in finem, ut postea delatorem illum, ut testem illius rumoris examinare possint, cum alias delatoris testimonium exiguam fidem mereatur &c. Qui abusus certe satis frequentes desiderant maxime correctionem a principibus. T.

ad §. 4.

(24) Si quis enim in judicio interrogatus fateatur, pro convicto habetur. *l. 5. ff. de custod. reor.* dum tamen de crimine commisso revera constet. Ant. Matthæ. *de criminib. tit. de quæstionib. c. 1. n. 1. 2.* adeoque frustra excipiet deinde confessus, nullam de se ante inquisitionem extitisse famam. Z. *Ratio.*

(25) Mallem, ut Zieglerus abstinuisset ab illa ratione ex jure civili petita, cum longe alia sit ratio processus accusatorii, quem so- *Objectio contra illam rationem.*

 lum

lum jus Romanum novit, alia inquisitorii. Nam si accusator reum accuset, & reus factum confiteatur, non aliæ sunt partes judicis tanquam impartialis & qui partes accusatoris simul non sustinet, quam ut reum condemnet, cum adversus confitentem Reum non opus habeat accusator, ut delictum probet; nec generaliter in Reum accusatum ulla cadat suspicio cur mentitus fuerit. Alia ratio est inquisitionis, ubi judex simul actoris partes sustinet, sæpe reum sine sufficientibus indiciis carceri mancipat, falsis aut dolosis persuasionibus ad confessionem inducit, aut metu torturæ incusso eam elicit.

Arcanum tyrannidis Canonistarum.

Unde potius dispositionem hujus paragraphi refero inter arcana tyrannidis Canonistarum. Et ne quis affectui meo istud assertum imputet, loco probationis afferam ex Limborchii *Historia Inquisitionis* quædam loca, sententiam meam egregie illustrantia. *Libro 3. c. 5 p. 193.* ex Jacobo Simancasio late probat, revocantes confessio-

Revocantes confessionem puniuntur ut impœnitentes.

nem puniri ut impœnitentes, addito sequenti judicio. *Quodsi contingat aliquem metu pœnæ fuisse confessum, non licet tamen illi innocentiam suam asserere, nisi rursus Inquisitioni tradi, & tanquam impœnitens puniri velit; adeo ne mutire quidem contra sancti hujus tribunalis judicia, etiam injusta, licitum est. Interim ne videantur ullius injustæ sententiæ esse patroni, innocentibus, qui tædio carceris ac supplicii ultimi metu confessi fuere crimina a se non commissa, facultatem concedunt denuo judicio coram Inquisitoribus experiendi, sed ea adhibita limitatione, quæ & innocentissimos deterrere possit. Id est, ut tan-*

Artes inquisitorum ad eliciendam confessionem captivorum.

quam impœnitens curiæ seculari tradatur. Idem lib. 4. c. 17. integro p. 277. seq. artes Inquisitorum, quibus e captivis veritatem elicere student, exponit. Præcipua saltem hic referam. *Si captivi non confiteantur ea, de quibus delati sunt, uti sæpissime contingere potest, vel quia delationes falsæ sunt, vel quia non meminerunt, præsertim si jam aliquot anni elapsi sunt, & forte per inadvertentiam quædam in familiari sermone enunciata, quæ minime præmeditata fuerunt, longe alia inquirendi instituitur ratio, omniaque, quæ captandis & irretiendis miseris ac squallore carceris jam fatigatis reis inservire possunt, adhibentur &c.*

Juxta

Juxta Eymerici directorium inquisitores non interrogant omnes de iisdem, nec eodem ordine; sed occasionem & modum inquirendi arripiunt vel ex accusantium & denunciantium dictis, vel ex testium responsis, vel ex his quæ experientia docuit, vel ex his quæ proprii ingenii acumen aperit: crebroque modum examinandi variant; ne, si modum ordinarium ac regulam generalem rei prævideant, eum etiam præcaveant & evitent &c. Sed si errores suos pandere nolunt, sed potius ambiguis responsionibus tegunt, varias adhibet Inquisitor artes, ut eas detegat. Nam quantum fieri potest, aperte eos interrogat, in singulis interrogationibus singulas, non plures simul, proponit, & ad singulas compellit attente reum respondere: si adhibeat reus responsiones obscuras & dubias, jubetur eas, priusquam ad alia progrediatur, declarare: si disputare velit, nullam cum eo Inquisitor init disputationem, sed solummodo interrogat & examinat. Aliquando benigne alloquitur, simulat se compati ejus miseriæ, hortatur ut dicat veritatem, quam se scire simulat, spe aliqua injecta gratiæ & dimisfionis si fateatur, quia solet sacrum Inquisitionis officium misericordiam exhibere illis, qui sponte delicta sua, quamvis gravissima & maxima, confitentur: & blande eum alloquitur: Non formides secure confiteri, si forte credideris illos bonos esse homines, qui ista & ista docebant; adhibuisti eis fidem, & libenter audiebas eos, & dedisti eis de substantia tua, vel aliquando recepisti eos in domum tuam, vel fecisti eis confesfionem, cum esses homo simplex, & diligens eos, quos putabas esse bonos homines, & malum nescires de ipsis: hoc enim posset contingere multo sapientioribus, quam tu es, ut sic deciperentur. Ego compatior tibi, video te delusum simplicitate; & licet habeas aliquam culpam, majorem habet, qui te instruxit: dicas mihi veritatem, quia vides me totum negotium scire, ut possim te statim liberare, & tibi gratiam facere. *Hisce præmisfis, eum porro interrogat, non tam de ipso facto, quam illius circumstantiis, ut alter credat, factum ipsum jam illi esse cognitum &c. Si sciat eum per testes non esse convictum, Inquisitor accipit processum,*

sum, eum revolvit & dicit: manifestum est te non dicere veritatem, sed ita esse prout ego dico; dic ergo veritatem clare; ut sic reus credat, se convictum esse, & sic apparere in processu. Aut scedulam in manu habet, ex qua legere se simulat, quæ ea non continentur, & tum quasi admirans dicit, quomodo tu potes negare? nonne clarum est mihi? Hic autem sibi cavent, ne ad specialia descendant, ex quibus reus facile posset colligere, Inquisitori causam suam, prout præ se fert, non esse notam: sed tantum proferant id, quod sibi certum est, & de aliis tantum in genere loquantur. Aliquando etiam Inquisitor simulat sibi alio abeundum esse, neque se, nisi post longum temporis spatium, rediturum; dicit se compati captivo, velle se eum expedire, itaque suadet ut fateatur; alias ipsum in carcere cum compedibus debere remanere usque ad suum reditum, quem nescit, quando futurus sit: ut ita captivus diuturno tetri carceris squallore territus præ tædio fateatur &c. Si nec sic captivi confessionem elicere potest, in cibo & potu eum humaniter tractat, procurat, quod viri aliquot de fide nullo modo suspecti ad eum intrent, & frequenter de diversis rebus & ad causam suam minime pertinentibus loquantur, & tandem illi persuadeant, ut sibi confidat, & consulant, ut veritatem fateatur, promittendo, Inquisitorem ipsi gratiam facturum, seque futuros Mediatores: Tandem cum eis Inquisitor intrat, & promittit ipsi facere gratiam, si verum fateatur: Nam totum est gratiosum quod fit pro conversione hæreticorum, & pœnitentiæ sunt gratiæ & medelæ. Si itaque delatus petit gratiam, & fateatur errorem suum, dicit, fiet tibi gratia amplior, quam petis; & non nisi verbis generalibus gratiam promittit; nam quamcunque postea faciendo, quantumvis minimam, fidem datam adimplebit. Et quando se facturos gratiam spondent, de his solum pœnis intelligitur, quæ in eorum arbitrio positæ sunt, quales sunt multæ pœnæ pœnitentiales; nam eas, quæ a jure sunt sancitæ, remittere ipsi non possunt. Quin & docent, non obstante prædictæ gratiæ promissione, quod pœnas pœnitentiales & arbitrarias imponere possint; quoniam si post longum tempus, & assiduas

mo-

monitiones, quandoque post tormenta, ea gratia promissa, rei delictum confitentur. jure & juste potuerunt, omissis levioribus pœnis pœnitentialibus graviores imponere, sufficit enim unam aut alteram remittere, ut datæ fidei, quantum licet, fiat satis. Et blandis istiusmodi pollicitationibus nonnunquam incautiorum animos expugnant; sed & mox ubi scopum a se intentum attigerunt, omnium illarum promissionum obliviscuntur &c. Si hæc via non succedat, permittit Inquisitor aliquem ad captivum intrare, illi non ingratum, qui cum ipso loquatur, &, si opus fuerit, fingat se de secta ipsius adhuc esse, sed præ metu abjurasse, ac veritatem Inquisitori prodidisse. Cum captivus illi confidit, denuo ad eum intrat sera vespera, & sermones cum eo protrahit; tandem fingit, serius esse, quam ut abire possit; tota ergo nocte cum eo manet in carcere, ut simul colloquantur, & captivus inducatur alloquio alterius, ut sibi mutuo confiteantur, quæ commiserint. Interea extra carcerem loco congruo aliqui stant, auscultantes & verba eorum colligentes, &, si opus fuerit, Notarius cum iisdem &c. Hisce examinationibus factis si captivus nihil confiteatur, in carcerem reducitur, ibique aliquando per integrum annum asservatur, antequam denuo coram Inquisitore sistatur. Interim si quis audiri velit ab Inquisitore, & quædam confiteri, potest leviter carceris sui ostium pulsare, & custodem carceris, qui ab apparitoribus monitus captivum adit, rogare, ut ad Inquisitorem adducatur. Si reus ad interrogationes sibi in judicio factas respondere nolit; aut respondet quidem, sed per verba incerta, & dubia, nempe, nescio, non recordor, oblitus sum; aut quando quidem respondet super facto principali, sed super circumstantiis substantialibus ad ipsum delictum pertinentibus respondere recusat, modo tales sint, de quibus eum recordari verisimile est, torqueri potest, ad habendam præcise responsionem affirmativam, vel negativam: quia non solent pro crimine hæresis comprehendi rei sine legitimis indiciis, plus quam semiplena probatione. Idem fiet, si rei dementiam simulent. Aliquando etiam macerantur carcere & jejunio &c. Confer eundem *lib. 4. c. 33. p. 347. & c. 37. p. 354.* T.

ad

Si judex processerit non excipiente inquisito de non diffamatione processus tenebit.

h) c. fin. eod. tit. in 6.

§. 5. Idem etiam erit, *h)* si is, cui contra te commissa super certis criminibus fuerit inquisitio, te præsente, nec quicquam super hoc excipiente, (26) infamiæ inquisitione omissa ad veritatem eorundem criminum inquirendam processerit. Nec enim processum hujusmodi, eo quod non fuit de infamia primitus inquisitum, ulterius impugnare poteris. (27)

Si crimen opponatur excipiendo, non est necessaria inscriptio.

i) c. super bis §. cum aut. ext. eod. tit.

§. 6. Accidit autem interdum, ut alicui nec accusando, nec denunciando, nec inquirendo, sed excipiendo crimen opponatur, utputa *i)* cum quid objicitur, ut quis ab accusatione, vel testificatione repellatur, (28) quo casu non erit inscriptio necessaria.

Non

---

ad §. 5.

Exceptio præjudicialis contra defectum famæ.

(26) Qui defensiones reorum instruunt, Inter alia famam præviam negare jubent; sic enim judicem teneri probare istiusmodi famam. Est autem ista exceptio præjudicialis, quam si omiserit reus, & inquisitio continuata fuerit, non poterit ea deinceps ex hoc capite, quod nulla præcesserit fama impugnari. *Z.*

Novum tyrannidis specimen.

(27) Sed hoc rursus tyrannicum est. Si enim inquisitio omni fundamento ab ipsis canonistis præscripto destituitur, sane nulla est. Cur ergo hanc exceptionem evidentis nullitatis non quovis tempore liceat opponere? T.

ad §. 6.

Variæ observationes.

(28) Bifarium potest exceptio criminis objici (1) ad impediendum criminale, quod institutum est judicium, petendo videlicet, non ut

ac-

Non est necessaria inscriptio, si crimen objiciatur, ut quis ab officii vel beneficii assecutione excludatur: quo ta-

accusatori pœna aliqua irrogetur, sed ut ab accusatione instituta repellatur. Et tunc nulla potest sequi condemnatio ejus, adversus quem exceptum est, nisi nova sequatur accusatio vel alia causæ cognitio. Poterit enim tum judex criminaliter procedere contra delinquentem, (2) non solum ad impediendum criminale judicium, sed etiam ad pœnam accusatori infligendam, quo casu, probato crimine, etiam condemnari & puniri potest accusator. Et tum omnia ea, quæ servantur in judicio accusationis, servanda sunt etiam in judicio hoc exceptionis criminalis. Jul. Clar. *in pract. crim. quæst. 19. n. 3.* Valent. Volzius *ad l. 2. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult. n. 19. seq.* Et hinc igitur hoc secundo casu necessaria etiam videtur fuisse inscriptio. Notant vero Moralistæ, Lessius, Sotus & alii, dum demum exceptionem criminis adversus testem admitti (1) quando crimen objectum testi, conducit reo ad sui defensionem, si enim non conducit, non defensionem esse, sed aggressionem & vindictam. (2) quando reus aliter defendi nequit, nisi crimen objiciendo, idque crimen non debere esse testi damnosius, quam est reo testimonium, alias contra justitiam peccari. Stateram hic mihi optarem, qua crimina adpendi & ad se invicem librari possent. Semper enim verendum est, ne sibi minus prosit, alteri magis noceat Reus, cum raro in eodem delicti genere conveniant Reus & testis. Imo vero longius adhuc progrediuntur alii, qui quodammodo excusant reum testi falsum plane crimen objicientem. Sic enim Diana *p. 3. tract. 5. miscell. resol. 4. Imo Bannez*, inquit, *& Ledesma cum Orellana probabiliter sentiunt, esse solum mendacium veniale, objicere testi aliquod crimen falsum secluso perjurio in objiciente & testibus ad hoc inducendis.* Et addit ipse Diana, quod dato, quod reus & testes in hac objectione falsa jurarent, peccarent contra charitatem & religionem, non vero contra justitiam. Z.

tamen casu si post confirmationem opponatur, deficiens in probatione punitur pœna extraordinaria.

k) d. c. super his §. cum autem ext. eod. tit.

§. 7. Sed *k*) an, (29) si propterea crimen opponatur, ut quis a promotione officii, vel beneficii assecutione excludatur, necessaria tunc sit inscriptio? Et proditum est, si ante confirmationem objiciatur, non cogi quenquam inscribere: quia crimen hoc modo probatum promovendum quidem impedit, non tamen jam promotum dejicit. (30) Post confirmationem vero, (31) cum scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam consecrandus, quia ab obtinendo repellit, & ab obtento dejicit, ad extraordinariam pœnam secundum arbitrium judicis citra vinculum inscriptionis, si defecerit in probando, est excipiens adstringendus. (32)

DE

ad §. 7.

Declaratio. (29) Intelligendus est hic casus adhuc de objectione criminis per modum exceptionis. Z.

Ratio. (30) Quia scilicet promotus nondum est, uti in casu sequente. Z.

Objectio. (31) Adversativa hic nihil agit. Neutrubi enim inscriptione opus est, quod posteriore casu intendunt verba: *citra vinculum inscriptionis.* Atque hinc perperam dicitur in summario *c. 10. X. h. t.* quod excipiens hoc posteriore casu inscribat ad pœnam extraordinariam. Sed nec priore casu impune esse debet, famam alterius lacessere, & proinde illic quoque arbitrium judicis in pœna extraordinaria decernenda videtur locum habere, ut adeo præter necessitatem casus disjungat Pontifex. Z.

Aliud monitum. (32) Quæ hic docuit Lancelottus de exceptionibus contra accusatores, olim quidem habere usum poterant, ante inventum processum

DE DVPLICI PVRGATIONE.

TITULUS II.

Quid sit purgatio, & quotuplex. Et quod vulgaris purgatio est penitus improbata.

§. I.

Contingit etiam interdum, ut, licet adversus criminosum nec accusator consistat, neque testibus, aut propria sit confessione convictus, (33) ita tamen ali-

cessum inquisitorium. Hoc introducto nullum habent usum, quia nunc cessat processus accusatorius. T.

TIT. II.

ad §. *1.*

Irrationabilitas purgationis deficiente accusatore vel testibus.

(33) Sed rectæ rationi repugnat, ut aliquis deficientibus accusatore vel testibus pro nocente habeatur, cum quilibet insuper præsumatur bonus, donec probetur contrarium. Unde videndum, sub quo prætextu se insinuaverit persuasio ejusmodi irrationalis. Nullo alio, quam autoritate Doctorum Pontificiorum. Pertinet huc elegans locus excerptus a Stephano Paschasio *recherch. de la France lib. 4. c. 2.* ex Ivonis Carnotensis, (qui circa finem seculi undecimi sub Philippo I. Galliæ Rege floruit) *Epist. 954.* Mentionem ibi facit Ivo, quod maritus quidam, uxorem suam de adulterio suspectam habens, voluerit ab ea divortium facere. Quod cum pater uxoris intellexisset, voluit, ut filia se marito purgaret per juramentum, sed maritus id acceptare noluit: Pater ex præcipitantia obtulit, quod filia ejus se purgare debeat per ferrum candens. Et fuit postmodum causa ea examinata in judicio Ecclesiastico; scilicet, an mulier illa sit obligata ad purgationem per ferrum candens. Ne-

Sententia Ivonis Carnotensis examinata.

 garunt

alicujus criminis, vel maculæ publica laborat infamia quod super manifesta fere nota (34) eidem purgatio sit

garunt aliqui, asserentes, *quod in hujusmodi causa non esset admittenda talis examinatio, in qua nulla judiciario ordine facta, præcessisset accusatio.* Alii contra putabant, debere fœminam subire istam purgationem, nec habere justam conquerendi causam, cum sponte se ad eam obtulerit. Quid ad hæc Ivo? Subjungit: *Non negamus, quin ad divina aliquando recurrendum sit testimonia, quando præcedente ordinaria accusatione omnia desunt humana testimonia. Non quod lex hoc instituerit divina, sed quod exigat incredulitas humana.* Vides adeo, Ivonem quidem velle, purgationi non esse locum deficiente accusatione, esse tamen locum deficiente probatione; quod posterius cum æque sit absurdum ac prius, absurdior adhuc est ratio Ivonis, quod hoc exigat incredulitas humana. Vellem enim audire argumentum inde deductum. Interim dato uno absurdo secuta sunt plura, nec mirandum adeo quod sequentibus temporibus exacta fuerit purgatio deficiente etiam accusatore. T.

Stabilitor hujus purgationis irrationalis Alexander III.

(34) Desumsit hæc Lancelottus haud dubie ex *cap. de hoc autem X. de Simon. & cap. nos inter X. de purgat. canon.* Qui uterque textus est Alexandri Papæ III. qui inclinante seculo duodecimo non diu ante Innocentium III. autorem processus inquisitorii, sedi Romanæ præfuit. Priore loco ita dicit: *Si vero id* (crimen simoniæ) *manifestum est, nec tamen inde convicti vel confessi fuerint, sed tantum publica laborent infamia, eis canonica purgatio debet indici.* Poterat hoc ita intelligi ut tamen ad minimum accusator adsit. Sed posterior locus & hunc seponit, ubi sic Pontifex: *Quodsi de aliquo crimine publica laboret infamia, accusatore & testibus deficientibus, ad purgationem est per ipsum Episcopum compellendus &c.* Senserunt quidam ex ipsis Canonistis, contradictionem latere in verbis prioris textus; quomodo enim crimen

fit indicenda. (35) Eſt autem purgatio,(36) demonſtratio

---

crimen aliquod *manifeſtum* dici poteſt, de quo reus nec eſt confeſſus, nec convictus, unde putarunt legendum *eſſe non manifeſtum.* Sed recte notat Tellez *ad d. cap. de hoc autem*, correctionem non eſſe ad mentem Pontificis, utpote qui *manifeſtum* quærit in infamia publica. Sed tamen ipſe Lancelottus duritiem hujus locutionis non concoquens hic famam ſaltem *fere manifeſtam notam* appellavit. Quamvis nec hæc mitigatio tollat irrationabilitatem ſententiæ Pontificis propter ea quæ de fallacia famæ jam notavimus *nota 23. ſect. 2.* Interim & hic novum exemplum habes obſervationis ſuperioris, quod conſtitutiones anteceſſorum Innocentii III. multa irrationabilia & naturæ proceſſus criminalis accuſatorii adverſa introducentia, viam ipſi paraverint ad formandum & ſtabiliendum proceſſum inquiſitorium. T.

(35) Quæ hactenus diximus, valde illuſtrantur ex iis, quæ tradit Tellez *in comment. ad cap. 16. de purgat. Canon. n. 3. Sed hæc aſſertio*, inquit, (ſcilicet quod deficiente accuſatione & probatione criminis, reus qui de crimine infamatus eſt, purgare ſe debeat) *difficilis redditur ſequentibus juris principiis. Aut enim purgatio canonica* (de qua præcipue ibidem agit Tellez. Nos vero adhuc de ea abſtrahimus, & in genere contra omnem purgationem diſputamus, & rationes etiam a Tellezio adductæ contra purgationem in genere valent) *indicitur, quia accuſator legitimus non eſt, & tunc fatigandus non eſt accuſator*, cap. accuſator. 7. q. 1. cap. 1. *ubi late probavi*, de accuſat. *aut legitimus eſt accuſator, ſed crimina objecta non probavit: & tunc certum eſt, accuſatore non probante, reum eſſe abſolvendum*, l. 1. & 3. C. de edendo. *Igitur neutro caſu purgatio canonica poteſt injungi: nec intereſt, quod ipſe reus poſtulatus laboret infamia, quia famæ, aut rumori temere credendum non eſt*, cap. 2. de cohabit. cleric. cap. 5. de eo qui cognov. conſanguin. cap. 6. de fide inſtrum. *Rationes a Tellezio contra inventum purgationis deficiente accuſatione & probatione adductæ.*

 Alio-

Alioquin, *ajebat Quintilianus*, fraude inimicorum falsa vulgantium sæpe fama noceret etiam innocentibus: famæ sæpe numero malignitas initium, credulitas incrementum dat. *Quare Pontifex* in cap. vestra 8 de cohab. cleric. *ait*; Non testimoniis, quæ rumor spargit, atque circumfert, etiamsi dicantur esse quorundam bonæ existimationis hominum; sed testibus tantum in judicium productis esse credendum. *Quod & docetur* in l. 3. §. idem Dominus ff. de testibus. *Faciunt Cicero* pro Posthumo, *ibi*: Iisdem testibus, inquam, & quidem non productis, sed dictis testium recitatis, quasi præjudicata res ad has causas deferatur. *Tacitus* in lib. de Oratoribus, *ibi*: Testimonium in judiciis publicis, non absentes, nec per tabellam dare, sed coram & per præsentes. *Igitur si adsit infamia, seu rumor contra ipsum reum postulatum, non ideo cogendus est purgationem canonicam subire. Augetur hæc dubitandi ratio ex eo, quia licet in causis civilibus probationum inopia laborantibus iusiurandum deferri possit reo a parte, vel iudice*, l. admonendi, ff. de jurejur. l. 3. C. de rebus credit. *tamen in causis criminalibus non licere iuramentum hoc deferre, probat Forner*, lib. 5. rer. quot. cap. 19. *Augetur secundo hæc dubitandi ratio, nam fallax valde est hoc genus probationis, siquidem testes compurgatores deponunt tantum de credulitate, cum debeant deponere in his, quæ perceperunt sensu corporeo*, leg. testium, Cod. de testibus. *Fachineus* lib. 11. contr. cap. 69. *& ita testi deponenti de credulitate in facto alieno fidem non adhiberi, post Glossam docent omnes repetentes* in dict. leg. testium, *Felinus* in cap. quotiens, de testibus. Jam videamus, quid ad istas objectiones respondeat Tellez. Initio *n. 8.* rationem juris Canonici, injungentis purgationem infamato, petit ex dicto Alexandri M. apud Curtium *lib. 7. c. 2.* dicentis: *Satius esse, purgatos esse, quam suspectos;* Sed ut taceam 1) valde dubium esse an Curtius historiam scripserit, an fabulam, 2) in eo etiam committitur petitio principii, acsi dicta & facta Alexandri M. sint omni exceptione majora, cum tamen in illo ipso libro septimo Curtii & præcedente sexto multa ibi recensita Alexandri dicta & facta regulis justitiæ & virtutis repugnent. 3) Per purga-

Ejusdem responsiones cum censuris.

Non prodest Canonistis dictum Alexandri M.

ga-

gationem ibi Alexander non intelligit neque purgationem canonicam per juramentum, neque ex vulgaribus aliquam speciem, sed simplicem responsionem ad objectum indicium criminis, uti vox *purgationis* apud eundem Curtium paulo ante *lib. 7. c. 1. n. 31. & 33.* in simili significatu accipitur. Idque ostendunt in *d. c. 2.* verba antecedentia & consequentia: *Nisi quæ delata essent excusissem; valde dissimulatio mea suspecta esse potuisset. Sed satius est purgatos esse, quam suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam.* Ergo a purgatione, de qua loquitur Alexander ad purgationem hujus tituli, quam inde probare voluit Tellez, parum apte infertur. Neque majus robur inest argumento, quod ex dicto Synesii adducit *idem d. l.* qui *in epist. 44. ad Johannem quintum* de gravi crimine suspectum ita scripsit: *Tametsi forte apud DEUM innocens sis, & sceleris expers, qui execrandum facinus nec factis, nec consiliis admiseris, nondum te tamen apud nos homines innocentem videri, quamdiu purgatus non fueris.* Præterquam enim, quod nec dicta Synesii autoritatem habeant Evangeliis parem, neque Synesius qui paulo post initium seculi quarti floruit de purgatione sive vulgari sive Canonica loqui; sed voce purgationis eodem in sensu quo Alexander M. usus fuisse videtur. Porro locus *Exodi c. 22.* ubi depositarius a quo res deposita repetitur, dicens rem sibi furto ablatam esse, jubetur jurare, quod ipse in re deposita nullam fraudem commiserit, nihil facit ad justificationem purgationis criminalis, deficiente accusatore & probationibus. Nam ibi aderat actor, non opus habens probatione rei depositæ, utpote quam consiteretur reus. Contra reus excipiendo rem sibi furto ablatam esse intuitu hujus exceptionis fiebat actor, adeoque id in eo loco irregulare erat, quod cum alias reus exceptiones probare debeat, hic reus absq; ulteriore probatione admitteretur statim ad juramentum. Uti vero rationem hujus irregularitatis in lege Mosaica hic inquirere nostri instituti non est, ita facile ex dictis patet, istud juramentum, nec pro suppletorio, nec pro purgatorio proprie haberi posse, adeoque ad præsentem quæstionem non pertinere. Similis est ratio casus Deuter, c, 21. ubi ignoto autore cædis vult DEus ut propinqui loci

Nec dictum Synesii.

Nec locus Exodi c. 22.

Nec locus Deuter, c. 21.

ſtratio innocentiæ ſuper objecto crimine. (37) Purgationis duæ ſunt ſpecies, *a*) Vulgaris ſcilicet, & Ca-

a) *gl. rub. ex. de pur. vulg.*

loci Præſides ac Prælati cæſa vitula, fractaque cervice, quaſi umbratile ſupplicium de homicida ſumant; Etſi enim adeſſe debuerint majores natu civitatis & manus ſuas lavare vitula cæſa, & rei ſacræ interpoſitione proteſtari ſe innoxios eſſe & autoris ignaros; tamen nec iſti majores natu diffamati erant de cæde, nec ſi hic ritus omitteretur, pro reis habendi eſſe jubentur, unde iterum argumentum ab illo ritu ad purgationem de qua agimus, revera eſt a baculo ad angulum. Et videtur ipſe Tellez ſenſiſſe imbecillitatem reſponſionum, unde mox ſubjicit, purgationem hanc non facile indicendam eſſe, nec ex alia fere cauſa, quam ſcandali tollendi gratia juxta Concil. Illerdenſe in *cap. Presbyter. C.2.qv.4.* ibi: *ne populus fidelium ſcandalum patiatur.* Ubi igitur ſcandalum aut infamia non adſit, talem purgationem indicendam non eſſe. Sed quemadmodum in dicto *cap. Presbyter.* ſcandalum & infamia conjunguntur, ita hic repetenda erunt, quæ de lubricitate famæ jam ſupra notavimus *not. 23. ſect. 2.* Scandalum vero, ſi ſolum adſit, abſque accuſatore, probatione, & indiciis ſufficientibus, pro accepto potius erit habendum quam pro dato. T.

Reſponſio ad objectionem de ſcandalo.

(36) Ita in genere definit; & ſub hac definitione comprehendi poſſunt omnes in univerſum probationes, quæ ad defenſionem rei faciunt. Z.

Definitio latior.

(37) Ergo vitio laborat definitio Lancelotti, cum ſit latior definito. Definivit enim purgationem in ſignificatu latisſimo, de quo jam diximus *nota 35.* ex Curtio. Igitur purgatio, de qua hic agitur, eſt oſtenſio innocentiæ, etiam deficiente accuſatore & probatione, adverſus famam iniquam, per media a Clero ex ratione ſtatus peculiari inventa, aut approbata, ad dominatum in Laicos aut Clerum inferiorem, & ea propter inventum proceſſum inquiſitorium, confirmandum. T.

Ejus emendatio.

(38)

Canonica. (38) Vulgaris purgatio est, quam vulgus vel invenit vel sequitur: (39) ut, cum aquæ frigidæ,

(38) Cum altera, quæ vulgaris dicitur, per canones rejiciatur, optimo jure ea potuisset omitti. Z.

(39) Desumta hæc definitio est ex *Can. Mennam* 7. *C. 2. qu.* 5. ubi simul additur, quod *purgatio vulgaris nulla Canonica sanctione fulta sit.* Sed docent historiæ, imo docet ipsum jus Canonicum, etiam probationum vulgarium genera a Clero, si non inventa, tamen satis diu non solum tolerata, sed etiam approbata & defensa fuisse. Quamvis id non sit negandum, ipsum Clerum etiam antiquitus circa hanc quæstionem de licentia purgationis vulgaris non fuisse unanimem. Etsi enim seculo nono Stephanus V. Papa, & Nicolaus I. ille *c. 20. C 2. qu. 5.* hic *c. 22. ead. qu.* & Alexander II. seculo undecimo *c. 7. ead qu.* (Nam ad Epistolam Alexandri II. *can. 11. ead. qu.* relatam, pertinere versiculum *dict. can.* 7. *vulgarem denique &c.* non vero ad Gregorium M. jam in corpore Juris Canonici post *d. can.* 7. legitur.) Hincmarus tamen Rhemensis & ipse seculo nono florens in libro *de divortio Lotharii & Tetbergæ in respons. ad interr. 6. Tom. I. oper. p. 599 -612.* magno conatu id egit, ut purgationem per ferrum candens, aquam calidam & frigidam defenderet, & ex ipsa sacra Scriptura interpretationibus mysticis exposita, eas purgationes deduceret, miserrime tamen & miras ineptias tantum non ubique, inprimis autem in salvanda probatione per aquam frigidam, immiscens. Repetitur eadem responsio *Tom. 2. oper. Epist. 39. p. 676. seq.* Ipse Gratianus *can. 24. C. 17. qu. 4.* ex concilio Moguntino sub Rabano circa medium seculi noni habito refert, statutum esse, ut, *si quis inculpatus quod Presbyterum occiderit, id negaverit, si liber sit, cum septuaginta duobus jurare, si servus, super duodecim vomeres ferventes se expurgare debeat.* Eodem seculo circa finem in concilio Triburiensi decrevit Clerus, quod etiam *nobilis homo & ingenuus*

Objectio. vulgarem probationem etiam a Clero si non ortam saltem defensam & etiam in Conciliis approbatam esse.

genuus antea in furto, aut periurio, aut falso testimonio deprehensus ad iuramentum non debeat admitti, sed sicuti is, qui ingenuus non est, ferventi aqua vel candenti ferro se expurgare, referente eodem Gratiano *c. 15. C. 2. q. 5.* Imo *can. 24. & 25. ead. qu.* quos ex concilio Selegustadiensi excerpsit Gratianus, docent, quod adhuc seculo undecimo, paulo post cujus initium concilium illud habitum est, probatio vulgaris, si duo de adulterio inculpati fuerint, approbata sit, in tantum, *ut, si ambo factum negantes orarent sibi concedi, ut alter illorum utrosque divino purget judicio, si unus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur.* Nec potuit id diffiteri Gonzalez Tellez *in comment. ad cap. 3. de purg. vulg. n. 9.* sed fatetur, *usum purgationis vulgaris per duellum, aut per ignem olim apud varias nationes receptum, in aliquibus Conciliis provincialibus fuisse toleratum, donec per Cœlestinum* (tertium) *Innocentium*, (tertium) & *Honorium* (tertium) *relatos in præsenti titulo* (*c. 1. 2. 3. de purg. vulg.*) *omnino fuit prohibitum iudicium purgationis vulgaris.* Præfuerunt autem isti tres Pontifices sedi Papali circa finem seculi duodecimi, & initium decimi tertii. Nullum vero est dubium, purgationes istas, quæ hodie vulgares dicuntur, jam olim Ethnicis non fuisse incognitas, & a sacerdotibus idololatricis ad terrendos eos, qui eorum sputa lingere nolebant, & ad defendendos eos, qui eorum partibus adhærebant, cum deceptione plebis fuisse inventas, atque postmodum a Clero Pontificio, postquam populi isti Christianam religionem professi essent, in similes usus fuisse retentas, ac multis ritibus superstitiosis auctas. Quod non solum ex antiquis legibus Longobardorum, Frisionum, Ripuariorum, Angliorum & Werinorum, & Capitularibus Francicis probatur, quæ singulæ sine consensu cleri & approbatione latæ non fuerunt, sed etiam ex formulis adjurationum & exorcismorum in judicio aquæ ferventis & frigidæ, item ferri candentis, ac panis & casei, seu uti barbare appellabant, casibrodii, patet, quas formulas referunt Aventinus *Annal. Boior. lib. 4.* Goldast *Const. Imper, Tom. 3.* Boxhornius *Hist. Univ. ad ann. 1005.* Petrus Pithœus *in Gloss. ad capitul. Caroli & Ludovici*, & qui ex

istis

iſtis conjunctim eas exhibet Lindenbrogius *in Cod. LL. antiquarum p. 1299. ſeqq.* Hinc non ſine cauſa notavit Spelmannus *Gloſſar. p. 392. ſi Dei digito regerentur iſtæ probationes, cur aliquando abolitæ ſunt? ſin minus cur usque adeo in Eccleſia toleratæ?* Adde quod hiſtoriæ antiquæ de uſu harum purgationum a Gregorio Turonenſi, Paulo Æmilio, Cranzio, Baronio, aliis relatæ ſatis demonſtrent, Clerum in ejusmodi probationibus non ſolum adfuiſſe, & eas ſecundum ſuum beneplacitum ordinaſſe, ſed etiam ipſos Clericos probationes ejusmodi ſuſtinuiſſe. Videantur latius Spelmannus & Dufreſnius *in Gloſſariis*, ſub voce *iudicium DEi*, Speidelius *in Speculo*, & Beſoldus *in Theſauro ſub vocibus*: ausfordern, glüend Eiſen tragen, Kampff-Recht, Waſſer-Urthel. Schottel. *de antiq. quib. Germ. iurib c. 28.* Dattius *de pace publica lib. 1. c. 1.* Anton. Matthæi *in manuduct. ad Jus Canonicum tit. de purg. vulg. & Canon.* Joh. Joach. Maderus *diſſert. de duello ut Ordalii quondam ſpecie*, & quæ inde excerpſi *in diſſert. de occaſione ac intentione Conſtit. crimin. Carol.* §. 19. *ſeq.* His adde Bignonium *ad tit. 55. leg. Salicæ*, Baylium *in Diction. ſub vocibus Emma & Hirpins.* H. Bangertum *in notis ad Helmoldum lib. I. c. 83.* & integram diſſertationem Viri Celeberrimi Joh. Chriſtoph. Becmani *de iudiciis DEi*, jam anno 1669. Francofurti ad Viadrum propoſitam (quam impudentisſimo plagio literario pene totam de verbo ad verbum exſcripſit ac ſuo addito nomine ſub titulo *de occultis DEi iudiciis* iterum publicavit quidam H. H. Meier, Francofurti ad Mœnum 1684.) cujus ſummam hic exhibebo ad illuſtrationem hactenus dictorum & notarum mox ſequentium. Capite I. judiciorum Dei variam acceptionem explicat, eorumque quoad uſum præſentem ſynonyma exhibet, adjuncta definitione, quod ſint disquiſitiones judiciariæ, quibus veritas rei humanitus inexplicabilis eventui præter naturam manifeſtando permittitur. Antiquitatem eorum ex Sophocle *in Antigone*, Pauſania *in Achaicis*, Euſtathio *lib. 7. & 11. de amorib. Iſmen.* Achille Tatio *de amor. Clitoph. lib. 9.* Valer. Max. *lib. 8. c. 1. n. 5. &c.* probat, oſtenditque ea non ſolum Hebræis, & Græcis, ſed & antiquis Saxonibus, Gallis,

Summa diſſertationis Becmani de judiciis DEi, tum in genere

frigidæ obrigesceret, aut ureretur, id culpæ reum perageret, cujus exemplum ex Surio profert de adultera Gangulphi Martyris uxore, quæ, dum ex fonte non frigido valde, lapillum extrahere voluerit, membris fere omnibus obrigescere cœperit, & in digitis ac brachio, quousque aqua pertigerit abstracta cute nuda caro visa fuerit. Alterum autem modum communiorem fuisse, olim adversus Albigenses & Waldenses ut hæreticos adhibitum, ad alios etiam usus translatum, ut ex Formula Pacis Alsaticæ: *Plebeius & minoris testimonii rusticus aquæ frigidæ se expurget judicio*, constet, & hodienum, etiam, ubi alias evanuerint ejusmodi judicia, hujus tamen usum retentum fuisse in probatione sagarum, ut ex scriptoribus rerum magicarum constet: modum hunc esse, ut dextra manus sinistro pedi, sinistra vero dextro pedi alligetur, & sic in aquam projiciantur, ac postmodum, si incolumes enatent, pro manifestis reis, si submergantur, pro insontibus habeantur. Etsi vero de modo ligandi nulla mentio fiat in veteribus formulis, docet tamen formula ex Goldasto apposita, quod rei ante missionem in aquam, in Ecclesiam fuerint deducti, & ante usum sacræ cœnæ conjurati, ut, si culpabiles essent, a cœna abstinerent, postea vero bibere jussi sint de aqua benedicta adhibita certa formula. Prolixiore formula aquam fuisse conjuratam, ut nullo modo suscipiat istum hominem, si in aliquo culpabilis esset, sed rejiciat ex se & faciat illum natare super se &c. Hoc autem judicium petente Ludovico Imperatore constituisse Beatum Eugenium, præcipientem, ut omnes Episcopi, Comites, Abbates, omnisque populus Christianus hoc judicio defendant innocentes, & examinent nocentes. Caput 4. monstrat, in judicio ignis ipsos ignes ac rogos, modo prunas, modo ferrum candens, chirothecas candentes, vomeres ignitos & similia fuisse adhibita. Boxhornium suppeditare ritus, & orationes & conjurationes dum Sacerdos ferrum forcipe accepit, & ad ignem detulit cum adspersione aquæ benedictæ & officio missæ. Orabatur Deus, ut per ignis fervorem discernerentur fideles ab infidelibus, ut a tactu ejus cujus inquisitio agebatur, conscius exhorresceret, & manus ejus combureretur, innocens vero illæsus permaneret. Mox vero accusatus ad *de probatione per ignem;*

novem pedum menſuram ferrum perferre debuit. Ita Richardam, Coroli III. Imperatoris uxorem adulterii crimen diluiſſe, narrante Aventino, & Comitis Mutinenſis uxorem coram Ottone III. mariti ſui ab Imperatore ad delationem falſam Imperatricis occiſi, innocentiam mariti probaſſe, referente Baronio ad *ann. 998.* Alia exempla referre Eudmerum ſcriptorem Anglicum & Helmoldum. De hac purgatione legem tuliſſe Philippum Comitem Flandriæ anno 1164. de ignitis vomeribus extare legem Francicam, *lib. 4. capit. 57.* etiam inter leges Lonbardas *l. 1. tit. 11. de parric.* relatam. Calcaſſe ejusmodi vomeres Emmam Eduardi confeſſoris Regis Angliæ matrem, incontinentiæ cum Wintonenſi Epiſcopo inſimulatam, citante Spelmanno; Cunigundam illicitæ conſuetudinis cum nobile Aulico traductam ex Camerarii *horis ſubſciſ.* Aliquando duodecim, aliquando novem vomeres fuiſſe adhibitos. Prunas candentes Briccium Turonenſem Epiſcopum veſtimenti laciniis exceptas ſine noxa per urbem tuliſſe, & falſo ſtupri crimine ſe liberaſſe, ex Zwingero. Heraldum, ut Magno Norwegiæ Rege ſe natum probaret, ſuper ardentes prunas nudis pedibus inceſſiſſe, ex Cranzio. Popponem, cum Danos ne fana excolerent, ſermone flectere non poſſet, flexiſſe facto, dum candentem ferri laminam chirothecæ formam habentem expediri juſſit, cui brachium cubitotenus inſeruit, & per omnes interrite circumlatam ſante Principis pedes excuſſit, illæſa manu, & ne quidem quoad colorem mutata: ex Saxonis *lib. 10. Hiſt. Danor.* Eundem Popponem teſte Cranzio *in Metropoli lib. 3. c. 42.* indutum cerata tunica & incenſa incolumem manſiſſe, & ſic multa millia Danorum ad fidem Chriſtianam duxiſſe. Transgreſſu Bonifacii per merum ignem Ruſſos ad Chriſtianiſmum fuiſſe adductos, referente Damiano, & eodem modo apud Zwingernm, Petrum Masſilienſem Presbyterum ſanctam lanceam geſtantem nudato corpore per ardentes flammas illæſum tranſiiſſe, & ſic ab invidia conflata ſe purgaſſe. Idem etiam de Hieronymo Savanorola a quibusdam dici, ſed id haudquaquam eſſe veroſimile fuſius oſtendit. Caput 5. purgationes vulgares reliquas exhibet: Probationem per duellum olim fuiſſe uſitatisſimam. Primam ejus men-

de probatione per duellum,

mentionem fieri *1. Sam. XVII.* de Davide cum Goliatho pugnante. Apud Ethnicos sponsiones ejusmodi frequentes fuisse, patere ex Livio *lib. 1.* Curtio *lib. 9. c. 7.* Tacit. *de morib. German.* In Capitularibus Caroli M. *l. 4. c. 31.* extare. *Si duo aut tres eum de furto accusaverint, liceat ei contra unum ex eis scuto & fuste in campo contendere.* Alias leges referre Delrium & Spelmannum: unde magnam succrevisse exemplorum seriem. Mirum esse, ipsos Clericos hoc judicii genere uti ausos fuisse, uti duobus exemplis ex Spelmanno allatis probat, in quorum altero reus clericus vicerit innocentem laicum. Hodie judiciorum nomine non esse quidem nota, sed tamen non plane in desuetudinem abiisse. Sic Franciscum I. Regem Galliæ provocasse Carolum V. ad monomachiam apud Sleidanum; Similiter teste Thuano anno 1611. Carolum Regem Suecíæ provocasse Regem Daniæ ad certamen singulare. Judicium crucis geminum fuisse, unum sortis divinatoriæ quoddam genus fuisse videri ad eum modum institutum, quo majores nostri pagani olim ex decisæ virgæ particulis vaticinati fuerint, describente Tacito *de Morib. German.* (*cap 10.*) Formulam ejus Christianis seculis deinde receptam talem exhiberi e Frisonum *LL. tit. 14. de homine in turba occiso*, a Spelmanno: *Reus primo duodecima manu* (h. e. totidem compurgatoribus) *objecti criminis se purificabat sacramento. Ad Ecclesiam deinde, vel distante longius Ecclesia ad reliquias sanctorum deducebatur præcisisque de virga duabus partibus, quas Talos vel Tenos vocabant, unam Crucis charactere insigniebant, alteram puram demittebant. Lana munda deinde, ne internosci possent, sortes istas seorsim obvolvebant, & in Ecclesia super altare, foras super reliquias ponebant, exorato tunc solenniter DEo, ut signo evidenter ostenderet utrum accusatus vere juraverit nec ne. Presbyter si aderat, vel absente Presbytero puer quispiam innocens sortium unum tollebat, quæ si ea esset, quæ Cruce signabatur, insontem pronunciabant accusatum, sin pura, reum judicabant.* Alterum modum stando ad Crucem fuisse expeditum, unde & *stare ad crucem*, item *cadere ad crucem*, & *in crucem evindicare* usita- *per Crucem.*

usitatissima legum phrasis sit. Mentionem ejus fieri *Capitul. Ludovici Imperat. ad L. Salicam c. 1. in Testamento Caroli M. de anno 778. c. 10. item Capitul. incerti anni c. 33.* Modum gerendi fuisse, ut partes coram judicio venientes post accusationem & negationem hinc inde interpositam, ad crucem stare per 42. noctes juberentur, & qui perstitisset, victor, qui cecidisset, victus haberetur. Denique offam judicialem caseo & pane hordeaceo, quos execratos vocabant, expediebant. Scilicet, notante Pithæo, suspecto criminis porrectum fuisse panem & caseum præmissis precibus in hanc sententiam: *Præsta quæsumus Domine per sanctum & mirabile nomen tuum, ut, qui Reus est hujus criminis ad appositum ei pro ostensione rei veritatis creaturam Panis sanctificati vel casei faux ejus claudatur, guttur ejus strangületur, & in nomine tuo ante illud ejiciatur, quam devoretur. Sed spiritus diabolicus in hoc negotio ad subvertendum judicium nihil prævaleat.* Eam adhibitam fuisse Clericis potissimum docere leges Ethelredi apud Anglo Saxones. Capite 6. epicrisin suam addit; Approbandum quidem esse judicium aquarum amararum, ut a DEO institutum, reliqua omnia approbari non posse, utpote tentationem DEi & nominis ejus abusum implicantia; hinc & publicis legibus abrogata fuisse a Pontificibus & Friderico I. *Constit. Neapol. lib. 2. tit. 31.* Esse etiam fallacia hæc judicia, nec ea illa qua par erat fiducia tractari potuisse. Agnovisse hoc Delrium, sed exempla sibi non esse in promtu fateri, horum loco affert ex Oldenkopio *suspectas magiæ aliquot fœminas in aquam projectas fuisse & omnes ei innatasse. Mox aliquem spectatorum a crimine ejusmodi immunem habitum precio accepto a personis illustribus eodem modo ligatum & abjectum fuisse, sed hunc æque natasse ac illas adeo ut etiam iuvante carnifice non potuerit submergi &c.* Potuisse etiam illa judicia naturæ ductu fieri, simplicibusque pro miraculis obtrudi, non semper quidem ubivis, sed pro re nata, & quoties Politicis vel Sacro ordini opus erat, ut rebus suis autoritas adderetur vulgusque promtius fieret. Aquam ferventem, seu Æneum, ut vocabant, non semper metui potuisse, quia in quavis culina fere notum sit, æneum, quam

Denique per caseum & panem.

Epicrisis de horum judiciorum tentatione divina & abusu divini numinis, item fallacia, & caussis naturalibus vulgo ignotis.

dum maxime ab igne fervere videtur, in fundo tepere tantum & nudis manibus tractari posse: Frigidæ in fervidam mutationem vix alibi quam in Gangulphi exemplo se offerre, nec publice receptam aut approbatam fuisse videri, & forte Satanæ fraudes hic subfuisse. Judicium aquæ frigidæ peculiari lege Lotharii Imperatoris *lib.2 leg. in specie de Lombard. tit.55. leg. 32.* esse prohibitum. Ab iis, qui ejus usum hodiernum in magis defendunt, rationem hanc potissimum afferri, quod aqua sinu suo eos non recipiat, qui fidem in aqua baptismo datam abnegaverint. Sed aquam naturaliter violationem baptismi non posse dignoscere; quod si virtute divina id fecerit, nos habituros immensum novorum miraculorum numerum, quæ nulla necessitate exigente patrarentur, quod in ignominiam divinæ majestatis cederet. Cætera satis fuse refelli a Delrio *in disquisit. magic.* Accedere rationes varias naturales, aeris competentis retentionem, etiam quandoque ex metu, per minas judicis aut carnificis excitato, ortam, corporum jam submersorum elevationem & aquæ innatationem; &c. Ad ignis judicia notandum (1) ipsam naturam jam aliqua immunitatis ab igne monumenta monstrasse: ita Pyrrhi dextrum pedis pollicem cremari non potuisse, Zwinglii cor, cadavere ejus flammis ab hostibus tradito exuri non potuisse; ita integras familias Hirpias super ambustam ligni struem ambulantes non aduri potuisse; ita in regno animali extra homines Salamandræ prodigium notum esse: in regno vero minerali se offerre lapidem Amiantum seu Asbestum, vel ut alii vocant, alumen scissile, itidem ab igne illæsum. (2) Eandem naturam ab arte adjutam non minora ostenta producere, licet in fraudes & abusus sæpe numero tracta. Sic Cigaros super stramina ignes conficere salvo manente stramine, singulari scilicet stramen tractandi modo, sic enim & aliquandiu illæsum servari posse stramen, rerum naturalium amantes scire. Certius esse, quod circumforanei ostentare solent, ut ardenti lardo, liquefacto plumbo & similibus fervidissimis materiis lavari sustineant, indeque unguentis suis contra ustionem autoritatem conciliare studeant, quorum tamen virtus hæc non sit, sed manuum ipsarum proprietas interveniente remedio ad id præparatarum, ut ab igne

judicio aquæ frigidæ.

de judicio ignis.

de judicio duellorum, gne illæsæ maneant. Duellorum judicium incertitudinis & impietatis argui a Luitprando Longobardorum rege, a Nicolao Papa &c.
crucis, Judicii crucis interdictum extare *in Capitul. Car. M. l. 1. c. 108.* addita ratione, quod Christi passio glorificata cujuslibet temeritate contemtui habeatur, cui adhuc illa addenda, quia est sortium divinatoriarum genus quas pro illicitis habent Theologi, nisi DEus eas ex-
offæ judicialis. traordinarie præscribat. De offa judiciali jam judicasse Molinæum, eam adhiberi astute, cum hæc sit vis conscientiæ trementis & animi anxii, ut cibi meatum arctet & fauces sic obsideat, ut ægre admittant caseum pinguem, lentum & viscosum, panemque calidum cujus materia tenax & non friabilis. Ideoque oportere, ut panis sit hordeaceus, cujus polenta sit lentior & materia adversus mastuca-
Observatio de separandis fabulis a veris historiis in narrationibus antiquiorum seculorum de probationibus vulgaribus. tionem contumax &c. Ego mallem, ut scriptores in judicio de actibus purgationis vulgaris ferendo, ante omnia secreverint fabulas ab historiis veris. Recte quidem *initio Cap. 6.* Becmanus notat, ex tot exemplis allegatis omnia in dubium vocari unanimem Scriptorum istius temporis consensum non permittere, & leges de purgationibus vulgaribus latas dubitare non permittere de omnibus ejusmodi relationibus. Interim mallem, ut secretæ fuissent apertæ fictiones, & mendacia monachorum de miraculis sanctorum suorum a factis, de quorum veritate testantur scriptores coævi. Sic in *cap. I.* quæ pro demonstrando usu probationum vulgarium ex Sophocle, Eustathio, Tatio allata sunt testimonia, apertæ fabulæ sunt, desumtæ videlicet ex scriptoribus Tragœdiarum & librorum, ut hodie vocari solent Romanciorum. Porro quæ Gregorius Turonensis de Gloria Martyrum & confessorum scripta reliquit, tantum non tota repleta sunt fictis miraculis, unde valde suspecta sunt, quæ ex hoc scriptore *cap. 3.* excerpta sunt; Eodem refero fabulam ex Surio de uxore Gangulphi martyris ibidem adductam; (ut adeo non opus sit, ut solliciti simus, annon Satanæ fraudes hic subfuerint, quarum mentio fit in *cap. 6.*) item in *cap. 4.* de Briccio Turonensi Episcopo, (unde tamen *cap. 1.* conjecturam sumsit Dn. Becmanus, quod hic primus inter Christianos esse videatur, qui circa annum 412. igneo usus fuerit examine) de Poppone ex Saxone Gramma-

ti-

tico & Cranzio, (inprimis cum jam in vulgus notum ſit, quantis mendaciis Saxo Grammaticus libros Hiſtoriæ Danorum repleverit;) de Bonifacio Slavorum regis filio ex Petri Damiani vita Sancti Romualdi, & de Petro Masſilienſi ex Zwingero. Quin & ex hiſtoriis de probationibus ſolennibus Laicorum per ignem & aquam forte ſingulæ, quæ in remotioribus paulo ſeculis factæ eſſe narrantur, adhuc ulteriorem mererentur diſpectionem, annon ad fabulas ſint referendæ. Ita de Emma Regina Angliæ matre Sancti Eduardi Regis caſtitatem ſuam pro ſe & ſimul inculpato Epiſcopo purgante per tranſitum ſuper ignitos vomeres, vide quæ refert Dn. Becmanus *c. 1. §. 5.* Neque deprehendi, quod Bælius *in dictionario ſub voce Emma* de facti hujus quod ad medium ſeculi 11. pertinet, dubitaverit, etſi obſervationes ejus, multum illuſtrantes noſtras legi mereantur. Interim Larreus *Vir Clarisſimus Hiſt. Ang. ſub Eduardo p. 217.* non ſine gravibus rationibus cenſet, ejus narrationis veritatem jure ſuſpectam eſſe. De purgatione ſimili Kunigundæ uxoris Henrici II. Imperatoris paulo poſt dicemus. Scripſit anno 1222. Cæſarius Heiſterbacenſis, monachus ordinis Ciſtercienſis *libros 12. Illuſtrium miraculorum & hiſtoriarum memorabilium*, ubi quidem in præfatione DEum teſtem invocat, quod nullum capitulum ipſe ſinxerit, addit tamen, quod ſi aliqua forte aliter ſint geſta, quam ab ipſo ſcripta, id eis imputandum eſſe, a quibus ipſi illa ſint relata. Oſtendit vero totus liber, quod Autor fuerit ſimplicisſimus dicam, an ſtupidisſimus, ita totus liber repletus eſt putidisſimis fabulis. Tales ſunt etiam, quas *libro 10. cap. 35. & 36. p. 756. ſeqq.* (edit. Colon. 1599.) de exemplis duobus purgationis vulgaris refert. Referre ſolet, inquit, Dominus Bernhardus de Lippia quandoque Abbas, nunc epiſcopus in Livonia quoddam miraculum. Novi, inquit, piſcatorem in Epiſcopatu Trajectenſi, qui cum quadam fœmina, multo tempore fuerat fornicatus. Et quia ejus peccatum nimis erat notorium, tempore quodam in ſynodo imminenti accuſari timens, dicebat intra ſe: Quid nunc facies miſer? ſi hac in ſynodo de fornicatione accuſatus fueris & confeſſus, illam in matrimonio mox ducere cogeris; ſi autem negaveris, candenti ferro convictus,

Duæ putidisſimæ fabulæ ex Cæſario Heiſterbacenſi, de purgatione vulgari.

L (10) 2 am-

amplius confunderis. Statimque ad sacerdotem veniens, magis, ut post patuit, timore pœnæ, quam amore justitiæ peccatum confessus est, consilium quæsivit, & invenit; Si habes, inquit sacerdos, firmum propositum nunquam peccandi cum illa, candens ferrum secure poteris portare, ipsumque peccatum negare, spero autem, quod virtus confessionis liberabit te. Quod ita factum est, cunctis stupentibus, quibus fornicatio innotuerat. Ecce hic ignis DEi potentia, contra naturam vim suam restrinxit; &, mirabilius aqua contra naturam incanduit. Quid plura? absolvitur homo. Post dies plurimos, cum alio piscatore officii sui causa in flumine navigans, cum domum prædictæ mulieris vidissent, ait alter alteri; Valde miror, & multi mecum, quare te in synodo non inusserit ferrum, cum tam manifestum fuisset tuum peccatum. Ille de gratia sibi collata indigne glorians, eo quod jam voluntatem fornicandi cum illa concepisset, manu aquam fluminis percussit, & ait; Ecce tantum nocuit mihi ignis ille. Mira DEi justitia, qui misericorditer pœnitentem custodivit, juste, & miraculose nimis punivit recidivantem. Mox ut aquam tetigit, candens ei ferrum aqua fuit, quam statim cum clamore valido retrahens, pellem dimisit in aqua; omnia circa se gesta socio referens, sera ductus est pœnitentia. Non discordat ab hoc miraculo, quod monachus noster Lambertus recitare solitus est. Rusticus quidam contra alium habens inimicitias, cuidam maligno homini, de ordine viatorum, quales multi sunt, pecuniam dedit, ut domum illius incenderet; quam sub specie religionis intravit, & tempore convenienti succendit, immemor miserrimus hospitalitatis, postquam fuisset reædificata, accepto pretio, renovavit incendium. Turbatus homo, repente omnes, de quibus suspicionem habuit, accusavit, qui per candens ferrum se expurgaverunt. Denuo domus incensa, reædificata est, & ferrum idem in angulum ejus projectum est. Quid plura? venit rursum pseudoviator ille, antiqua corruptus avaritia, humane satis susceptus, cum ferrum jam dictum vidisset, & quis ejus usus esset, interrogasset, respondit ille: Nescio quis domum hanc altera vice succendit, & cum de quibusdam habuissem suspicionem, candens illud portaverunt,

dæ, (40) vel candentis ferri, (41) *) vel ſingula- *) c. *Menris nam 2. q. 4. & tot. tit. de purg. vulg.*

runt, ſed non ſunt exuſti. Tunc ille; Ad aliquos uſus poſſet converti. Quod cum nutu DEi levaſſet, ſic in manu aduſtus eſt, ut cum clamore illud jactaret: Quod ubi paterfamilias vidit, incendiarium per veſtem tenens, exclamavit; Vere tu reus es. Mox ad judicem ductus, culpam vellet nollet confeſſus eſt, ſicque pœna rotali damnatus eſt. Hactenus Cæſarius Heiſterbacenſis. T.

(40) I Fuit etiam proba ſive purgatio per immisſionem manus in aquam ferventem, ſi ſine noxa uſtionis educeret, quid ex fundo. Alias autem totus homo in aquam frigidam injiciebatur, ut conſtaret ſcilicet, num mergeretur. Modus conjurandi hominem injiciendum extat in conſtitut. Ludovici Pii apud Goldaſt. *tom. 3. conſtitut. Imperial. pag. 254.* Ubi iſta ſubjiciuntur: *Hoc judicium petente Domino Ludovico Imperatore conſtituit B. Eugenius, præcipiens ut omnes Epiſcopi, Comites, Abbates, omnisque populus Chriſtianus, qui infra ejus imperium eſt, hoc judicio defendant innocentes, & examinent nocentes, ne periuri ſuper reliquias Sanctorum perdant ſuas animas malum conſentientes.* Manſit autem probatio per aquam frigidam potisſimum in ſagis, quæ adhuc hodie multis in locis, ſed perperam, uſurpatur, nec audiri hac in re debet Jacobus Ricius, qui eam peculiari tractatu propugnat. Vid. prolixe Petr. Heig. *p. 2. qv. 39.* Z. *Purgatio per aquam ferventem.*

II. Ipſa probatio per aquam frigidam in nota præcedente in excerptis ex *diſſertat. Becman. cap. 3.* diſtincte fuit expoſita. Etſi vero duo modi ibi fuerint propoſiti, unus, ſi manus immerſa aquæ frigidæ obrigeſceret, aut ureretur, alter ſi reus aquæ impoſitus non mergeretur, cum tamen ſimul notaverim, relationem de priore modo a Gangulpho Martyre adhibito fide minime dignam eſſe, remanet ſaltem modus poſterior. T. *Deſcriptio purgationis per aquam frigidam.*

(41) I. Probæ hujus in Gallia non tantum praxin ſed & Legem eſſe antiquisſimam oſtendit Iſacius Pontanus *lib. 6. orig. Francic.* *Purgationis per candens ferrum uſus*

& abrogatio. *cic. c. 17.* Eam ex collectione Legum Episcopi Ansegisi probat Stephanus Paschasius *l. 4. Recherces, c, 2.* ubi castigat Gratianum & Ivonem aliosque, qui a Gregorio Magno & Alexandro III. probas has prohibitas putant, cum demum abrogatæ sint in concilio Lateranensi sub Innocentio III. Conf. de ritu hoc Jacob. Durant. Casellius *l. 2. var. c. 1.* Francisc. Juret. *ad Epist. Jvonis Carnut.* 74. Aventin. *l. 4. Annal. Boior.* Quam antiquus autem iste ritus sit, docet locus Sophoclis in Antigone. Apud veteres Saxones, ac Britones istiusmodi genus purgationis Ordalium appellabatur, quo scilicet insimulatus criminis probabatur aut nuda manu ferrum ignitum ad 9. pedum mensuram gestando aut pedibus nudis ignitos premendo vomeres; factaque jam a Sacerdote adjuratione his verbis concepta: *Sit tibi hic ignis in probationem hodie, si reus es intentati criminis, manus vel pes tuus comburatur, sin vero insons, illæsus permaneas; cui accusatus respondebat, amen*, post sub sigillo triduum muniebatur, & si cauterium a ferro impressum appareret, noxius illius putabatur sceleris, sin ejus nullum extaret vestigium, insons absolvebatur: Vid. Joh. Selden. *in analect. Anglo-Britann l. 2. c. 8.* Z.

De purgatione Kunigundæ narrationem esse valde dubiam. II. Illustrius exemplum hujus probationis per ferrum candens esse non potest, quam quod refertur de Kunigunda Henrici II. seu Sancti conjuge. Utar verbis Brunneri *lib. 9. Annal. Boicorum p.* 780. *Magno consensu traditur, suspectam Henrico olim Kunegundæ innocentiam fuisse, quod ignoti iuxta improbique oris hominem eius thalamo, dubia etiamnum luce erepentem triduo continuo observasset. Malum genium sub militis larva eam histrioniam instituisse postea compertum est, ut hoc par tam sancte inter se amantium collideret. Cæsar velut in re manifesta, violatæ fidei coniugem insimulat, accusator ipse & testis idemque iudex in tristissima causa futurus, quæ prima omnium perpetuam felicissimæ domus serenitatem obnubilavit. Deesse Kunegundi verba non poterant, nisi Cæsar suis oculis maluisset credere; contra quos cum difficilis esset quantumvis innocenti advocatio, provocavit ad ignes, solennem eo tempore morum censuram*

furam minimeque fallacem creditam. Candentes inde vomeres illæsa tulit, vel, ut alii volunt, calcavit, adulante illius manibus pedibusque flamma, cuius pectus nulla unquam illicita face arsisset. Absolutam tam luculento ignis iudicio Henricus multo sanctius coluit, injuria in reverentiam versa. Locus insuper triumphantis castitatis æde sacra circumscriptus, & illi ipsi innoxii vomeres exploratores pudicitiæ D. Henrici tumulo inclusi sunt, haud dubie ex alterutrius imperio, quod illud innocentiæ symbolum multo quam lilia aptius illibatis exuviis iungerentur. Impugnavit tamen veritatem hujus relationis Conrad. Sam. Schurzfleischius *in disput. de innocentia Kunigundis* Wittebergæ anno 1700. habita, contra cujus tamen dubia, alia in contrarium allata sunt in *Otiis Gundlingianis Germanice scriptis Parte 3. Cap. 3.* Mihi tres quæstiones videntur esse separandæ, una, an Kunigundis tam sancta & casta atque a contactu maritali Henrici immunis fuerit, uti communiter tradunt scriptores? secunda, utrum ad probandam hanc ejus innocentiam & castitatem multum conducat illa purgatio; tertia an verum sit, Kunigundam fuisse suspectam Henrico de adulterio commisso, & prædicto modo se purgasse? Quod primam attinet, etsi Schurzfleischius & eam affirmet, credo tamen facile omnes, qui præjudicio stultæ autoritatis non sunt occupati, accessuros esse rationibus Gundlingianis, negativæ veritatem tantum non palpandam tradentibus, etiam istis, qui ob acuminis ingenii defectum cum cœcis comparari merentur. Secundam quæstionem, quod concernit, nullum quidem est dubium, scriptores Pontificios, & qui hos absque judicio hactenus exscripserunt, solere hac ipsa purgatione imperatricis uti ad extollendas laudes castitatis Kunigundæ, publico miraculo confirmatæ, unde alicui mirum videri posset, qui factum sit, ut Schurzfleischius innocentiam Kunigundæ defendere intendentis hoc factum impugnaverit, imo totam dissertationem suam primario ad impugnandum hoc factum conscripserit, quasi per id solum aut præcipue castitas Kunigundæ impugnari possit, contra, ut Gundlingius, operam dans, ut doceret Kunigundam cautam quidem, sed minime castam fuisse, purgationem illam de castitate Kunigundæ te-

testimonium maximum perhibentem, adversus Schurzfleischium defendere maluerit. Si quis tamen consideret dictum Julii Cæsaris, *suos etiam a suspicione debere esse liberos*, si quis consideret, relationem de purgatione Kunigundæ supponere, quod Imperator propriis oculis & ter quidem viderit hominem tempore matutino ex camera Imperatoris exire, si quis charlatanerias Cleri in ejusmodi purgationibus adhiberi solitas pensitet; facile perspiciet, relationem istam famæ Kunigundæ magis obesse quam prodesse. Circa tertiam quæstionem fateor me inclinare in sententiam Schurzfleischii, etsi non diffitear, ejus rationes esse saltem verosimiles, non mathematicas, aut universales, unde facile, ut in omnibus controversiis historicis fieri solet, instantiæ adversus universalitatem earundem dari possunt. Potissimum momentum in autore situm est, qui primus hujus rei meminit, autore scilicet Vitæ Henrici & Kunigundis: utrum hic fuerit Adelboldus Henrico & Kunigundæ coævus (pro quo disputant otia Gundlingiana rationibus omnino non nullius ponderis, magna cum diligentia conquisitis,) utrum Nonnosius ultra seculum post mortem Kunigundæ scribens, quod asserit Schurzfleischius, secutus haud dubie Vossium de historicis Latinis *lib. 2, cap. 42. p. m. 336.* Etsi enim Clerici ac monachi etiam in narrationibus rerum suo tempore gestarum infinitas immisceant fabulas, tamen in negotio, quod publice illis temporibus notum esse debuit omnibus mendacium persuadere voluisse populo, insanientis impudentiæ esset. In hac igitur controversia, si rationes in utramque partem adductas expendam, fateor quidem, Adelboldum scripsisse vitam Henrici, sed vero valde esse simile vitam Henrici & Kunigundæ, unde ista relatio desumta est, non esse illam Adelboldi sed Nonnosii. At si hoc verum est, multæ circumstantiæ aliæ adsunt, adjuvantes conjecturam, quod purgatio illa tota fabulis adscribenda sit; variatio scilicet aliquot circumstantiarum aut incertitudo ratione loci & temporis, fides maxima Henrici de virtutibus Conjugis, quæ vix admiserit suspicionem oriri in ejus animo ut cum cura ter in mores Conjugis, cum vigiliis inquireret; non credibilis stupiditas imperatoris, quod cum semel viderit exire masculum ex

ca-

camera imperatricis, non mandaverit eum capi a militibus suis, cum secunda & tertia vice egrederetur; item, quod non senserit se decipi a clero, cum hoc non obstante indicio urgentissimo tamen uxor illæsa transierit super ignitos vomeres, & potius sibi persuadere passus fuerit, diabolum assumsisse figuram hominis & sic ipsi illusisse: ut taceam leges de probatione vulgari latas, satis testari, quod ne ingenui quidem adacti fuerint ad hanc purgationem sustinendam, sed soli plebeji ignobiles &c. Illud parum movet in contrarium, quod tamen duo de istis vomeribus adhuc hodie ostendantur. Quis enim nescit reliquias pene omnes, quibus Papatus gloriatur esse falsissimas. Illustrabunt hactenus dicta ea quæ Brunnerus de eadem Kunigunda eodem libro *9.p.670.seq.* memorat. *Monasteria duo adiecit, Archangelo alterum, alterum Proto-Martyri sacrum; in quorum molitione etiam Genios atros a Kunegunde in Latomiam damnatos saxis cædendis opus fecisse, quantumvis monstro simile est, habet tamen auctores, & olim fidem reperit. Asservata etiam usque ad servile Germaniæ bellum Crystallina lanx est, inter cimelia Montis Monachorum, quam argento gravem eadem Diva in publico destituerit, sine custode, unde operas manupretium ex fide numerasse sibimet fama fuit, castigata præsentibus exemplis avaritia, si vel unius assis auctarium malo ungui adhæsisset.* Retulimus etiam supra *nota 39.* ex *cap. 4. dissertationis Becmaniana* exemplum purgationis per ferrum candens usurpatæ a vidua comitis Mutinensis pro probanda innocentia mariti ab Imperatrice accusati. Sed postquam idem Schurzfleischius in *dicta dissertatione de Kunigunda §. 24.* satis verosimiliter probavit inter fœdiora commenta referendum esse, quod plerique tradant, Mariam, Ottonis III. conjugem non suspectam solum, sed adulterii convictam jussu mariti ignis supplicium pertulisse; ipsa etiam illa purgatio præcedens viduæ comitis Mutinensis valde suspecta mihi esse videtur, quod tamen profundius inquirere & demonstrare jam non licet. T.

Aliud exemplum suspectum.

ris certaminis (42) quis subit judicium: (43) quæ, cum

Purgatio per duellum an licita?

(42) I. De hoc genere multa passim prostant apud autores. Vid. inprimis Feudistæ *ad 2. F. 27.* Dn. Tabor *de legit. armor. usu c. 2. n. 3.* Et deplorandum est, ne hodie quidem in Orbe Christiano barbarum istum ad arma provocandi morem omnino sublatum atque extinctum esse. Nec profecto toleranda est hodiernorum Jesuitarum doctrina, qui certamen tale singulare multis casibus licitum faciunt, & adversus antiquos canones strenue defendunt. Unicum hic audiamus Sanctium ex Sum. *l. 2. c. 30. n. 7. Melius alii dicunt,* inquit, *licere innocenti duellum acceptare, & offerre ad vitam, honorem & res familiares in notabili quantitate tuenda, quando constat, omnino injuste per calumniam actorem procedere, & certum est, omnino fore, ut hæc innocens amittat, nec aliud sibi evadendi remedium suppetat: atque optime Bannes ait, licere innocenti in his casibus acceptare & offerre duellum, imo & non provocando ad duellum, occidere occulte actorem illum calumniosum* &c. Meliora hic docet Gregorius Sayr. *in clav. reg. 7. c. 13. n. 13.* qui tamen *num. 15.* & ipse perperam statuit, acceptari posse duellum, ut evitetur falsa accusatoris delatio, & hinc metuendum mortis supplicium. Z.

Remissiones.

II. Præter ea, quæ de hac purgatione jam supra *nota 39.* ex capite *5. & 6. dissert. Becmanianæ* fuere allata, adde Zieglerum de *Episcopis lib. 4. cap. 17. §. 2 seq.* Gonzalez Tellez *ad cap. 2. de cleric. pugnant. in duello.* dissert. nostr. *de occasione &c. Constit. Crimin. Carolinæ §. 19. & 20.* Confer supra *not. 195. ad libr. 1. p. 182.* T.

Cur nihil bic dicatur de purgatione per crucem, aut offam judicialem?

(43) Mirandum quod hic nulla fiat mentio purgationum per crucem aut per offam judicialem seu panem & caseum, de quibus etiam quædam dicta sunt *nota 39.* Quod offam judicialem attinet, id forte ideo factum, quod de illo modo purgandi pauca reperiantur exempla, & quod non diu duraverit ille modus, quod vero purgationem per

cum DEus in ea tentari videatur, merito jussa est sacris Canonibus exulare: licet enim quosdam singulare certamen inivisse †) divina probat historia, (44) nunquam tamen ut id pro lege (45) teneatur, divina sanxit authoritas. (46)

†) *c. monomachiam. 2. q. 4.*

Quæ

per crucem attinet, ideo ejus mentionem non potuit inter purgationes vulgares facere Lancelottus, quia vulgarem dixit esse quam vulgus vel invenerit vel sequatur; at quæ *ad* §. *seq.* notabimus, docebunt, probationem per crucem fuisse inventam a Clero, adeoque olim inter probationes canonicas fuisse relatam. Unde potius ostendendum esset, cur postea hæc purgatio non amplius inter Canonicas fuerit recensita. Optandum esset, ut hoc thema de origine & progressu purgationum tam vulgarium quam Canonicarum secundum ordinem temporum & seculorum a diligenti quodam & judicio pollente Antiquitatum Ecclesiasticarum studioso, elaboraretur, ostensis in singulis seculis occasionibus & rationibus legum aut canonum istas purgationes vel approbantium vel improbantium, cum harum legum successu & eventu, item ut exempla purgationum cujuscunque generis accuratius, quam hactenus factum fuit, examinentur, an vera sint, an ad fabulas & mendacia monachorum referri mereantur. Materiam huic elaborationi sufficientem suppeditabunt autores pauci hactenus citati & observationes nostræ ad hunc §. *1. & seq.* T.

Consilium de scribenda nova methodo dissertatione, de purgationibus judicialibus.

(44) Ut est exemplum Gaoliathi & Davidis, sed quod optime exponit Dn. Tabor. *d. l. n. 4.* Z.

Duellum Davidis.

(45) Insufficiens est hæc responsio, quia dissentientes facile regerere possent, nec tamen etiam prohibuisse diserte legem divinam duella sed exemplum Davidis licentiam videri probare. Unde alio modo respondet Tellez *ad d. cap. 2. n. 9.* Davidem hanc pugnam cum Goliatho suscepisse speciali inspiratione divina & instinctu prophetico. Mallem respondere, exemplum Davidis plane huc non qua-

Responsiones variæ ad hoc exemplum.

Confusio communis

duellorum judicialium & extrajudicialium.

quadrare,& ipsum Tellez *in n. præced. 8.* in formando statu controversiæ caute distinxisse inter Duellum judiciale & extrajudiciale. Ab uno ad alterum non valet consequentia. At vero Davidis duellum non fuit judiciale, de cujus justitia jam sumus solliciti. Et solent communiter alias in quæstione de justitia duellorum judicialium confundi hæc duo diversa duellorum genera, cum multi, dum referunt abrogationem duellorum judicialium per concilia, eo etiam soleant referre Concil. Tridentini *caput 19. sessionis vigesimæ quintæ* cum tamen integrum capitulum ostendat, id loqui de duellis subditorum extrajudicialibus. *Detestabilis duellorum usus, fabricante diabolo, introductus, ut cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur; Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint: eo ipso sint excommunicati: ac jurisdictione & dominio civitatis, castri aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur: &, si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur: excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant: & ut homicidæ juxta sacros Canones, puniri debeant. Et, si in ipso conflictu decesserint: perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in jure, quam facto dederint: aut alia quacunque ratione ad id quenquam suaserint: nec non spectatores, excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocunque privilegio seu prava consuetudine, etiam immemorabili.* Adde quod tempore Concilii Tridentini duellorum judicialium abrogatione non amplius esset opus, cum jam diu ante per decreta conciliorum & rescripta Pontificum exoleverint. Cæterum quid sentiendum sit de duellorum extrajudicialium justitia, cum & hæc sint varii generis, latius exposuit B. Pater

ter *in dissertatione peculiari relata in observ. Halens. Tom. 9. observ. 4. & 5.* T.

(46) Sed restat objectio alia eaque non nullius momenti. Scilicet non solum apud Germanos sed & alios populos septentrionales maxime verosimile est, duella hæc judicialia saltem initio non aliis in casibus fuisse admissa, quam si actor probare non posset accusationem. At vero deficiente probatione cessant judicia, quia hoc casu judex non potest non reum absolvere, qui tamen revera reus est. Quemadmodum autem in statu naturali, ubi nullus judex adest, cuilibet licet injuriam sibi illatam secundum arbitrium proprium vindicare bello, ita putarunt Veteres, in casu deficientis probationis reviviscere statum naturalem, adeoque partibus litigantibus concedendam esse potestatem, rem controversam duello dirimendi. Atque hoc præsupposito non videntur obstare, quæ communiter adversus justitiam duellorum afferri solent. Etsi enim dicatur in *L. 13. §. 3. ff. de usufr. Cur ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos jurisdictione sua potest componere.* Item *in L. 14. C. de Judæis. Idcirco Judiciorum vigor jurisque publici tutela in medio videtur esse constituta, ne quisquam sibi ipse permittere valeat ultionem:* & in *L. 176 pr. de R. J. Non est singulis seu privatis concedendum, quod per publicas personas seu magistratus fieri debet, ne occasio sit tumultus.* Etsi ex his principiis Cassiodorus *Epist. 10. Lib. 4.* scribat, *ea propter legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu.* Et Quintilianus, adducente hunc ejus locum Besoldo *in Thesauro voce* Ausforderung. *Nunquam vel raro Resp. esset pacata, si unicuique integrum foret, quoties injuria aliqua oneretur in arenam descendere, cum tamen injuriæ compensatio juri non tantum inimica sed etiam paci. Est enim lex, forum, iudex, nisi quem iure vindicare pudet.* Vereor tamen, ne hæc omnia pro duellorum licentia inverti possint per argumenta a contrario, quia illi textus omnes supponunt, quod quis via judiciali injuriam illatam, non deficiente videlicet probatione, vindicare possit. Habet speciem hæc objectio, adeoque non negligenda fuit, inprimis cum non sit propo-

Responsio ad aliam objectionem, de cessatione judiciorum in factis occultis.

sita nec resoluta a Patre in *d. observ.* 5. Et valeret forte aliquid ad excusandos majores nostros, aut in comparatione duellorum judicialium cum tortura. Sed ad defensionem & commendationem eorundem nihil conferre sic paucis evincimus. Initio in quæstione de justitia bellorum in genere media sententia tenenda: ne cum Anabaptistis putemus, omne bellum esse illicitum, contra quos latius disputavit Grotius *Lib. 1. de J. B. & P. c. 2.* & ne cum communi turba omne bellum, etiam quod ob injuriam illatam geritur, putemus esse justum, utile, honestum; nam & in modo belligerandi potest peccari & in intentione; (Conf. Grot. *toto Lib. 3.*) Ergo uti ex dictis sequitur, paucissima bella esse vere justa, ita experientia testatur & recta ratio, adhuc pauciora bella, quamvis justa, esse utilia. Unde dictum Poetæ *Nulla salus bello &c.* (Conf. Erasmum *in Adag. Dulce bellum inexpertis. In Collect. Adag. f. m. 295. seq.* Adde quod in Republica non solum ea sint sequestranda, quæ in statu etiam naturali parum forent utilia, sed & in specie eo nitendum, ut cessent ea, quæ Rempubl. facile ad statum rursus naturalem reducere possunt, cum ea propter imperfectionem status naturalis introducta sit & conservanda. At vero permisso bello judiciali mores civium quotidie magis feri quam pacati redduntur &c. Porro iniquitas duellorum judicialium crescit, quod modum hunc causas controversas finiendi soli statui naturali proprium tractaverint Majores nostri, ut modum probandi judicialem, nec reliquerint partibus litigantibus duellum, ut modum status naturalis, ubi judicia cessent, sed effecerint exinde partem processus judicialis, atque sic miscuerint quadrata rotundis. Denique causa primaria, cur apud populos Septentrionales duella hæc judicialia fuerint recepta, videtur adscribenda esse nimio studio virtutis bellicæ, & quod finem rerumpublicarum suarum primarium in ea posuerint. At vero tales Respublicas ad ægrotantes esse referendas, etiam Aristoteles demonstravit. Vide adhuc alia eum in finem collecta in Hertii *Elementis prudentiæ civilis Part. II. Sect. II. §. 6. in fine & ibi in nota a.* T.

Quæ sit Canonica purgatio. Et quales esse debent compurgatores.

§. 2. Canonica purgatio dicitur, (47) quæ sacris Canonibus comprobata, (48) ut cum *b*) de crimine *b) cap. quotiens extr. de purg. can. & d. can. mennam.*

---

ad §. 2.

(47) Purgatio hæc est remedium subsidiarium, & non habet locum, ubi aliter crimen potest probari, vel quia adest accusator, vel quia extat indicium ad torturam. Joh. Bapt. Costa *de remed. subsid. c. 15. n. 2. ubi n. 4.* post Julium Clarum, dicit, extra crimen hæresis aut illius suspicionem, in desuetudinem abiisse purgationem Canonicam. Z. *Variæ observationes.*

(48) Purgatio canonica olim variis modis injungebatur, fiebatque primo per judicium crucis, cujus purgationis per crucem mentio fit *lib. 1. capitul. Caroli, cap. 108. lib. 3. cap. 46. lib. 4. cap. 126. in appendice 2. ad lib. 4. cap. 33.* in legibus Longobard. *tit. 26. & 33.* & *in can. 17. Concilii apud Wermer*, temporibus Pipini Regis celebrati. *Si qua mulier proclamaverit, quod vir suus nunquam coiisset cum ea, exeant inde ad crucem, & si verum fuerit, separentur, & illa faciat, quod vult.* Quomodo tamen hæc purgatio fieret, & quodnam esset hoc judicium crucis, varie exponunt interpretes. Vitus Amerbachius *in notis ad constit. 34. Caroli Magni*, Gœdelmannus *l. 3. de magis, cap. 5.* Torreblanca *de magia lib. 5. cap. 23. num. 26.* existimant fuisse quoddam armorum genus conformatorum in speciem crucis. Sed facile refellit eos Theoph. Raynaud. *de calumn. sect. 3. cap. 2. quæst. 1.* & expresse hæc sententia rejicitur ex dicto canone 17. Concilii apud Wermer, ubi hæc purgatio æqualiter indicitur viro, ac uxori; quod absurdum est, si per eam cum armis pugnaretur. Delrio *lib. 4. de disquisit. cap. 4. quæst. 6. num. 2.* Grethserus *lib. 2. de cruce, cap. 25.* docent, purgationem hanc per crucem continere sortes quasdam, quæ jacie- *Purgatio canonica varii generis, ad crucem, per susceptionem Eucharistiæ, & per juramentum. Ex Tellezio.*

ban-

bantur ad crucem juxta formam præscriptam in legibus Frisionum *tit. 14. §. 1.* Parabantur quidem duæ tesseræ, quarum una pura altera crucis signo notata erat; & linteo super altari involutæ ponebantur, & post varias preces a Presbytero, vel puero extrahebantur; & si prima crucis tessera extrahebatur, innocentia illius, cujus fuerat, probata manebat: qui ritus ut superstitiosus, etsi diu duravit, tandem est sublatus. Alio etiam modo purgationem per crucem fieri constat ex formula 12. incerti auctoris, & ex legibus Ripuar. *tit. 7.* ubi jubetur, reum criminis stare ad crucem per 42. noctes, & si non posset, & caderet, nocens credebatur; alias innocens maneret. Sed verius est, judicium crucis esse tantum juramentum per crucem præstitum, aut contacta sancta cruce, quale sæpe sæpius usitatum refert Grethserus *lib. 2. de cruce c. 16.* referuntque similia juramenta Nicetas Choniates *in Alexio Duca*, & Cedrenus *in Constantino Leonis filio:* quomodo exposui dictum canonem 17. *c. 3. de frigidis.* Alia etiam purgatio canonica olim in usu erat per susceptionem Eucharistiæ, tam in furtis, & homicidis, quam in aliis criminibus deprehendendis, *cap. sæpe, cap. ult. 2. qu. 5.* quam Gregor. VII. insimulatum simoniæ ab Henrico III. Imperatore publice Missam celebrando adhibuisse, subiisseque referunt ex aliis Theophilus *de calumnia, sect. 3. cap. 2. q. 3.* Delrio *disquis. magic. lib. 4. q. 3.* quæ probatio non ad extorquendum a DEO miraculum, sed in testimonium innocentiæ adhibebatur; neque enim qui sceleris sibi conscius erat, audebat Christi corpus sumere in judicium & condemnationem, ut loquitur D. Paulus, & exponunt Delrio *supra*, Suarez *lib. de irreligiosit. cap. 3. sub finem*, Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 34. num. 13.* quamvis huic probationi adjiciebatur aliquando imprecatio, qua quis sibi imprecabatur, ne Eucharistiam glutire posset, aut eodem momento periret, ni verum diceret, ut constat ex formula hujus probationis, quam tradit Trithemius *in chron. Hirsaugiensi.* Et cum hoc ritu quidam abuteretur, ut refert Balsamon *in canone 61. 6. Synodi*, prohibita fuit hæc purgatio, ut alia peregrina judicia improbata fuerunt, *cap. tribus de consecr. dist. 2. cap. dilecti, cap. ex tuarum, hoc tit.* docet Gibal. *d. lib. 6.*

art.

art.8. Prado *de Eucharistia q.80. dubit.8.§.5.* quem purgationis ritum adumbrarunt Gentiles, ut refert Acron vetus Horatii commentator, qui ad librum primum *epist.10. vers.10.* ait: *Cum in servis suspicio furti habetur, ducunt ad sacerdotem, qui crustum panis carmine infectum dat singulis, quod cum ederit, manifestum furti reum asserit.* Tandem purgatio canonica, de qua in præsenti titulo, fit per juramentum &c. Ita docuit Tellez. *ad cap. ult. de purgat. canon. n.5.* Ubi quod purgationem per crucem attinet, nullum quidem est dubium ejus expositionem esse valde difficilem. Sic enim Stephanus Baluzius *in notis ad Capitularia Regum Franciæ Tom.2. fol.1153. Illustrissimus Cardinalis Baronius referens ad annum 806. verba istius capitis, quod putat esse Karoli Magni, ingenue fatetur nescire se, quid sit examen vel judicium crucis. Sane res adeo difficilis & abstrusa, ut etiam post eruditas doctissimorum hominum observationes adhuc in ambiguo sit, quo modo fieret examen illud crucis & qua ratione per crucem finirentur causæ dubiæ & obscuræ. Animus non est heic persequi varias variorum opiniones neque quempiam eorum refellere. Satis erit admonere, veram mihi videri sententiam Gretseri, putantis, judicium illud in hoc fuisse positum, ut quis sub cruce immotus persisteret, donec DEUS veritatem extraordinario quopiam modo patefaceret. Addo tamen oportuisse ut definitum, certumque esset tempus standi ad crucem; quo elapso, is, qui persiterat immobilis, victoriam consequebatur. Quoniam vero difficile videbatur, quempiam immobilem stare ad crucem per longum spatium absque extraordinario DEi auxilio, DEo sic tribuebant judicium causarum, quæ ambiguæ & difficiles erant. Extat illustre huius rei exemplum apud Ferdinandum Vghellum in catalogo Episcoporum Veronensium tomo quinto Italiæ sacræ pag.610. Orta erat inter cives Veronenses & Episcopum ac clerum sibi commissum controversia de ædificandis mœnibus urbis; cumque convenire non possent,* tandem habito consilio pacti sunt, ut hæc DEi & Sancti Spiritus reservarentur judicio. Eligentes duos juvenes Clericos, sine ullo crimine existimatos, sta-

Difficultas explicationis intuitu purgationis per crucem.

tuerunt in Ecclesia Sancti Johannis Baptistæ ad domum, & ad crucem stare fecerunt; quorum unus Aregaus, post Archipresbyter, Ecclesiæ majoris nomine, alter vero ex parte sancti Zenonis, Pacificus scilicet, qui post Archi-Diaconus Ecclesiæ majoris fuit. Hi ambo ab introitu missæ usque ad mediam passionem tantum, quæ est secundum Matthæum pariter starent. Ille, qui de parte publica datus fuerat, in terram velut examinis corruit. Pacificus vero usque ad finem passionis stetit. His gestis, & omnibus gratias DEo agentibus, quartam partem tam civitatis quam castelli pars episcopii cum his, quæ supra memoravimus accepit. *Acta hac regnante Karolo Magno.* Accedo sententiæ Baluzii & quamvis Tellezius canonem concilii Wermeriensis explicet de juramento coram cruce præstito, tamen nec illa expositio convenit antecedentibus, quæ ad probationem hujus suæ sententiæ *in comment. ad cap. 5. n. 11. p. 217.* attulerat Tellezius, nec cum phrasi *exire ad crucem.* Adjuvat sententiam Baluzii locus Agobardi, apud Bignonium *in notis ad formulas Bignonianas (d. Tom. II. Capitul. Baluzii p. 981.) Jube ferrum vel aquas calefieri, quam manibus illæsus attrectem: aut constitue cruces, ad quas stans immobilis perseverem.* Ipsa Formula Bignoniana *12. p. 501. d. Tom. II* rubricam habet: *Notitia de cruce evindicata* & ex ea apparet adhibitam etiam fuisse hanc purgationem in quæstionibus civilibus. *Dum & omnibus*, inquit, *non est incognitum qualiter veniens homo aliquis nomine ille ante Vigarium illustris viri illius Comitis nomine illo, adversus hominem aliquem nomine illum, repetebat ei dum diceret eo quod terram suam de suo manso vel de sua potestate malo ordine proprisisset. Sed ipse ille de præsenti adstare videbatur, & hanc causam fortiter denegavit, quod suam terram de suo manso malo ordine nunquam proprisisset, nec post se nunquam retinuerit. Sed taliter ei fuit judicatum in ipso placito ante ipsum Vigarium, vel ante ipsos pagenses, ut ad crucem ad judicium DEi pro ipsa terra in noctes quadraginta duas in ipso placito pro hoc deberent adstare; quod ita & fecerunt. Sed venientes ad ipsum placitum, sicut eis fuit judicatum, ante ipsum Vigarium, vel*

Verosimile per eam intelligi stationem ad crucem.

Formula antiqua de cruce evindicata.

vel ante ipsos pagenses, ad ipsum judicium, vel ad ipsam crucem visi fuerunt stetisse; sed ipse illum hominem, qui ipsam terram proprisit, ad ipsum judicium, vel ad ipsam crucem eum convicit; sed ipse in ipso placito ad ipsum crucem visus cadisse; sed dum hæc causa sic fuit inventa, quod ipse ille qui ad ipsum judicium vel ad ipsam crucem cadisset, solidos tantos ei transsolvere deberet, quod ita & fecit, & de ipsa terra ipsum illum legibus revestire deberet, quod ita & fecit &c. Accedit etiam sententiæ nostræ Reverend. Becmanus, ut patet ex iis, quæ ex ejus *cap. 5.* recensui supra *not. 39.* & adhuc distinctius, si quis verba ejus ipsa in dicto capite conferat cum editione dissertationis prima, ubi adhuc (verosimiliter a Bignonio seductus) illas diversas probationes per crucem ipse non accurate distinxerat. Idem Becmanus *d. dissert. cap. 7. §. 1.* illustrat tradita a Tellezio de purgatione per Eucharistiam. Perceptionem inquit, Cœnæ purgationi Canonicæ annumerabant, quam pariter ac Juramentum ea comprehendebant, veluti e contrario reliqua Judicia *Purgationes vulgares* vocabant, V. C. *1. §. 2.* Formula ejus habetur & probatur in *Concil. Wormatiensi c. 15. & c. 2. Q. 5. C. 23.* ubi ita legitur: Sæpe contingit, ut in Monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statuimus, ut quando ipsi Fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit, præsentibus Fratribus; & sic expleta Missa omnes communicent in hæc verba: *Corpus Domini sit Tibi in probationem hodie.* Illa vero plane horribilis est, qua Rupertus Abbas Limburgensis veritatem Revelationum suarum probare coactus fuit, apud Trithem. *Chron. Hirsaug. ad ann. 1224.* Consilio virorum præsentium habito Episcopus probationem revelationum suarum Abbati sub perceptione Dominici Corporis & Sanguinis indixit. Itaque Missarum celebratione ab Episcopo in conspectu omnium peracta, Corpus Domini nostri JEsu Christi Abbati præbens in manum, antequam illud sumeret, sic jurare præcepit: *Ego Rupertus DEI gratia Limburgensis Ecclesiæ Abbas dico, affirmo & juro coram Omnipotente DEo, omnibus Sanctis ejus, & Vobis, Domine Episco-*

Alia de purgatione per eucharistiam.

mine infamatus, jurat (49) se non esse tali crimine, vel

scope Arnolde, in animam meam super hoc Corpus & Sanguinem Domini nostri JEsu Christi verum, quod natum est ex Virgine Maria, passum & immolatum in ara Crucis pro Nobis, quod Revelationes istæ, quas scripsi in parte & in toto, non sint fictæ, non falsæ, &c. Sic me DEus & hoc Corpus Domini nostri JEsu Christi, quod in manibus meis teneo, nunc & in extrema hora mortis meæ, ac novissimo die Judicii adiuvet, salvet & suscipiat. Et si aliter est, quam dixi & iuravi, tunc hoc Domini nostri JEsu Christi non pertranseat guttur meum, sed hæreat in faucibus meis, strangulet me, suffocet me, ac interficiat me statim in momento, &c. Hocque examine Lotharium Regem Lotharingiæ atrocius arguit Adrianus P. M. de adulterio cum Waldrada pellice contra interdictum Nicolai P. M. perpetrato; item Proceres & Ministros ejus, qui aut tanti sceleris conscii aut Waldradæ favissent excommunicatæ. Cum enim omnes percepta Eucharistia innocentiam profiterentur, tremendo DEi judicio factum est, ut Lotharius Roma egressus brevi moreretur, Reliqui plerique ante Anni ipsius exitum variis casibus tollerentur, & ipse Populus sævissima peste tanquam hostili gladio undiquaque corriperetur. *vid. plur.* Sigon. *de Regno Italiæ l. 5.* Et Rheginonem *ad annum 869.* Qui & inferius refert *anno 941.* Fridericum Archi-Episcopum conspirationis in Regem suspectum hoc examine se publice in Ecclesia liberasse &c. Nos cum Voëtio purgationis hoc genus rejicimus, quia implicat tentationem DEi & abusum nominis Divini; observatque simul *in annotat.* Ignatii Lopez *c. cit.* experte dici ex Instructione Madritiana in causis fidei, *c. 17. Ob malitiam humanam purgationem Canonicam periculosissimam esse in usu, eoque raro utendum;* & Plasecius in *Praxi Episcopali p. 334. 339.* fatetur, eam vix esse in usu. Hactenus Becmanus. T.

Quid juret Reus? (49) Scilicet reus tactis sacro-sanctis Evangeliis, jurat se crimen

vel macula inquinatum, & certa compurgatorum manus (50) eundem a crimine immunem, & verum credere (51) illum jurasse, ipsa quoque jurejurando firmat *) Erunt autem compurgatores †) hujusmodi honestatis & opinionis, (52) ut verisimile sit, eos amore, vel odio, vel obtentu pecuniæ non dejerare: necesse etiam est, ut ejus, quem purgare intendunt, vitam & mores notos habeant. (53) De-

*) *c. de testib. ext. de purg. canonica.*
†) *c. cum lex. eod.*

men objectum non perpetrasse, nec per se, nec per alium, nec aliquem suo nomine se sciente commisisse, *c. 5. X. h. t.* Z.

(50) Deducit hunc ritum Camillus Borellus *in decis. tit. 53.* ex jure Mosaico, quod habetur *Exod. XXII. 8. & 9.* sed nullo plane argumento. Nec enim judices seu dii, ad quos adducendus est dominus domus, simul jurant, uti quidem a compurgatoribus requirit jus Canonicum. Cæterum de numero compurgatorum nihil certi definitum est per canones, sed id arbitrio judicis relictum, qui interdum duodecim, interdum septem, interdum pauciores pluresve adhibere jubet *c. 8. & 10. h. t.* Receptum tamen est, ut pro Episcopo duodecim, pro Sacerdote sex ejusdem ordinis & dignitatis, cujus est reus, adhibeantur compurgatores. Joh. Bapt. Costa *d. l. n. 5.* Si tamen quis habere nequeat suæ sortis compurgatores etiam laici, imo etiam fœminæ admitti possunt, quandoque etiam soli juramento rei standum erit. Gloss. *in c. 10. X. de accusat.* Z. *De origine & numero compurgatorum.*

(51) Jurant ergo compurgatores tantum de credulitate. In nostro foro tales compurgatores non adhibentur, ne nimium multiplicentur juramenta. Z. *Cur hodie id non in usu.*

(52) Debent saltem de nullo crimine condemnati suspecti esse *c. 9. X. h. t.* Z. *Declaratio.*

(53) Hanc purgationem initium Cujacius *in cap. 8. de cohabit. cleric.* trahere ait a dispositione legali, de qua *in l. 4. §. sed si servus ff. de edendo, l. 3. §. sicubi, C. de his qui ad Ecclesiam. l. ult.* *Purgationis per juramentum origo, modus.*

&c. ad mentem Tellezii. *ult. C. de bonis auctorit. judic.* Et sane jure civili jurejurando plerumque decidebantur controversiæ, *l. 1. ff. de jurejur.* Ideo qui amovisse dicitur, compellitur jurare, *l. Marcellus, ff. rer. amot. l. ult. §. licentia, C. de jure delib.* Similiter & qui suspectus usuræ est, interpositæque per dolum personæ, *l. eos, §. ult. C. de usur.* faciunt *lex 5. ff. de publ. iudic. lex 6. C. ad leg. Corn. de sicar. lex ultima, C. de abolit. lex si duo 13. §. idem, lex in duobus 28. §. si qui ff. de iureiur.* Cujus rei alia innumera exempla extant in Pandectis. Quare sapienter Justinianus dixit, sacramenti timore compesci contentiosam litigantium instantiam, *in l. 1. C. de iureiur. propter calumn.* Pancirolus vero *lib. 1. var. cap. 84.* existimat, ex jure Longobardorum purgationem canonicam descendere, siquidem apud eos actore non probante, si qua erat pro eo conjectura, reus juramento se expurgare, aut causam suam justam probare tenebatur, & alios duodecim suæ assertionis testes producere, *cap. 1. de contentione inter dominum, & feudum, §. cum autem, si de investitura feudi, in usibus feudorum.* Sed verius credo, genus hoc purgationis, apud varias gentes invaluisse, ut ex Bajubariis constat *ex titulo 15. legum ipsorum, cap. 12.* ibi: *Judex causam suam bene cognoscat, & prius vel tacitus inquirat, ut eum veritas latere non possit, nec facile ad sacramenta veniatur.* Et paulo post: *Nulli liceat periurare, sed sicut iudicatum exsolvi. In his vero causis sacramenta præstentur, in quibus nullam probationem discussio iudicantis invenerit.* Apud Frisiones ita cavetur: *Non juret, sed componat, ac si ipse eum occidisset.* Apud Anglos *tit. 9.* ita legitur: *Si negat, cum undecim iuret, aut campo decernat.* Wilhelmus Angliæ Rex apud Hovedenum ita sanxit: *Si apellaverit Anglicus Francigenam, & eum approbare voluerit, iudicio, aut duello, volo tamen Francigenam purgari sacramento, non ferro.* Apud Francos similem purgationem invaluisse constat ex variis capitularibus infra referendis, & ex lege Salica, *tit. 50. & 55.* & ita jus consuetudine apud tot gentes receptum Ecclesia admisit, & statuit in canonibus supra relatis: ipsique Summi Pontifices calumnias sibi objectas ea ratione diluerunt, ut Leo III. ut refe-

ferunt Monachus Engolismensis *in vita Caroli Magni*, ibi: *Inter quæ vel maximum, & difficillimum de discutiendis Papæ obiectis criminibus; & dum nullus probator criminis esse potuit, Dominus Papa Leo coram omni populo in Basilica B. Petri Evangelium portans, ambonem conscendit, & invocato sanctæ Trinitatis nomine, iureiurando ab obiectis criminibus se purgavit.* Monachus Sangalensis *in vita Caroli Magni*, ibi: *Illic intemeratus Pater Leo assumens Evangelium Domini nostri JEsu Christi, posuit super caput suum, & in conspectu Caroli, eiusque militum, assistentibus etiam persecutoribus suis, in hæc verba iuravit: Sic in die magni iudicii sim particeps Evangelii, sicut immunis sum criminis falso mihi ab istis obiecti.* Refert Lindembrog. *in Glossario, verbo Purgatio.* Similiter & fecit Pelagius, ut refert Anastasius *in eod.* qui Pelagius tenens Evangelia, & crucem Domini super caput suum, in ambonem accedens satisfecit cuncto populo, & plebi; quia nullum malum peregisset contra Vigilium. Purgationis Damasii Papæ meminerunt Sigibertus, & Anastasius *in eo*: Sixti III. & Symmachi Anastasius Biblioth. *in eorum vitis*: quorum & similia exempla referunt Pitheus *in onomast. ad capitularia, verbo Purgatio.* Delrio *lib. 4. disquisit. magic. cap. 3. quæst. 3.* Quare Hincmarus in opusculo de divortio Thedbergæ *interrogat. 6.* ait: *Hanc purgationem in ecclesiasticis, & externis legibus receptissimam esse, & a primis sæculis usitatam.* Cromerus *lib. 15. hist. Poloniæ*, narrat Sophiam Reginam stupri insimulatam juramento a se, & aliis septem honestis viris præstito se purgasse. Solenne porro fuit, juramentum hoc præstari publice in Ecclesia, aut tumulis Martyrum, aut altari, vel etiam extra Ecclesias, admotis Sanctorum reliquiis. Concil. Meldense *can. 39.* ibi: *Tantum hoc malum est, ut ad Sanctuaria Martyrum, ubi diversorum ægritudines sanantur, ibi periuri, licet manifeste interdum vexari non videantur, iusto DEI iudicio a dæmonibus arripiantur, sicut sanctus dicit Gregorius.* In legibus Aleman. *tit. 6.* ita cavetur: *Sacra sic fieri debent, ut illi iuratores manum supra capsam ponant.* Gregorius Turon. *lib. 4. hist.*

hist. cap. 46. requirit hominem alium Ursum nomine, quem ad altare clam adductum jurare fecit, ac dicere: *Per hunc locum sanctum, & reliquias Martyrum beatorum, &c.* Et *lib. 5. cap. 32. Si, inquiunt, es innoxia, super tumulum hoc B. Dionysii Martyris sacramentis adfirma. Faciam, inquit Pater. Tunc inito placito, ad Basilicam Martyris sancti conveniunt. Elevatis pater manibus super altarium iuravit filiam non esse culpabilem.* Et *lib. 8. cap. 16. Ibo ad Basilicam beati Martini, & sacramento me exuens, innocens redibo.* Et *lib. 1. de miraculis, cap. 33. Quidam tempore Felicis Biturigum Episcopi vicinos suos quodam pro crimine impetebat; quos cum plerumque verbis procacibus lacesseret, ac iudicio publice provocaret, decretum est sententia Primorum urbis, ut se ab hac noxa, qui impetebantur, sacramento purgarent. Ingressique in eius memoratæ ædis altare, cum elevatis manibus sacramenta proferrent, &c.* Marculf. *lib. 1. formul. cap. 38. Se dum inter se contenderent, sic eisdem a proceribus nostris, in quantum illustris vir ille Comes Palatii nostri testimoniavit, fuit iudicatum, ut de quinque denominatis, idem ille apud tres, & alios tres, sua manu septima, tunc in Palatio nostro super capellam Domini Martini, ubi reliqua sacramenta percurrunt, debeant coniurare.* Plura congesserunt Zerda *in advers. cap. 122. num. 14.* Baronius, & Coriolanus *anno 412.* Ferrandus *lib. 2. disquisit. reliq. cap. 3. a num. 3.* Landmeter. *lib. 2. de veteri cleric. cap. 108.* & hæc purgatio manufacta dicitur *lib. 2. feud. tit. 27. §. si rusticus*, ibi: *& manu propria singula cum sacramento idoneum se facere.* In Capitularibus Caroli, *lib. 1. cap. ult.* apud Arnulfum in Synodo habita Durocortori Rhemorum *can. 30. Postquam peroravero, mea dextera ita esse sacramento firmabo.* D. Bernardum *epist. 235. Nisi Decanus quod obiectum ei fuerat propriæ manus iuramento repelleret.* Illustrat Juretus *in not. ad Ivonem Carnot. epist. 206.* Nec tantum in hac purgatione reus ipse jurat, verum & alii tres, quinque, duodecim, aut amplius, juxta qualitatem personæ, quæ accusatur, aut gravitatem delicti, qui appellantur juratores sacramentales, ut constat

ſtat *ex l. Salica, tit. 50. & 55.* auctore vitæ ſancti Eligii *lib. 2. cap 2.* apud Surium ibi: *Lata ſententia eſt, ut vir ille cum multis aliis iuraret. Sic enim apud Francos in more poſitum eſt. Verum Abbas omnibus aliis remiſit iuramentum, ne alterius flagitio implicarentur: ſolus ille agri uſurpator procerum ſententia iurare iuſſus eſt.* Ex legibus Bajubar. *tit. 2. cap. 12.* ibi: *Cum duodecim ſacramentalibus iuret delicta ſua, vel duo campiones propter hoc pugnent.* Gregorius Turon. *lib. 8. cap. 9. Fredegundis Regina cum cunctis prioribus Regni ſui, id eſt tribus Epiſcopis, & trecentis viris optimis, ſacramenta dedere, hunc ex Chilperico Rege generatum eſſe, & ſic ſuſpicio ab animis Regis ablata eſt.* Et *lib. 8. cap. 40. Ille electis duodecim viris, ut hoc ſcelus perpetraret, advenit* Inde in veteribus legibus reperitur manu quinta, manu ſexta, duodecima purgari, *tit. 6. legum Alemanorum,* legitur: *Sexta manu iurare.* Et *in leg Ripuar. tit. 35. Septima manu fidem facere.* Et *tit. 14.* legum Friſionum: *Duodecima manu obiectu criminis ſe purificare ſacramento.* Et paſſim in hoc titulo dicitur, quarta aut quinta manu purgari. Et *in cap. quotiens 2. q. 5.* tertia manu ſui ordinis, & quarta manu Abbatum, & religioſorum ſacerdotum ſe expurgare. Et *in cap. requiſiſti 13. q. 1.* ſeptima manu propinquorum iureiurando, tactis ſacroſanctis reliquiis dicere: ut etiam *in cap. laudabilem, cap. literæ, de frigidis.* De hoc modo iurandi locus eſt ſingularis in priſca lege Alemanorum, *tit. 6.* ibi: *Iſta vero ſacramenta ſic fieri debent, ut illi iuratores manus ſuas ſupra capſam ponant, & ille ſolus, cui cauſa requiritur, verba tantum dicat, & ſuper omnium manus manum ſuam ponat, ut ſic eum DEus adiuvet, vel illæ reliquiæ, & illas manus, quas comprehenſas habet, ut de illa cauſa, unde interpellatus eſt, culpabilis non ſit.* Manum autem ſymbolum fidei fuiſſe, veteribus conſtat; ideo manus attollere jurantes ſolebant. Gregorius Turonenſis *lib. 1. cap. 32.* ibi: *Elevatisque ſuper altarium manibus iuravit.* Lucanus,

Elatisque alte promiſere manibus.

Ideo in Concilio Triburienſi, cujus verba reperiuntur apud Gratianum

num *in cap. si quis 2. quæst. 5.* ubi agitur de Presbyterorum juramento, dicitur: *Manus enim, per quam corpus & sanguis Christi conficitur, juramento polluetur? Absit.* Itaque in Capitularibus Caroli, *lib. 3. cap. 4. & 10. & lib. 5. c. 125.* perjuro jubetur manus amputari; & factum refert Hermoldus in historia Sclavorum *lib. 1. cap. 29.* ibi: *Rudolfus vulneratus in manu dextra fugit Marcipolim mortique iam proximus dixit ad familiares suos, videtis manum dexteram meam de vulnere sauciam? Hac ego iuravi Domino Henrico, ut non nocerem ei, nec insidiarer gloriæ eius: sed iussio Apostolica, Pontificumque petitio me ad id deduxit, ut iuramenti transgressor honorem indebitum mihi usurparem: quis igitur finis nos exceperit, videtis, quia in manu, unde iuramenta violavi, mortale hoc vulnus accepi?* Illustrat Cironius *in præsenti, & lib. 2. obs. cap. 11.* Lamaistre *de iuribus eccles. lib. 3. cap. 7.* Ita, ut hactenus vidimus, de purgatione per juramentum philosophatur Gonzalez Tellez *ad capit. ult. de purgat. Canon. n. 6. & 7 p. 532.* Vides & circa hanc purgationis speciem multa superesse, quæ profundiorem dispectionem merentur.

Observationes de origine. Originem ejus nolim in jure civili cum Cujacio quærere, sed hic non ero prolixus, sed moneo saltem repetenda esse, quæ de origine juramenti suppletorii & purgatorii dixi *ad libr. 3. obs. 560. sect. 2.* Quibus adde, quæ ad hunc librum *n. 35.* ex ipso Tellezio argumenta contra justitiam omnis purgationis, etiam ab ipso jure Civili petita attulimus. Ergo potius crederem, facile ex ipsis excerptis Tellezii modo descriptis deduci posse, originem hujus purgationis etiam Clero ultimo deberi, partim quatenus usurpata fuit deficiente omni suspicione legitima ad solam inimicorum diffamationem, partim etiam quatenus certus numerus compurgatorum fuit adhibitus.

De interitu. Porro quod interitum attinet hujus purgationis, cujus mentionem fecit Zieglerus *nota 47. in fine*, id de compurgatorum requisito est intelligendum, uti constat ex *nota 51.*

De requisito antiquo compurgatorum, ejus ratione & effectu. Etiam in obscuro est ratio, cur compurgatores olim fuerint inventi & necessario requisiti. Alii putant ad evitanda perjuria vulgi esse inventos, secuti Ivonem *epist. 206.* adductum ab Antonio Matthæo *manud. ad Jus Canon. lib.*

lib.3.p.320. *Hæc*, inquit, *prætaxatorum patrum auctoritas comprobare videtur, quod quilibet clericus mala fama pulsatus sola se manu possit purgare, & in suo permanere. Verum posterorum diligentia experta, quod temeraria hominum cupiditas facile adderet flagitio periurium &c. posuerunt hæc in discretione episcoporum, ut secundum quod audiunt malam famam presbyterorum crebescere, & ingravescere, exigant purgatoria sacramenta a presbyteris infamatis, cum tribus, aut quinque, aut septem collegis.* Alii putarunt id inventum esse, ut in sacerdotes DEI liberius malevoli sæviant. Ita Smaragdus *in libro de pressuris Ecclesiasticis Part.1.* (apud Tellezium *ad d.cap. ult. n. 4.p 531.*) *Satisfactionem igitur accusati sacerdotis sub iureiurando minime dicunt valere, nisi plures etiam sacerdotes simul compellant iurare, in quibus huc assumunt in testimonium quod factum se legisse iactitant in actibus Romanorum Pontificum; nam quod de Damaso, & Sixto, & Symmacho venerabilibus Pontificibus invenitur, eo quod, dum a quibusdam perversis de criminibus accusarentur, collectis Episcoporum Conciliis synodice purgati sint, hæc se his verbis intelligere fatentur, quod omnes præfati Episcopi cum ipsis Pontificibus pro illatis iurassent criminibus: quasi non eos propria tantummodo absolveret satisfactio, nisi hæc etiam prædictorum confratrum firmaret iuratio. Nobis tamen quod sic intelligendum sit, revera non patet; plane enim a prædictis Episcopis præfatos Pontifices accepimus sed ipsorum suggestione, propria tantummodo satisfactione, ipsis etiam faventibus eos alienos a criminibus fuisse firmatum est. Sed si pro alicuius iusti innocentia alicui placuit sacramentum præbere charitatis causa, ut eum vel sic a persequentibus liberare omnimodis placet; veruntamen licet perversorum infestatione quasi in primitiva Ecclesia hoc fieri potuisset, tamen exemplum in posterum relinqui debuit: quo etiam in sancto Concilio, vel cuius Catholici, & Apostolici viri decreto sancitum sit sacerdotes DEi a criminibus absolvi non posse, nisi confratrum satisfactione, ignoramus. Cum enim sacramenta omnibus interdi-*

Deficiens in purgatione habetur pro convicto. Et super notorio non est indicenda purgatio.

c) c. cum lex, ubi gl. & c. inter solicitudines, de purg. Canon.

§. 3. Quicunque c) vero in Canonica purgatione defecerint, (54) perinde puniendi sunt, (55) at-

cta sint Christianis, valde perniciosum est, sacerdotes ad hæc etiam alios cogere, unde tam se custodire, quam & illos debuerunt arguere. Porro parum profuisse cautelam de adhibendis compurgatoribus ad evitanda perjuria jam suo tempore conquestus est Hincmarus *in Epistola ad Coepiscopum Johannem* (apud Tellezium *ibid.*) his verbis: *Qualiter de infamato Presbytero ex auctoritate maiorum tenemus, tua dilectioni mandamus; & sicut sanctus Gregorius decrevit, si mala fama ex similitudine per parochiam de Presbytero exierit, & accusatores, ac testes legales defuerint, ne contra Apostolum infirmorum corda de mala fama Presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, nec securiores Presbyteri existentes, licentius in peccatum labantur secundum decreta majorum cum denominatis sibi vicinis Presbyteris septem, quos scimus nolle periurare, sacramento famam suam purget. Si autem denominatos à nobis sibi Presbyteros ad famam suam purgandam habere nequit, & alios secum ad iurandum conduxerit, quoniam experti sumus, quosdam ad invicem conspirasse, ut reputati mutuo in sua purgatione iurant, sicut & Presbyteri pleni iniqua cogitatione adversus Susannam conspiraverunt, Presbyteri, qui in purgatione infamati Sacerdotis, se una cum eo ad iusiurandum offerunt, examinationem iudicii per advocatum infamati Presbyteri recipiant, ut in sacramento se DEo non perdant, sicut quosdam hinc jam revocatos comperimus.* T.

ad §. 3.

Quid sit: deficere in purgatione Canonica?

(54) Sed quid hoc est: *deficere in purgatione canonicâ?* Ego non crederem his verbis intelligi *jurare* nolle. Sed uti in reli-

quis

atque ſi de crimine, de quo diffamati fuerint, legitime convicti, vel confeſſi fuiſſent: niſi tamen aliud ju-

quis purgationis generibus aliud erat in purgatione deficere, aliud nolle purgatione uti, ita etiam de purgatione per juramentum dicendum puto. In reliquis purgationum generibus ſi non omnibus, ſaltem in plerisque rei diffamati cogebantur purgationes iſtas pati inviti, & tum deficere dicebantur in purgatione, ſi læſi fuiſſent per ferrum candens, aut ignitos vomeres; ſi nataſſent ſuper aquam nec merſi fuiſſent; ſi ipſi, vel eorum ſubſtituti, quos campiones vocabant, in duello judiciali victi fuiſſent; ſi caſeum & panem deglutire non poſſent; ſi ſtantes ad crucem caderent. Fateor in purgatione per juramentum caſum non eſſe dabilem, vel certe nunquam extitiſſe, ut quis cogeretur, ſi nollet, juramentum præſtare, ſed tum haud dubie, ſi jurare nollet, habebatur pro confeſſo & convicto. Interim in cauſis, certe capitalibus, aut quæ pœnam corporis afflictivam, vel etiam infamiam, relegationem, aut etiam mulctam majorem inferrent; in genere in cauſis criminalibus & non mere civilibus, caſus etiam vix erat dabilis, ut quis ad pœnam evitandam, etiamſi ſciret ſe falſo jurare, jurare nollet. Unde non arbitror, Lancelottum loqui de caſu, ubi quis jurare detrectat, uti eum expoſuit Zieglerus in *nota ſeq.* ſed de caſu, ſi quis jurare vellet, ſed conſuetum compurgatorum numerum invenire non poſſet, quod tum temporis, ubi compurgatores erant neceſſarii, facile contingere poterat, ſi rei diffamati adverſarios haberent vel Principem ipſum aut potentiores in aula, vel etiam Epiſcopum, aut reliquum clerum, ſecundum vulgatum verſiculum:

Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris,

Unde ſimul conſtat, quantum arcanum Politicum tum temporis, cum purgatores requirerentur, hic ſubfuerit, ſi reus compurgatores invenire non poſſet, potiſſimum, ſi de crimine hæreſeos diffamatus eſſet, cum ſecundum principia proceſſus contra hæreticos, *Arcanum Politicum hic latens.*

judicantis æquitas ſtatuendum duxerit. (56) Plane ſu-

hæreticis denegentur auxilia advocatorum & Notariorum *c. 11 de hæret.* & alia requiſita juris naturalis in proceſſu contra hæreticos diffamatis denegentur, de quibus infra *ad tit. 4.* plura dicentur. Juſtam adeo metuendi cauſam habebant compurgatores, ne ſuſpicio hæreſeos ex hoc ſolo adverſus ipſos oriretur, quod hæretico diffamato teſtimonio ſuo ſuppetias iverint. T.

Declaratio. (55) Vulgatum enim hoc eſt, quod pro confeſſo habeatur, qui jurare detrectat. Petr. Heig. *p. 1. qv. 40. n. 36.* Carpzov. *in prax. crim. qv. 116. n. 80.* Monet tamen Jacobus Menochius, Clericum deficientem in purgatione canonica & curiæ ſeculari traditum, non poſſe puniri pœna ordinaria. *de arb. jud. quæſt. caſ. 274. n. 5.* Z.

Illuſtratio dictorum ex Limborchio. (56) Multum illuſtrabit ea, quæ hactenus de purgatione Canonica notavi, *caput 28. libri 4. tractatus* Limborchiani *de hiſtoria inquiſitionis.* Quando, inquit, delatus reperitur ſolummodo de hæreſi diffamatus in aliquo pago, civitate, vel provincia, & non convincitur nec propria confesſione, nec facti evidentia, nec teſtium productione legitima, nec ulla alia indicia legitime contra eum probantur, ſed ſola contra eum præciſe ſit infamia; non abſolvitur, ſed ab Epiſcopo & Inquiſitore conjunctim, non diviſim, imponitur ipſi purgatio canonica. Purgationis canonicæ ſæpe ſit mentio in jure Pontificum, ſed in omnibus fere aliis criminibus in uſu eſſe deſiit, in crimine tamen hæreſis etiam nunc uſitata, & in ſacro inquiſitorum foro frequentata eſt. Quamobrem Godofredus laudat Hiſpaniam his verbis. Puniuntur ſuſpecti hæreſeos in religioſisſimis Hiſpaniæ regnis, vel hoc maxime his temporibus triumphantibus, & ſingulari laude dignis, quod nulla non ſolum plane hæreſis, verum ne ſuſpicio quidem hæreſeos, ſine digna, vel momento, maneat nota. In cauſa autem purgationis canonicæ hoc ordine & ritu procedi ſolet, Conveniunt in unum inquiſitores, Epiſco-

ſcopus, aut ejus Vicarius, & Aſſeſſores, ſeu Conſultores periti, & excuſſis probationibus reum condemnant, ut ſe purget aliquot teſtibus; Numerus vero teſtium eſt arbitrarius, nec præciſe definitus: nam aliquando deputati fuerunt duo Abbates; ut cap. *Cum in iuventute. de purgat. Canon.* aliquando quatuordecim compurgatores. *eod. tit. cap. Inter ſollicitudines.* Eod. *tit. cap. 1.* nominantur duodecim, & cap. *Ex tuarum*, ſeptem aut quinque præſcribuntur. Judex ergo conſiderata qualitate perſonæ, criminis & infamiæ, numerum compurgatorum vel majorem vel minorem definit; potentioribus quippe & magis notis, aut qui majore laborant infamia, plures ſolent præſcribi, quam abjectæ ſortis & minus notis, quibus non ita facile eſt majorem compurgatorum numerum inducere ad ſe purgandum; quia compurgatores ſunt voluntarii, & non poſſunt compelli ut alii teſtes. Ordinarie tamen numerus ille definiri ſolet, ut reus ſe expurget ſeptem plus minus teſtibus, hoc addito, ut *ſi defecerit* in uno, duobus, tribus aut pluribus, exinde convictus plene de crimine cenſeatur. Olim qui deficiebat uno tantum expurgatore, ut convictus condemnabatur, quia non purgabatur ab omnibus. Sed cum id periculoſiſſimum eſſet, ac forte ab omnibus purgatus dici poſſet, qui a majore parte purgaretur, receptum eſt, ut eo tempore, quo numerus expurgatorum definitur, eodem quoque decernatur, ut ſi defecerit in uno, duobus vel tribus, aut pluribus, pro convicto hæretico habeatur: utrumque enim eadem omnino ratione in arbitrio judicis eſt. Requiritur autem ut teſtes ſint ordinis ipſius delati ſeu diffamati: hoc eſt: ſi ſit Religioſus, & illi ſint Religioſi; ſi clericus ſæcularis, & illi clerici ſæculares; ſi miles, & illi milites. Ordo autem accipitur in genere, non in ſpecie: Itaque ſi Epiſcopus eſt purgandus, poſſunt cum Epiſcopis in purgatione etiam admitti Abbates & Religioſi presbyteri, quia difficulter invenire poſſet tot Epiſcopos; & ſic in cæteris. Si vero ejuſmodi compurgatores non inveniantur, eligendi ſaltem ſunt aliqui viri probi, cives vel alii. Et illi compurgatores debent eſſe homines Catholici, vita probati, & bonæ famæ, qui & illius converſationem & vitam non tam moderno tempore cognoverint, quam

præ-

præterito, & de quibus verisimile est, quod neque amore, neque odio, timore, pretio aut prece verum sint occulturi, aut falsum dicturi. Hæc sententia reo dicenda est, & ab ea potest provocare; & post appellationem causa referenda est ad Senatum, nisi forte frivola fuerit appellatio; quia tunc ei ab Inquisitoribus deferendum non est, ut generaliter Clemens IV. constituit, & specialiter epistola quadam Senatus Sanctæ Inquisitionis continetur. Si ea sententia non fuerit appellatum, vel post appellationem sententia confirmata sit, vel appellatio frivola rejecta fuerit ab Inquisitoribus, tunc reus ad se purgandum debet nominare tot viros bonos, testes expurgatores, quot in sententia Inquisitorum continentur. Illi autem testes seorsim vocantur ab Inquisitoribus, & ab eis tria inquiruntur: Primum, an reum cognoscant, & a quo tempore? Secundum, an reus, vel ejus consanguinei, vel affines, dederint, aut promiserint aliquid ipsismet testibus, ut reo faverent? Tertium, an testes ipsi se obtulerint ad reum purgandum? Post hæc testes omnes convocantur in auditorium inquisitorum, & reus ad tribunal ducitur, & ab Inquisitoribus interrogatur, an homines illos cognoscat, & an illi sint, quos ipse in testes purgatores nominavit. Fiunt autem hæc omnia coram Inquisitoribus solis, ac tabellione seu Notario, qui literis mandare singula debet; nec alius quispiam præsens esse huic purgationi, permittendus est, ne ipse quidem Vicarius Episcopi ordinarii, ut quadam epistola Senatus Inquisitionis continetur: a sententia vero purgationis excludi non potest Ordinarius, aut ejus Vicarius. Deinde Inquisitor ad expurgatores conversus, talia dicere solet: *Scitote fratres, quod N. reus de hoc & illo crimine accusatus & suspectus est: quam ob rem ab ea suspicione se purgare tenetur, & vos nominati estis in testes innocentiæ suæ. Tu vero N per DEUM & sacrosancta Evangelia responde, an ea crimina commiseris?* Et super crucem & sancta DEi Evangelia præstito juramento de dicenda veritate, Inquisitores dicunt ei: *Tu N. fuisti accusatus de tali & tali delicto* (specificatis ei solum illis delictis, quæ sapiunt hær. sin) *de quibus es vehementer suspectus, meritis processus consideratis: percontamur*

mur a te sub debito iuramenti, quod emisisti, an commiseris, vel feceris, vel credideris hæc delicta, vel aliquid ex eis. Et habita responsione rei in præsentia compurgatorum reducitur ad carcerem. Tum Inquisitor interrogat purgatores, an ea omnia probe intellexerint? qui respondent, se intellexisse. Mox testes omnes secedunt; & singulis seorsim vocatis, & ab eis solenni juramento exacto, quærit Inquisitor, an credant N. verum jurasse, vel falsum? & quicquid responderint a Notario fideliter scribendum est. Quæ omnia ita fere ad verbum continentur Hispalensi quadam Instructione anni 1500. cap. 4. Olim etiam si quis publice de hæresi diffamatus fuerat, illi publice canonica purgatio indicta fuit, ut eis publice satisfaciat se purgando, quos publice per ingratum infamiæ offendit odorem: & purgabatur eo in loco, ubi noscebatur diffamatus: & si pluribus in locis diffamatus fuerat, in omnibus illis fidem Catholicam publice debebat profiteri, hæresinque de qua ibi noscitur diffamatus detestari. Juramenti formulam, qua se purgare olim debebant diffamati, præscripsit Concilium Tarraconense: *Ego N. juro per DEum omnipotentem, & per hæc sancta DEi Evangelia, quæ in manibus meis teneo, coram vobis, Domino N. Archiepiscopo vel Episcopo, & coram aliis vobis assistentibus, quod non sum, vel fui Inzabbatatus, Valdensis, vel Pauper de Lugduno, nec hæreticus in aliqua secta hæresis per Ecclesiam damnata: nec credo, nec credidi eorum erroribus, nec credam aliquo tempore vitæ meæ: imo profiteor & protestor, me credere, & semper in posterum crediturum fidem catholicam, quam Sancta Romana Ecclesia & Apostolica publice tenet, docet, & prædicat, & vos Domine Archiepiscope, vel Episcope, & cæteri Prælati Ecclesiæ universalis tenent, prædicant publice atque docent.* Compurgatoribus autem hanc juramenti formulam præscripsit: *Ego N. juro per DEum, & per hæc sancta quatuor DEI Evangelia, quæ manibus meis teneo, me firmiter credere, quod talis non fuit Inzabbatatus, Valdensis, nec Pauper de Lugduno, nec hæreticus, nec credens eorum erroribus: & credo firmiter eum in hoc verum iurasse.* Præstita purgatione sibi indicta reus

 debet

debet absolvi, & denunciari vir boni testimonii, nec potest amplius procedi contra eum vigore præcedentium indiciorum: & sic tollitur infamia, seu effectus infamiæ facti. Si in purgatione defecerit, hoc est, si purgatores tales & tantos, prout est ei injunctum, qui eum purgent, non invenerit, pro convicto habetur, & sicut hæreticus condemnatur. Alii tamen hic distinctione quadam utuntur: Si non potest tot habere testes, quia testes non confidunt, ipsum verum jurasse, quod eo casu habeatur pro convicto & deficiente in purgatione canonica. Sed si non reperiat, quia est pauper, aut extraneus, ideoque tot notos non habeat in civitate, quod eo in casu ipsi subveniendum sit arbitrio judicis, considerata qualitate personæ, criminis, & infamiæ: ita ut, si non possint haberi compurgatores clerici, adhibeantur laici, etiam fœminæ, si non possint haberi viri; & si etiam laici deficerent ex ista causa, tunc credendum sit soli juramento ipsius. Quoniam autem deficiens in purgatione habetur pro convicto, inde colligunt, si alias incidisset in hæresin, quod nunc ob defectum purgationis debet haberi pro relapso, & ut talis tradi curiæ seculari. Si autem se purgare noluerit, excommunicatur; quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato, ut hæreticus condemnatur. Quod si post purgationem incidit in hæresin jam purgatam, pro relapso habetur, & ut relapsus est tradendus curiæ seculari: juxta cap. *Excommunicamus* 1. §. *adiicimus*. Et versic. *Vel si post purgationem* &c. & cap. *Ad abolendam* §. *Illos quoque*. de hæret. Et præsertim decretum Concilii Narbonensis cap. 11. in hæc verba. *Et illos, qui post abiurationem erroris, seu purgationem, deprehensi fuerint in abiuratam hæresin recidisse, seculari iudicio sine ulla penitus audientia relinquatis animadversione debita puniendos; cum sufficiat tales per falsam conversionem semel ecclesiam decepisse; præsertim ubi tanta eorum invaluit multitudo.* &c. *licet eis pœnitentibus nequaquam pœnitentia sit neganda.* Hoc autem locum proprie habet, quando quis vehementer de hæresi fuit diffamatus. Vehemens autem creditur infamia, quando quis apud bonos viros, seu plures, seu passim notetur infamia;

vel

vel propterea a consortio bonorum virorum repellatur, accedantque etiam indicia & suspiciones infamiam hæresis augentes; aut si statim post magnum aliquod delictum commissum: verbi gratia, post deletas Sanctorum imagines, combusta templa, violata sacramenta, & similia, statim adversus aliquem oriatur infamia. Si vero in aliam inciderit hæresin, de qua se antea non purgaverat, non censetur relapsus. Si in purgatione succumbit, & pœnitentiam agere vult, admittendus est, neque tradendus curiæ seculari, nisi forte relapsus fuerit: cum enim convictus hæreticus, si pœnitens sit, recipitur; multo magis id beneficium ecclesiæ illi impertiendum est, qui præsumta quadam seu ficta probatione convincitur. Apud multos inquisitores invaluit consuetudo, ut reus vehementer suspectus prius torqueatur, deinde, si nihil confessus fuerit, ut se purgare cogatur, post hæc, si expurgatus sit, ut abjurare quoque teneatur, & tandem post abjurationem arbitrariis etiam pœnis puniatur. Alii tamen indignum judicant, aliquem simul pluribus legibus pro uno crimine condemnari: Et quia unaquæque harum pœnarum efficax est ad quaslibet suspiciones purgandas, ut procul dubio supervacaneum & iniquum sit pluribus simul suspectum reum affligere. Purgatio autem, cum ab aliorum voluntate dependeat, est fallax & incerta, ideo non facile reis per Inquisitores indicenda est. Sic instructio Madritiana ann. 1561. cap. 47. *Ob malitiam humanam purgatio Canonica periculosissimum est remedium, his præsertim temporibus: idcoque non multum est in usu: quare illo utendum raro, & cum magna cautela.* Hinc Simancas judicat, ad hanc purgationem non esse cogendos, qui ex parentibus Judæis aut Mahumetanis nati sunt; quia eos ad purgationem mittere, tantumdem est, atque recta in ignem mittere. Quis enim de istis non facile male opinetur, aut saltem de illorum innocentia non dubitet? Rectius igitur putat abjuratione, tormentis, aut pœnis arbitrariis eos coërcere. Si vero isti ad purgationem forte condemnati sint, & expurgatores, quales diximus, non invenerint, admittendi erunt alii, quamvis æque idonei non sint, ne prorsus defensionis facultas eis auferatur. Ac tandem iterum atque iterum monet Inquisitores, ne

d) c. pen. dict. tit. super (57) notorio *d*) nulli erit indicenda purgatio, sed tantum condemnationis promulganda sententia: (58)

temere aut facile quispiam ad purgationem canonicam ab ipsis condemnetur, hac inter alias allata ratione: Quod, ut succumbat reus, satis sit, quod testes respondeant, se nescire, vel dubitare, utrum ille verum vel falsum juraverit. Quis autem anceps non erit, qui sciat, neminem ad purgationem esse damnandum, qui vehementer suspectus non fuerit? Illius igitur sententia illi tantum ad purgationem cogendi sunt, quorum fama populo Christiano valde necessaria est, Episcopi scilicet, Sacerdotes, Prædicatores, & id genus alii. Hactenus Limborchius. T.

Obscura doctrina de notorio. (57) Notoria non indigent accusatore, nec probatione, Mascard. *de probat. concl. 1107. & 1108.* Aliquando tamen notorietatem tantum criminis, non ipsum crimen probandum esse, censet Gvido Pap. *quæst. 221. in addit.* Sed hoc admitti forte non debet, quod in hanc rem cœca adhibeantur testimonia, & præter famam nihil probetur amplius. Cœca autem testimonia dicebantur, quando laudabatur multitudo testis, aut civitas, aut provincia tota. Ita etsi repetundarum crimen ita manifestum esset, ut tota provincia quasi una voce quereretur, tamen, si reus id Romæ negaret, testes e provincia erant accersendi, & reus condemnari aliter non potuit, nisi instructa accusatione & legitime convictis reis. Vid. Quintil. *5. Inst. Orat. 7.* Val. Max. *lib. 8. c. 1.* Nec satis explicant Doctores, quid sit crimen notorium, ut animadvertit Antonius Matthæus *de criminib. tit de probat. n. 2.* ubi concludit, aut nullum esse crimen vere notorium, aut si quod est, non aliud esse, nisi quod palam & inspectante populo vel in conspectu judicis & circumstantis coronæ perpetratum est. Conf. Anton. Gomez. *tom. 3. resol. c. 1. n. 41. seqq.* Jacob. Menoch. *de arb. iudic. quæst. cas. 166.* Z.

(58)

(58) cum patrati ſceleris evidentia, neque accuſatoris clamore indigeat.

Criminum quædam ſolum DEum lædunt, quædam etiam homines.

§. 4. Criminum (59) autem quædam (60) divi-

---

(58) Repetendæ hic omnino ſunt *notæ 581. ſeq. ad librum 3. tit. 14. §. 39. & 40.* Ubi latius expoſitum fuit, quæ Arcana Politica lateant ſub doctrina Canoniſtarum de notorio. Adde infra dicenda *nota 64.* T. *Remiſſiones ad eandem obſervationem pertinentes.*

ad §. 4.

(59) Jam ſupra Zieglerus notavit, *in not. 11. ſect. 1. ad libr. 3. Lancelotti*, ſuperiore ſeculo ex prudentiorum Theologorum ſententia diſtingui cœpiſſe crimina in ſecularia & Eccleſiaſtica, Eccleſiaſtica pertinere ad Epiſcopos, in ſecularibus diſtinguendum eſſe &c. unde mirum alicui videri poſſet, quod cum crimina, quæ hoc loco dicuntur principaliter in DEum committi, videantur eſſe ſynonyma Eccleſiaſticorum criminum, reliqua ſecularium, tamen etiam de ſecularibus hic tractetur in jure Canonico peculiaribus titulis, cum tamen criminum ſecularium inquiſitio & pœna videatur pertinere ad ſolum magiſtratum Politicum & jura Laicorum, adeoque de ſolis Eccleſiaſticis debeat tractari in jure Eccleſiaſtico. Grave dubium, ſed ad quod non poterimus diſtincte reſpondere, niſi prius intelligamus originem iſtius diſtinctionis, & definitiones criminum Eccleſiaſticorum & ſecularium. Videamus igitur, quid ea de re doceant alii, & cum ad Petrum de Marca provocavit ibi Zieglerus, videamus primo, quid hic ſcriptum reliquerit *de concord. ſacerd. & imper. lib. 2. c. 3. §. 7. Theologorum illa* (ſcilicet Innocentii III. & Philippi Auguſti) *ætate celeberrimorum Johannis de Pariſiis & Guilielmi Occam, quibus poſtea acceſſit Gerſon, opinionem ſequebantur*, (Galli ſcriprores, quorum paulo ante mentionem fecerat,) *qui crimina diſtinguebant in eccleſiaſtica & ſecularia.* *Grave dubium cur Jus Canonicum non tractet de ſolis criminibus Eccleſiaſticis.* *Petri de Marca doctrina de diſtinctione inter crimina Eccleſiaſtica & ſecularia & ejus uſu.*

Illa in admissis directe contra fidem & sacramenta constituebant, hæc in iis, quæ iure Gentium aut Civili sunt vetita. Criminum ecclesiasticorum coercitionem per censuras Episcopis competere, sed in secularibus distinguendum esse, dicebant. Aut enim de iure agitur & de peccato opinionis, *vel* erroris, *ut ipsi loquuntur; id est, si quis sibi persuadeat id, quod committitur circa secularia non esse peccatum: verbi gratia, furtum, vel homicidium, vel agitur de facto; id est, de peccato, quod ipsi vocant* vendicationis, *id est, cum quis de facto res alienas sibi vendicat, vel aliud crimen seculare perpetrat. Itaque fatentur, penes Ecclesiam ex Christi institutione potestatem esse cognoscendi de peccato* erroris, *& definiendi an hoc vel illud factum crimini deputari debeat, eosque, qui huic definitioni refragentur, pœnis ecclesiasticis castigandi, ceterum de peccatis secularibus. quæ vocant* vendicationis, *iudicia vel censuras ferre, non spectare ad iurisdictionem ecclesiasticam.* Et ita, *inquit Joannes Parisiensis*, de peccato in temporibus non judicat, vel cognoscit judex ecclesiasticus, sed secularis tantum; nisi forte aliunde, quam a Christo concessum ei fuerit vel permissum. *In his ergo criminibus potestas ecclesiastica monita tantum & consilia adhibere potest, non autem laicos peccantes coercere pœnis, innuere quid sequendum sit & vitandum, non castigare, vel ut ipsi loquuntur, iudicare de peccato* innuitive, *non* coercitive &c. *Hæc Theologorum Parisiensium sententia iam a trecentis & quadraginta annis in forum invecta, etiam hodie apud tribunalia magistratuum viget. Quin & ad crimina mixta porrecta fuit, scilicet ad adulterium, quod legem naturæ matrimonii sacramentum violat; adeo, ut in laicos adulterii reos animadvertere Episcopis vetitum fuerit, ni desisterent, pœna indicta* captionis temporalitatis, *ut patet ex Curiæ Parisiensis Arrestis latis anno 1336 & 1380. De hac quæstione, in qua plurimi laborarunt, ex professo disseram in exercitatione de iudiciis canonicis in laicos; ubi eorum originem, progressum & immutationem, quæ hodie viget, & mutandi caussas expendam. Hic tantum dicam in antecessum, olim censuris,*

cum

cum maxime vigerent, locum non fuisse, nisi in certis quibusdam criminibus manifestis, de quibus dubitari non posset, an inter crimina recenseri deberent, ea lege, ut emendatio ecclesiastica nihil de seculari iurisdictione demeret. Itaque Christiani criminum omnium vindictam apud judices publicos persequebantur. De contractibus etiam iniustis, nullo prætextu lis instituebatur apud Episcopos in consequentiam iuris evangelici, quia color ille conventionis initæ dubiam reddebat peccati accusationem. Quare si quando lites fidelium dirimerent Episcopi a lege harum disceptationum arbitri dati, non censuris ecclesiasticis ad iudicatum exequendum victos adigebant, sed officio & apparitione iudicum juxta legem Constantini. Sed hic Petri de Marca locus ad scopum nostrum parum subsidii afferet. Id quidem inde observamus, quod Zieglerus graviter lapsus fuerit, dum Petrum de Marca sic intellexit acsi asserat, superiore (a seculo, quo Zieglerus scribebat) seculo, (id est, decimo sexto,) *cœpisse* distinctionem inter delicta secularia & Ecclesiastica, cum tamen integer contextus Petri de Marca ostendat, quod loquatur de Theologis seculo 13. & 14. viventibus, neque hos Theologos distinctionem illam invenisse, sed saltem cœpisse doctrinam quandam de hujus distinctionis applicatione ad judicia Canonica proponere, quæ ab illis temporibus in forum fuerit invecta. Et certe ipse Zieglerus agnovit alibi de Episcopis *l. 4. c. 30. §. 48. & 50.* delictorum Ecclesiasticorum mentionem longe antiquiorem esse. *Quia vero*, inquit, *iam inde a Constantini Magni imperio Clerici forum suum privilegiatum apud Episcopos habuerunt, nec tamen propterea, in criminalibus præsertim caussis, exemti prorsus fuerunt a iudiciis secularibus, ne qua deinceps, quod fieri facile poterat, fieret confusio, inter ipsas causas distinctionem per legem publicam fieri oportuit, quam propterea edidit Gratianus Imperator anno 376.* in l. 23. C. Th. de Episcop. *Verba hæc sunt:* Qui mos est causarum civilium, idem in negotiis Ecclesiasticis obtinendi sunt: ut si qua sunt, ex quibusdam dissensionibus, levibusque delictis, ad religionis observantiam pertinentia, locis suis & a suæ diœceseos Synodis

Observationes ad illum locum Petri de Marca.

De origine illius distinctionis,

Delictorum Ecclesiasticorum mentio seculo quarto.

dis audiantur; exceptis quae actio criminalis ab ordinariis extraordinariisque judicibus aut illustribus potestatibus audientia constituit. *Primum causas civiles separat a causis Ecclesiasticis, & in causis civilibus nihil mutat, sed morem hactenus usitatum relinquit, ut ita Clerici perinde atque Laici in talibus causis apud iudicem secularem conveniri possint, nisi utraque pars in Episcopum secundum Constantini legem ex compromisso consentiat. Causas Ecclesiasticas ait versari vel circa religionem & dogmata fidei, vel circa levia quaedam delicta ipsum Ordinem & disciplinam Ecclesiasticam concernentia, atque sic personis Ecclesiasticis propria. De utrisque cognosci & iudicari vult vel ab Episcopo, vel a Synodo pro re nata, & prout gravitas causae exigit. Tandem vero agit etiam de criminibus & delictis communibus, quorum cognitionem itidem iudicibus secularibus, iisdemque vel ordinariis, vel extraordinariis relinquit* &c. *Eodem anno 381. celebratum fuit Constantinopoli Concilium primum, quod alias Oecumenicum secundum dici consuevit. In cuius* canone sexto, *quatenus Episcopi accusari possint, prolixe disponitur. Summa haec est, non debere accusationes adversus Episcopos promiscue admitti, sed attendendam esse, tum personam accusatoris, tum & causam, propter quam accusatio intentari debeat. Quod personam concernit, statuerunt Patres, quemvis hominem, sive bonae sit existimationis, sive infamis, fidelis aut infidelis privatam causam h. e. pecuniariam adversus Episcopum habentem admitti, & cum eo in iudicio convenienti litigare posse, uti commentatur Theod. Balsamon. Judicium autem istud conveniens quodnam erit? Sine dubio nullum aliud, quam iudicium seculare, uti dixi supra ex* l. 23. C. Th. de Episcop. *nisi ex compromisso alius aliquis iudex electus fuerit. Hoc tamen non nisi in privatis causis locum habet, hoc est, quae pecuniaria demum aestimatione litis absolvuntur, uti definit Joh. Zonaras* in comment. *Ab illis distinguuntur criminales causae, quas Zonaras ait esse, quando quis vitae statum damnatus amittit. Agit autem canon de criminibus Ecclesiasticis, quorum reus fertur* Epi-

Episcopus, talibus scilicet, quæ ordinem & disciplinam Ecclesiasticam concernunt, quæque personis Ecclesiasticis propria sunt. De his statuit synodus, antequam accusatio admittatur, considerandam esse personam accusatoris, & admittendos quidem alios omnes, præter hæreticos, schismaticos, ab Ecclesia eiectos & excommunicatos, itemque eos, qui & ipsi in reatu & ab aliis accusati sunt, nisi se ab obiectis criminibus purgaverint. Cæterum, si nullus talis in accusatore defectus inveniatur, accusationem instituendam esse in Synodo provinciali, aut si ea minus sufficiens fuerit, in synodo totius diœceseos maiore, & ita quidem, ut accusator sese scripto ad talionis pœnam obliget, si succubuerit, quod inscribere vocant iuris civilis Doctores. Eos vero, qui neglecta hac accusandi ratione vel Imperatorem propter Ecclesiasticum tale delictum fatigaverint, vel secularium magistratuum tribunalia adierint, vel Synodum Oecumenicam imploraverint, eos ad accusationem omnino non esse admittendos. Deinde Theologi apud Petrum de Marca delicta Ecclesiastica vocabant, quæ directe contra fidem & sacramenta committerentur, secularia, quæ peccabant contra jus gentium & civile. Contra Zieglerus, in loco modo descripto Ecclesiastica vocat, quæ disciplinam Ecclesiasticam concernunt, quæque personis Ecclesiasticis propria sunt. Facit etiam mentionem delictorum mixtorum de Marca, quorsum refert adulterium, quia videlicet legem naturæ & sacramentum violet. Dissertationem Petri de Marca ad quam provocat de origine, progressu, & mutatione judiciorum Canonicorum in Laicos non vidi. Sed facile supplebunt hunc defectum excerpta ex Zieglero supra *ad librum 3. nota 1.* Denique locus Petri de Marca dubium initio hujus notæ propositum, cur in Jure Canonico tractetur etiam de delictis mere secularibus, non tollit, sed auget, eo videlicet tendens, quod horum coercitio ad Clerum non pertineat. Videamus jam, an forte ex Antonio Matthæi dubium illud solvi possit. Est hujus elegans locus *in tractatu de Criminibus Prolegom. cap. 4. n. 6. Crimen est vel commune vel proprium. Commune, quod ab omnibus admitti potest, veluti adulterium, cædes, parricidium, pe-*

Ambiguitas delictorum Ecclesiasticorum.

Delicta mixta.

De origine &c. judiciorum Canonicorum in laicos.

Augmentum dubii propositi.

Antonii Matthæi sententia de distinctione criminum in Ecclesiastica,

Secularia, & communia. *peculatus, & cætera, de quibus duobus his Pandectarum libris agere constituimus. Proprium, quod a certo duntaxat hominum genere. Huiusmodi sunt delicta militum & clericorum. Crimen militare est, quod quis admittit, quia miles: veluti si emanserit, si deseruerit stationem, excesserit agmine, tenuerit vitem centurionis castigare se volentis.* l. 2. l. 3. & passim D. de re milit. *Clericorum crimina sunt, quæ admittunt, qua Clerici, contra sacros canones: veluti si quis pecunia ambierit clericatum, si contumax fuerit adversus episcopum, si sacra parum reverenter administraverit &c. Interpretes vero Pontificii, non contenti hac divisione multo liberalius tribuunt crimina intuitu clericorum ita: Crimen est vel ecclesiasticum, vel seculare, vel commune. Ecclesiasticum, cuius cognitio ad ecclesiam pertinet, etiamsi admissum sit a laico: veluti hæresis, & Simonia. Seculare, de quo si a laico committatur, cognoscit iudex tantum secularis, velut homicidium, parricidium, furtum, & similia. Commune, de quo a Laico commisso uterque iudex cognoscit, tam secularis, quam ecclesiasticus; ut, adulterium, concubinatus, sodomia, sacrilegium, sortilegium, crimen usurarum. Magno profecto legum principumque ludibrio, dum aut crimina, quæ non poterant sine manifesta calumnia sibi solis vindicare, callido commento mixta dixerunt, aut constitutionibus divinis humanisque conculcatis, clericos iurisdictioni magistratuum subduxerunt. Nam iure quidem divino omnis anima potestati seculari subiicitur, ut a Theologis nostris satis superque demonstratum est: jure autem civili privilegium fori clericis in civilibus duntaxat causis tributum est* &c.

Monita ad illam sententiam. Recte quidem hic Antonius Matthæi notat, sub distinctione hac criminum latere arcanum Politicum Cleri Papalis, jura Majestatis civilis sub prætextu hujus distinctionis invadentis, bene etiam fecit, quod intenderit, definitiones criminum Ecclesiasticorum, secularium & communium seu mixtorum tradere, sed mallem, ut istas definitiones ex textibus juris Canonici probasset. Remanet enim illud dubium, qua ratione fiat, ut

ut, si de crimine seculari cognoscere debeat solus judex secularis, tamen in jure Canonico etiam de homicidio & furto agatur. &c. T.

(60) Sunt quoque peculiaria delicta ecclesiastica, cognitioni fori hujus reservata. Constituit enim ex principiis juris Pontificii ecclesia propriam quandam rempublicam, & ita contra ejus salutem & imperantes, h. e. clerum, peccari potest, tam ab ipsis clericis, quam laicis. Huc referunt crimen, ut vocant, Hæreseos, Schismatis, Apostasiæ, Simoniæ &c. de quibus delictis *ad lib. 5.* plenior dicendi locus erit &c. Enumerant etiam delicta mixti fori Pontificii &c. Referunt huc concubinatum, adulterium, stuprum, incestum aliaque crimina carnis Tondut. *de prævent. jurisd. p. 2. c. 28.* Inprimis olim crimina carnis ecclesiæ vindicabant ejectione, sed non hæc tantum, verum alia quæcunque graviora, & quia excommunicatio unice huc directa erat, ut ad pœnitentiam ejectus reduceretur & cum Ecclesia lapsus reconciliaretur, si seriam emendationem pollicebatur, olim quævis crimina mortalia ad judicia ecclesiastica, quæ tamen proprie dicta haud erant, spectabant. Postquam vero subinde Pontificii ecclesiam in specialem conjecere rempublicam, & proprie dicta judicia constituerunt, illa crimina mixti fori dixere, quod in utroque foro quædam crimina vindicari possent, cum Christianus duplici subesset reipublicæ, qua talis quidem, ecclesiæ, h. e. regno Clericali: qua subditus vero, imperantibus, qua ratione *lib. 5.* fere omnia crimina pertractantur, & censuræ ecclesiasticæ, iis impositæ, referuntur. Observat id ipsum quoque Espenius P. *3. iur. eccles. tit. 4. c. 1.* ex Morino *de administr. sacram. lib. 1. cap. 9. & 10.* docetque, *episcopos olim in omnia crimina, etiam occulta, inquisivisse & quasi processus instituisse, ut conformiter ad crimina detecta pœnitentias imponerent.* Addit *n. 4.* *Licet in peccata inquirerent, testes audirent, censuris aliisque canonicis pœnis contra peccatores procederent, tamen hæc omnia unice ad ipsius peccatoris reconciliationem tendebant; imo omnia, quæ Episcopi circa crimina exercebant, cum pœnitentiæ sacramento connectebantur.* Illud præterea recte *n. 11.* observat; nul-

Alia doctrina de delictis Ecclesiasticis & mixtis.

divinæ majeſtatis læſionem continent: (61) quædam vero & hominibus damnum irrogant. (62) Quæ DE-

lam eo tempore notam fuiſſe diſtinctionem criminum in eccleſiaſtica & ſecularia hoc ſenſu, quod quædam judici ſeculari privative eſſent reſervata, ſed, non obſtante cenſura eccleſiaſtica quibuscunque inflicta delictis, judicem ſecularem nihilominus pœnas debitas inflixiſſe, nec, his inflictis, delinquentes a pœnitentia eccleſiaſtica immunes fuiſſe. Poſtquam vero ſeculo 12. judicia eccleſiaſtica ad imaginem civilium condi & pleno proceſſu omnia excuti ceperunt, lites variæ coortæ ſunt inter judicia ſecularia & eccleſiaſtica, præſertim cum eccleſiaſtica non amplius, more majorum, pœnitentias eccleſiaſticas delinquentibus imponerent, ſed pœnas pecuniarias vel corporis afflictivas iis infligerent, ſeparatio tandem criminum facta eſt, ut quædam tantum ad forum eccleſiaſticum, quædam tantum ad ſeculare, quædam ad utrumque referrent, callido ſane commento, ut cum judice ſeculari dividerent, quod integrum ſibi reſervare non poſſent. In hanc claſſem mixtorum criminum etiam referuntur alia, quæ aliquem reſpectum ad religionem & cultum divinum habere videntur, ut turbatio ſacrorum & violatio feſtorum, ſortilegia, Magia, incantationes, blasphemia &c. quæ tamen in foris proteſtantium foro criminali ſeculari ſubſunt, & quidem recte, quia Pontificiorum ſententia de mixtura utriusque judicii omni ſolido deſtituta eſt fundamento, uti vel praxis criminalis Carpzovii oſtendit. B. *ad tit. de foro competente* §. *32. & 35.*

Declaratio. (61) Scilicet ſolitarie & principaliter. Alias enim omnia in univerſum peccata, quantulacunque ea fuerint, juſtitiam lædunt divinam; aliqua tamen ita lædunt, ut ſimul etiam proximum lædant. *Z.*

Ziegleri ſententia de delictis Cleri Eccleſiaſticis & Civilibus. (62) Addamus adhuc aliam explicationem Ziegleri de Epiſcopis *l. 3. c. 30. §. 72. ſeq.* *Quodſi,* inquit, *crimen aliquod Clerico alicui obiectum fuerit, diſtingui vult legislator crimina civilia ab*

DEUM principaliter lædunt, hæc ferme habentur, ſi-

ab Eccleſiaſticis. Quæ diſtinctio cum etiam ab anterioribus Imperatoribus, quos ſupra nominavi, applicata huic negotio ſæpisſime fuerit, explicanda nobis erit paulo accuratius. Poſtea cum præmiſiſſet diſtinctionem de delictis militum vel militaribus vel communibus, ſubjungit: *Ad exemplum huius diſtinctionis etiam clericorum delicta diſtingui cœperunt ab Imperatoribus in propria & communia ſive Eccleſiaſtica, uti hic vocat Imperator Juſtinianus, & civilia. Propria ſive Eccleſiaſtica illa, quæ clericus, qua talis, in officio ſuo committit. Quo etiam pertinet Simoniæ crimen, quando pecunia interventu quis ad miniſterium Emleſiaſticum promovetur. Communia ſive civilia Clericorum crimina ſunt illa omnia, quæ officium eorum in ſpecie non attingunt, & a quovis alio committuntur, qualia ſunt homicidium, adulterium, ſtuprum, falſum &c. Quemadmodum igitur de militibus jure Romano ſtatutum fuit, ut ad eum remitterentur, ſi quid deliquerint, ſub quo militant*, l. 9. ff. de cuſtod. & exhib. reor. *quod intelligendum eſt de illis criminibus, quæ militum propria ſunt: ita voluerunt Imperatores, ut quæ a Clericis committuntur delicta Eccleſiaſtica, Epiſcoporum coercitioni relinquantur. Et porro, quemadmodum communis delicti a milite commiſſi communis eſt perſecutio*, l. 2. ff. de re milit. *ut allegari ab eo tum non poſſit privilegium: ita & Clericus propter commune delictum puniri debet ab ordinario loci iudice & Magiſtratu. His ita præmiſſis planum & apertum eſt, quid ſibi velit Juſtinianus* d. novell. 83. *dum ait*: Si tamen de criminibus conveniantur, ſiquidem civilibus, hic quidem competentes judices, in provinciis autem earum præſides ſive judices, non tranſcendente lite menſium duorum ſpacium, ex quo litis conteſtatio ſit, quatenus brevis imponatur cauſæ terminus. - - - Si vero Eccleſiaſticum ſit delictum, egens caſtigatione Eccleſiaſtica & mulcta, DEO amabilis Epiſcopus hoc diſcernat,

ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, male-

---

nihil communicantibus clariſſimis provinciæ judicibus. Neque enim volumus talia negotia omnino ſcire civiles judices, cum oporteat talia Eccleſiaſtice examinari & emendari animas delinquentium per Eccleſiaſticam multam, ſecundum ſacras & divinas regulas, quas etiam noſtræ ſequi non dedignantur leges &c. *Et in hunc modum accipiendum etiam eſt, quod dixit Marcianus Imp. ad Epiſcopos in Concilio Chalcedonenſi congregatos*, act. 6. Quædam capitula ſunt, quæ ad honorem reverentiæ veſtræ vobis ſervavimus, decorum eſſe judicantes, a vobis hæc regulariter potius formari per ſynodum, quam noſtra lege ſanciri. *Canones enim, quos eorum arbitrio formandos commiſit, & mox prælegi juſſit, omnes agunt de rebus & delictis Eccleſiaſticis. Nec vero a Juſtiniano primum excogitata iſta delictorum diſtinctio fuit, ſed dudum ea & maxime ſeculo IV. invaluerat, uti iam ſupra diximus.* (Loca illa deſcripſimus jam ſupra *nota 59.*) Vides, Zieglerum vel præ oculis hic habuiſſe Antonium Matthæi eadem *nota 59.* jam excerptum, vel certe eandem cum ipſo fovere ſententiam. Quemadmodum autem hæc diſtinctio delictorum Cleri in Eccleſiaſtica & civilia tum quidem erat inventa, ut appareret, quando Clerici coram magiſtratu ſeculari, quando coram Eccleſiaſtico (utroque tamen ab Imperatoribus dependente & conſtituto) conveniri deberent, ita quæ in ſequentibus paragraphis tradit Zieglerus & quæ jam ſupra *nota 1. ad lib. 3.* diſtinctius excerpta ſunt, docent, quomodo ſubſequentibus ſeculis abuſus & ingratitudo Epiſcoporum erga Reges, potiſſimum in Francia cœperit, & quomodo poteſtas Epiſcopalis, potiſſimum a temporibus Caroli Magni incrementa ſumſerit, & Laicis perſuaſum fuerit, jurisdictionem Epiſcopis ex jure divino competere, item quænam cauſæ morales aut Politicæ ſubfuerint, quibus Jurisdictio illa Eccleſiaſtica ſtabilita & Clerici in omnibus cauſis & delictis a jurisdictione ſeculari exemti fuerint. Denique exponit etiam damna va-

Exemtio Cleri quoad cauſas criminales, quænam damna attulerit Reipublicæ?

maledicentia, sacrilegium. Hominibus vero læsionem

varia, quæ inde Respublica passa sit, ubi de damno ex ademtione causarum criminalium orto ita differit §. *113--118*. *Causæ autem criminales etsi clericos concernant, judiciis episcopalibus utpote insufficientibus committi haud possunt, præsertim si hypotheses, quæ sequioribus temporibus invaluerunt, attendantur. Dum enim exemtionem clericorum tam exsortem esse volunt, ut cujuscunque is ordinis fuerit, propter nullum omnino crimen, etsi deprehensus in eo sit, a nullo judice Laico, quantacunque is dignitate excellat, judicari queat, solo excepto casu, quando Clericus delinquens post indictos universos pœnarum Ecclesiasticarum gradus incorrigibilis existit, quæ est sententia Cælestini III.* c. 10. X. de judic. *an putabimus digne & pro meritis puniri posse crimina in judiciis Ecclesiasticis? Audiamus ab ipso Cælestino pœnarum species & gradus in talibus judiciis usitatos.* Respondemus, *inquit*, quodsi clericus in quocunque ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel perjurio, seu alio crimine fuerit deprehensus legitime atque convictus, ab Ecclesiastico judice deponendus est. Qui, si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde, contumacia crescente anathematis mucrone feriri, postmodum vero, si in profundum malorum veniens, contemserit, cum Ecclesia NON HABEAT ULTRA, QUID FACIAT, ne possit esse ultra perditio plurimorum, per secularem comprimendus est potestatem, ita quod ei deputetur exilium vel alia legitima pœna inferatur. *Et debet tamen nihilominus hoc casu efficaciter intercedere Ecclesia, ut citra mortis periculum sententia temperetur* c. 27. X. de V. S. *efficaciter, inquam, h. e. sine fuco & simulatione, uti explicat Claudius Espencæus* l. 2 digress. c. 7. *Degradationi autem illi, & ut propter incorrigibilitatem clericus tradi queat brachio seculari, non faciunt locum promiscue, sed in tribus tantum casibus specialibus, si ubi scilicet quis in crimine hæreseos pertinax aut relapsus fuerit,*

nem inferunt, homicidium, adulterium, ſtuprum, ra-

erit, aut ſi falſum commiſerit in literis Apoſtolicis, aut ſi coniuraverit in proprium Epiſcopum. Qua de re tamen multa adhuc lis eſt inter Canonici iuris Doctores, propter adductum c. 10. Mox enim diſquiri cœpit, utrum etiam extra illos tres caſus enumeratos in criminibus illis, de quibus fuerat interrogatus Cœleſtinus, tradi debeat delinquens curiæ ſeculari? utrum in tribus etiam illis attendi debeat incorrigibilitas? utrum in caſu incorrigibilitatis etiam degradatio neceſſaria ſit? utrum propter crimen valde damnoſum & Reipublicæ pernicioſum tradi nequeat Clericus iudicio ſeculari, niſi incorrigibilitas acceſſerit? Incorrigibilitas utrum ex eodem genere delicti, an vero etiam ex diverſis ſpeciebus æſtimanda ſit? ut incorrigibilis aliquis dicatur, utrum requiratur ſententia iudicis declaratoria? utrum non niſi per degradationem amittatur privilegium clericale? & eiuſmodi alia plura, uti videre licet apud Didac. Covarruv. pract. quæſt. c. 32. n. 2. *Stephan. de Avila* de cenſur. part. 4. dub. 3. *Joſeph. Gibalin.* de cenſur. diſq. 7. q. 13. *Aug. Barboſam* ad c. 10. X. de judic. *Sig. Scacc.* de judic. lib. 1. cap. 11. *Quocunque te vertas inter iſtas hypotheſes, videbis, clericos aſſequi impunitatem ſcelerum, & prorſus effugere pœnas promeritas. Ecce enim Laico nec accuſare licet clericum,* c. clericum 11. qu. 1. *neque condemnare, aut ſaltem in cuſtodia detinere, niſi velit excommunicationis vinculo innodari,* c. nullus 2. X. de for. comp. c. nuper 29. X. de ſentent. excomm. *Eccleſiaſticus autem judex nullam talem pœnam crimini quantumvis atrociſſimo indicere poteſt, quæ ſufficere queat, cum tota puniendi poteſtas, quæ in eo eſt, abſolvatur ſuſpenſionibus, remotionibus, excommunicationibus, carceribus, nec habet Eccleſia ultra quod faciat. Brachii vero ſecularis auxilium in tribus tantum ſupra enumeratis delictorum ſpeciebus poſcitur. Quomodo ergo punientur ſicarii, incendiarii,*

arii, latrones, incestuosi, Sodomitæ, parricidæ, conspiratores adversus Reges, rebelles, & eversores Rerumpublicarum? Respondet Innocentius III. c. 6. X. de pœn. *quod* a suis ordinibus degradati detrudi debeant in arctis monasteriis ad pœnitentiam peragendam. *BONUM FACTUM. Quis non putabit satis ita expiari crimina; & noxiæ hanc pœnam parem esse. Quis non velit metu hujus pœnæ abstinere deinceps a tali facinore? Nec Jupiter quidem iratus plus exiget, opinor. At vero fiet hac ratione, ut, quod observat Nicolaus Boerius* decis. 69. n. 9. *inde in plebem scandalum oriatur*, videre scilicet clericum & Laicum pro enormissimo delicto commisso diversimode condemnari: laicum per frustra scindi, & dilaniari, & clericum pro eodem delicto in carcere poni perpetuo & ab eo amore, vel pecunia vel aliter erlargiri & liberari. *Boerium sequitur Julius Clarus* sentent. lib. 5. §. practic. crim. qu. 36. n. 23. *his verbis:* Revera videmus, quod prælati Clericos criminosos utplurimum leviter castigant, & licet quandoque eos ad perpetuos carceres condemnent, tamen illos postea relaxant plerumque ac dimittunt, ex quo oritur in populo scandalum, videre clericum & Laicum eiusdem delicti reos adeo diversimode puniri, ut scilicet Laicus pœna mortis afficiatur, & in frusta scindatur, clericus autem aliqua levi pœna castigatus per forum ambulet. *Et qui vero fieri aliter potest? Magistratus namque cui merum imperium competit, pollet facultate puniendi quoscunque facinorosos, sed non delet, si delinquens fuerit clericus. Judex vero Ecclesiasticus debet talem punire, sed non potest, nisi leniter admodum & nullatenus pro merito, quia iudicium sanguinis exercere, imo interesse tantum eidem, aut adjuvare & promovere illud omnino prohibetur. Quid restat ergo, nisi ut impune & pro lubitu a clericis perpetrentur crimina atrocissima? Temperare mihi nequeo, quin hic adscribam verba Gulielmi Neubrigensis* lib. 2. rer. Angl. c. 16. Regi circa curam regni satagenti, & malefactores sine delectu exterminari jubenti, a judicibus intimatum est, quod multa contra disciplinam publicam, scilicet furta, rapinæ, homicidia a Clericis sæpius committerentur, ad

R (10) quos

quos scilicet Laicæ non posset jurisdictionis vigor extendi. Denique ipso audiente declaratum dicitur, plus quam centum homicidia intra fines Angliæ a Clericis sub regno ejus commissa. *Et post pauca*: Cum enim sacri præcipiunt canones, clericos non solum facinorosos, id est, gravioribus hæreticos criminibus, verum etiam leviorum criminum reos degradari & tot millia talium, tanquam innumeras inter pauca grana paleas Ecclesia Anglica contineat: quantos a multis retro annis clericos in Anglia contigit officio privari? Nempe Episcopi dum defendendis magis clericorum libertatibus vel dignitatibus, quam eorum vitiis corrigendis resecandisque invigilant, arbitrantur, obsequium se præstare DEo & Ecclesiæ, si facinorosos clericos, quos pro officii debito canonicæ vigore censuræ coercere vel nolunt, vel negligunt, contra publicam tueantur disciplinam. Unde Clerici, qui in sortem Domini vocati tanquam stellæ in firmamento cœli positæ vita & verbo lucere deberent super terram, habentes per impunitatem agendi quandoque libuerit, licentiam & libertatem, neque DEum, cujus judicium tardare videtur, neque homines potestatem habentes reverentur, cum & Episcopalis circa eos sollicitudo sit languida & seculari eos jurisdictioni sacri eximat Ordinis prærogativa &c. *Jamdiu vero etiam hoc observatum fuit, non permissas fuisse judiciis Laicorum tres istas criminum species, quarum supra fecimus mentionem, nisi essent tales, ut per eas violari contingeret dignitatem Ecclesiæ Romanæ. Ea ergo, ut salva maneat a Magistratu auxilium poscitur, qui vero non tam ut judex accersitur, quam ut vindex & auxiliator. In aliis vero criminibus, quantumvis atrocissimis, quæ dignitatem Ecclesiasticam non attingunt, nefas esse statuunt Magistratui, quicquam decernere. Ergo si clericus adulteraverit monetam, si Regis latus sica appetierit, si incendiarius fuerit, si veneficus, si occulta habuerit cum hostibus consilia, nefas erit Principi injicere manus in eum, & pro salute atque incolumitate Reipublicæ consideranda eum pœnis subjicere. Judex vero ecclesiasticus post remotionem ab officio eum ex decreto Innocentii in arctum monasterium conjiciet. Imo vero*

ro

rapina, furtum, usura, falsum, injuria, (63) de qui-

ro benignior adhuc fuit Alexander III. qui c. 4. X. de judic. *in criminibus atrocioribus clericum sola suspensione aut remotione puniendum statuit, in levioribus vero dispensationi locum facit.* Si coram Episcopo, *inquit*, de criminibus in jure confessi sunt, seu legitima probatione convicti, dummodo sint talia crimina, propter quæ suspendi debeant vel deponi, non immerito suspendendi sunt a suis ordinibus, vel ab altaris ministerio perpetuo removendi. De adulteriis vero & aliis criminibus, quæ sunt minora, potest Episcopus cum clericis post peractam pœnitentiam dispensare. Sed non debet quemlibet depositum pro suis excessibus, (cum suo sit functus officio, nec duplici debeat ipsum contritione conterere) judici tradere seculari. *Adulterium inter minora refert crimina, contra literam S. Scripturæ, & contra mentem moratiorum gentium, quod erudite perstringit Antonius Matthæus* de criminib. in prolegom. cap. 4. n. 4. *Elegans vero etiam est ista ratio, ideo non debere remotum ab officio judici tradi seculari, ne duplici pœna reus afficiatur. Cur vero tradendi nonnulli alii, quos ab officio remotos eadem prorsus ratio absolvit?* T.

(63) Restat ut jam tentemus, quomodo partim intricatas & obscuras, ac partim dissentientes doctrinas de origine distinctionis criminum in secularia, Ecclesiastica & mixta, & de harum specierum differentia quodammodo in ordinem redigere, & dubium illud non leve initio *nota 59.* propositum tollere possimus. Propositum tamen & scopus harum notarum non permittit, ut id plene & pro dignitate materiæ fusius fiat, sed primas saltem lineas hic exhibebimus tractationis plenioris vel futuræ, vel ab alio expediendæ. Ante omnia tollenda erit homonymia delicti vel criminis Ecclesiastici & secularis. Hic vero 1) paucis præmitti debet distinctio inter vitium seu peccatum, & inter crimen & delictum, quæ fluit ex distinctione virtutis & justitiæ. Non omne quod licet, honestum est. Non omne quod ju-

Observationes variæ.

Distinctio peccatorum a criminibus.

justum est, virtuosum & laudabile est. Neminem lædere fons justitiæ est, juri suo cedere, aliis benefacere, ac officia humanitatis exhibere fons virtutis. Læsio contra fons injustitiæ, denegatio beneficiorum aut officiorum humanitatis, usus rigidus juris sui, fontes sunt vitiorum seu peccatorum simplicium. Usus hujus distinctionis ex principiis genuinæ Politicæ & Jurisprudentiæ est, quod actus injustitiæ sint objectum pœnæ & hoc intuitu dicantur delicta vel crimina, actus vero reliqui vitiosi, cum virtutes eis oppositæ fluant ex amore vel amicitia, & sic respuant omnem coactionem pœnalem, postulent saltem ad emendationem hominum preces, obtestationes, admonitiones, accedentibus præcipue bonis exemplis docentium, & sic peccatorum quidem aut aberrationum nomine veniant, sed delicta aut crimina non soleant appellari. Pertinet hæc distinctio ad statum hujus vitæ, num intuitu pœnarum divinarum in altera vita nullum est dubium, quod omnia vitia mereantur gehennam, & hoc intuitu omnia peccata sunt mortalia, nullum veniale.

A Canonistis sublata. (Repete hic notata *ad lib. 2. nota 213. p. 752. seq.*) At quod statum hujus vitæ attinet, jam supra *ad tit 5. libr. 2. de pœnitentia* late ostensum fuit, quod Patres Ecclesiæ bona sed incauta & parum prudente intentione ex vera pœnitentia, quæ in omnibus peccatis & criminibus, intuitu seriæ emendationis necessaria est, & tamen eo ipso, quatenus vera & seria est, omnem coactionem pœnalem excludit, cum Augustino fecerint Pœnæ tenentiam, & ita differentiam illam non solum in jure civili & jure naturæ fundatam, sed & legibus divinis Mosaicis & Scripturæ Sacræ, non irrationabiliter explicatæ, conformem, plane sustulerint, & sic ex omnibus vitiis & peccatis Crimina effecerint, simul vero fundamenta generalia Rerumpublicarum sub specie pietatis destruxerint aut certe valde turbaverint. Ne vero Laici hunc errorem satis crassum sentirent, excogitata fuit distinctio inter pœnas civiles seu seculares, & Ecclesiasticas seu spirituales, sed & hanc distinctionem, prout exponitur, esse plane rectæ rationi & Scripturæ adversum & pariter ad arcana Politica Papatus referendum docebimus *ad titulum 12. bujus libri.* His præmissis, quod jam attinet homonymiam delictorum Ecclesiastico-

corum & ſecularium 2) fundamentum denominationis eſſe poterit cauſa efficiens, quod pro crimine aliquid habeatur vel ſecundum principia communia politica & jus gentium cujuscunque religionis, vel ſecundum dicta patrum & canones ſcripturam ad ſuas hypotheſes torquentes, & nova quædam, ſed ratione deſtituta fundamenta Reipublicæ, quam Chriſtianam vocant, & de cujus perfectione glorian-tur, crepantes. Priora vocabis crimina ſecularia, poſteriora Eccleſiaſtica. Ita oſtendemus in ſequentibus loco debito, v. g. hæreſin quidem poſſe eſſe defectum intellectus, aut etiam vitium & peccatum, ſed nunquam ex principiis rectæ rationis pro crimine habendum; ita oſtendemus v. g. Simoniam eſſe revera ſpeciem ambitus, & in ſe actionem vitioſam, non laudabilem, crimen non eſſe, & ſi ſit crimen, eſſe mere ſeculare non Eccleſiaſticum, ſed Jure Canonico ad Crimina Eccleſiaſtica fuiſſe relatam, maxime eum in finem, ut hoc præſuppoſito Papa poſſet Regibus extorquere jus conſtituendi Epiſcopos, & ſic Clerum poteſtate circa ſacra privare; ita oſtendemus v. g. uſuras in ſe nec vitium nec virtutem eſſe, nec etiam pro vitio vel peccato jure naturæ vel gentium, vel divino Moſaico, vel civili fuiſſe unquam habitum, ſed Jure Canonico uſuras ad crimina fuiſſe relatas, ſaltem eum in finem, ut infallibilitas cleri in animis Laicorum ſuſtineretur, nec ſibi hi perſuaderent, Auguſtinum & ſimiles in explicandis ſcripturis paſſim craſſos errores commiſiſſe. Hoc intuitu crimen mixtum erit, quod & legibus gentium pro crimine habetur, & in quod legibus etiam Eccleſiaſticis, ſeu canonibus peculiares pœnæ decretæ ſunt. Cave tamen, ne putes, hanc obſervationem plane coincidere cum præcedenti. Sunt enim affines quidem, ſed non eædem. Uti enim non omnia vitia & peccata pro criminibus habet jus Canonicum, ſed avaritiam, crudelitatem, ingratitudinem, hypocriſin, invidiam, odium, iram, ambitionem, pellibus ovinis indutam & larva pietatis & zeli pro gloria DEi tinctam, pro ſummis virtutibus & ſingulari ſanctitatis charactere venditat, tam theoretice quam practice, ita & ea, quæ plane non ſunt vitia, uti ex iis quæ modo de uſuris diximus, patet, inter crimina retulit. 3) Poteſt etiam in denominatione criminum reſpectus haberi ad ſubjectum, id eſt

Diſtinctio criminum in ſecularia ſeu quæ jure gentium criminalia ſunt, & Eccleſiaſtica, quæ ſolo jure Canonico pro criminibus habentur.

Differentia hujus obſervationis a præcedenti.

Aliud fundamentum diviſionis a

personis delinquentibus desumtum. est ad personas crimina committentes, ut crimina Ecclesiastica dicantur, quæ committuntur tantum a personis Ecclesiasticis, verbi gratia crimina clericis propria, ut peccata contra ipsum officium cleri, contumacia contra jussa Episcoporum &c. civilia quæ committuntur tantum a Laicis, ut ex hypothesi juris hodierni Canonici crimen læsæ Majestatis Politicæ, cum clerus jure noviore Pontificio a jurisdictione magistratus Politici sit exemtus & sic forma essentialis hujus delicti cesset, quæ supponit subjectionem magistratus Politici. Hoc intuitu delicta mixta erunt, quæ communia sunt & clericis & laicis, ut homicidium, adulterium, & plura delicta alia. 4) Respectu etiam fori crimen est vel ecclesiasticum, cujus cognitio ad solam Ecclesiam pertinet, vel civile, cujus cognitio pertinet ad solos Laicos, vel denique mixtum, cujus cognitio pertinet non solum ad magistratum politicum, sed & ad judicem Ecclesiasticum.

Aliud a foro seu jure super delictis cognoscendi.

Aliud ab effectu seu fine. 5) Denique respectu effectus aut finis crimina Ecclesiastica dici possunt, quæ coercentur tantum pœnis Ecclesiasticis, secularia, quæ tantum pœnis secularibus, mixta, quæ utrisque. Jam fiat applicatio: Distinctio criminum in Ecclesiastica & secularia cujus originem Zieglerus supra *nota 59.* ex Codice Theodosiano deduxit, partim respiciunt causam efficientem, partim personas delinquentes, partim forum, seu jus cognoscendi. Distinctio criminum ibidem ex Petro de Marca adducta, cujus usum ex Johanne Parisiensi & Guilielmo Occam refert, potissimum ad causam efficientem respicit. Etsi enim Ecclesiastica ibi dicantur, quæ contra fidem & sacramenta admittuntur, adeoque magis ab objecto hæc denominatio petita esse videatur, revera tamen id, quod contra fidem & sacramenta admittitur qualitatem criminalem, id est punibilem accepit, a solo jure Canonico, ut hæresis, contemtus, aut abusus sacramentorum, cum alias ex dictamine rectæ rationis, & rationabili explicatione Scripturæ magis ad errores in intellectu, aut intuitu voluntatis ad vitia & peccata, quam ad crimina pœnis coercenda referri debuissent. Atque hæc explicatio ex eo corroboratur, quatenus a Canonistis Ecclesiæ, id est clero vindicatur potestas definiendi, an aliquid ad crimina referri debeat, sic ut, qui huic definitioni repugnant Laici, pœnis Ecclesiasticis coerceri debeant, ubi

Applicatio dictorum ad doctrinam Ziegleri.

Idem ad doctrinam Petri de Marca.

haud

haud dubie respexit v.g. ad usuras &c. Porro distinctio, quæ *nota 60.* originem seculo 12. sumsisse dicitur, potissimum respicit forum & effectum. Distinctio Antonii Matthæi *d. not. 59.* partim forum, partim personas delinquentes. Ex dictis vero facile patet, quod tot variationes diversorum significatuum, aut mixturæ etiam plurium significatuum in una distinctione non potuerint non confusissimas & incertas reddere definitiones criminum ecclesiasticorum, secularium & mixtorum. Unde in singulis explicationibus multa ubique restant dubia. Ita v. g. in doctrina Petri de Marca illud desiderare posses; quod ad delicta mixta referat solum adulterium, cum tamen evidens sit, homicidium etiam & furtum, & omnia delicta civilia repugnare fidei æque ut adulterium, etsi non violent sacramentum. Ergo potius alia subesse ratio videtur, cur præ reliquis adulterium eo retulerit Petrus de Marca. Scilicet non intuitu conceptus generici, sed intuitu diversarum specierum. Adulterium quatenus est concubitus cum uxore aliena est delictum civile, quatenus vero Jus Canonicum ex hypothesi de matrimonii sacramento etiam concubitum viri cum soluta eo refert, quod pro adulterio nec lege Mosaica nec jure civili habebatur, quatenus Patres omnem concubitum illegitimum vocarunt adulterium, & sic etiam stuprum, fornicationem, aliaque vel crimina vel vitia carnis pro crimine adulterii jubebant haberi; & pœnis civilibus etiam coerceri, & adeo Laicos id negantes excommunicatione puniendos esse dictabant, eatenus ob has novas adulterii species a Canonistis inventas adulterium crimen mixtum esse dicebatur. Similiter dum Antonius Matthæi *d. not. 59.* ad crimina Clericis propria refert etiam Simoniam, minus accurate id factum fuit. Nam & qui vendit spiritualia etiam Simoniam committit per §. *1. tit. seq.* At vendens poterit etiam esse laicus. Ita dum idem Matthæi *ibidem* crimen seculare vocat, *cujus cognitio pertinet ad solos Laicos*, ejus exemplum nullum dari poterit, cum Canonistæ prætendant, omnium criminum cognitionem & inquisitionem propter pœnas spirituales etiam ad se pertinere. Et quamvis adjuvare velit definitionem illam Autor memoratus, addendo, *si a Laico committatur*, ut homicidium, furtum,

ta-

Idem ad doctrinam notæ 60. & Antonii Matthæi.

Confusio doctrinæ unde orta?

An & quatenus adulterium sit delictum mixtum.

Simonia an crimen Clericis proprium?

An detur crimen ratione fori seculare.

tamen & hæc assertio haud dubie falsa est, cum saltem intuitu pœnitentiæ Ecclesiasticæ Clerus & hic apud Pontificios cognitionem seu inquisitionem, etsi non processualem, sibi vindicet. Distinguendam autem esse inquisitionem qualemcunque, qualis fit a pœnitentiariis in confesſione auriculari, aut etiam extra eandem; ab inquisitione judiciali ', quam supra propriam esse diximus processui inquisitorio, vel ideo hic notandum erit, ne putes, Espenium supra *nota 60.* adductum, dum docet, OLIM Episcopos in omnia etiam occulta inquisivisse & QVASI processus instituisse, testes audivisse, sed unice ad imponendam pœnitentiam, id voluisse, quasi HODIE apud Pontificios eo intuitu potestas hæc Episcopis & Pœnitentiariis fuerit ademta; aut quasi jam olim processus inquisitorius fuerit in usu contra ea quæ supra aliter ostensa sunt. Dum enim *quasi processum* id vocat, illa improprietatis nota indicat istam inquisitionem non fuisse veram judicialem. Sed ista quidem prolixius notare vel ideo non est opus, quia hodie distinctio inter crimina Ecclesiastica & secularia exiguum habet usum, & ideo hauddubie a Lancelotto fuit omissa. Olim quidem sub Imperatoribus seculo quarto & quinto secundum doctrinam Ziegleri distinctio ista illum præbebat usum, ut cum judicia Ecclesiastica tum adhuc ab Imperatoribus dependerent, scirent & judices & accusatores ac rei, quænam crimina coram judicibus Ecclesiasticis debebant examinari, quænam coram judicibus secularibus. Igitur illo tempore id indicio erat, quod non omnia crimina intuitu fori sint Ecclesiastica. Sed cum tamen jam antiquis illis temporibus pœnitentia Ecclesiastica in pœnam mutaretur, postquam Episcopi jam illis temporibus persuaderent Laicis pœnas quasdam quæ revera omnes erant civiles & temporales, tales tamen minime, sed mere spirituales esse, & sic occasionem nansciscerentur, sub prætextu superioritatis spiritualis se eximendi a subjectione Laicorum & sub prætextu pœnitentiæ vel pœnæ hujus spiritualis qualemcunque cognitionem, etsi non plene judicialem, omnium peccatorum ad se trahendi, laici vero non pauci, (etsi jam tum pauciores reliquis, qui doctrinas quascunque Cleri cœca credulitate defendebant) hac de re sæpius conquererentur,

Inquisitionis homonymia.

Distinctio illa criminum.

Olim quidem habuit aliquem usum.

tur, ſeculo 12. vel 13. ſecundum *notam 60.* & ſecundum Petrum Marcam *nota 59.* ad decipiendos Laicos repetierunt verba diſtinctionis illius antiquæ ut obturarent ora querulantium & prætendentium, quaſi illa eminentia a Clero quæſita repugnaret primis Chriſtianiſmi ſeculis, & novioribus temporibus demum fuerit quæſita. Cum tamen bene ſcirent, totum mundum laborare ignorantia hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, torquebant ſignificationem illorum terminorum antiquorum in alium plane ſenſum, ita ut nemo perciperet facile, diſtinctionis illius antiquæ præſuppoſitum principale eſſe dependentiam judiciorum Eccleſiaſticorum ab Imperatoribus, quo ſublato explicationes omnes aliæ falſæ eſſent, & ad ſolos fucos Laicis faciendos excogitatos. Hoc fine autem ſeculis ſequentibus jam pleniſſime obtento nihil amplius hac diſtinctione Canoniſtis erat opus. *Hodie nullum,* Scilicet ſeculo 14. & 15. totus orbis Chriſtiani populus (exceptis quibusdam paucisſimis teſtibus veritatis) credebat, Papam & Clerum imperare Regibus & univerſis Laicis, adeoque Reges non amplius capita eſſe Reipublicæ Chriſtianæ intuitu Cleri, ſed ejus brachia ſecularia. Eſſe in poteſtate Cleri definire peccata & crimina quæcunque; determinare harum pœnas non ſolum pſeudo ſpirituales, ſed etiam temporales, hanc determinationem Reges debere exequi, tanquam a DEo dictatas, nec poſſe circa eas diſpenſare, poſſe vero diſpenſare Clerum aut certe Papam, debere Reges judicia ſua civilia inſtituere ſecundum normam & emendationem Cleri & non alias cauſas in iis tractare, quam, quas ipſis Clerus tractandas ex gratia relinqueret. Ergo quemadmodum ad *tit. 1. lib. 2. & 3.* diſtincte probavimus, in jure Canonico agi tantum de rebus Eccleſiaſticis, & judiciis ac cauſis Eccleſiaſticis, cauſas autem, item judicia, & res Eccleſiaſticas omnes illas eſſe quas Clerus pro talibus haberi a Laicis, his dictaverit, etſi omnes illæ res, judicia & cauſæ revera ſeculares ſint, ita etiam dicendum eſt de criminibus Eccleſiaſticis, quod intuitu praxeos ultimorum ſeculorum Papatus, omnia crimina credita fuerint eſſe Eccleſiaſtica quæ Papatus talia eſſe h. e. intuitu vel cognitionis vel pœnæ ad Eccleſiam pertinere dixit, etſi revera omnia crimina deberent a magiſtratu Politico judicari & puniri. Quodſi vero quæras, quænam igitur cri-

quia hodie omnia delicta intuitu cleri peccantis & pœnarum Eccleſiaſticarum ſunt Eccleſiaſtica.

quibus diſtinctius, ſed tamen breviter videamus. (64)

DE

---

mina ſint noviore jure Canonico Eccleſiaſtica? reſpondebo: regulariter omnia, quæ non excipiuntur; id eſt intuitu peccantis Cleri omnia nullo excepto, intuitu delinquentium Laicorum, ſi pœnitentiam Eccleſiaſticam & reliquas pœnas Eccleſiaſticas reſpicias, iterum omnia ſine exceptione, ſi determinationem reſpicias, tam intuitu pœnæ temporalis præſcribendæ, quam an pro criminibus ſint habenda, iterum omnia, (ſaltem reſpectu approbationis vel emendationis,) ſi ad cognitionem & pœnæ ſic dictæ temporalis executionem reflectas, non omnia quidem, ſed pleraque tamen paucis exceptis, ubi tamen, ut dictum, Reges magis ut brachia, quam ut capita conſiderantur. T.

De diſtinctione criminum in notoria & occulta.

(64) Eſt etiam non infrequens apud Canoniſtas diviſio criminum in occulta & notoria, unde quærere quis poſſet, cur & hanc omiſerit Lancelottus, cum tamen ejus explicatio vel ideo videatur eſſe neceſſaria, quod jam ſupra *nota 20.* ad oſtendendam iniquitatem proceſſus inquiſitorii a Papa inventi oſtenſum fuerit, non expedire Reipublicæ, ut delicta occulta puniantur, neque etiam occulta delicta in Republica Iſraelitica, a DEo inſtituta, punita fuiſſe, aut eorum detectionem per remedia hodierni proceſſus inquiſitorii a DEO fuiſſe præceptam. Propoſuit hanc diſtinctionem & explicare inſtituit Antonius Matthæi *de criminibus Prolegom. cap. 4. §. 15. Poſtremo*, inquit, *dividunt crimina in notoria & occulta atque difficilis probationis. Notoria vocant, quæ ita manifeſta ſunt, ut reus ea inficiari non poſſit: ut facta coram populo, vel illius majore parte. Occulta, quorum probatio a communiter accidentibus non facile haberi poteſt: ut ſunt, falſum, ſuppoſitio partus, incendium, adulterium, ſimonia, ſodomia, furtum, tractatus de homicidio, matrimonium clandeſtinum, tortura, conſpiratio, veneficium, delicta nocturna & ſimilia. Huc*

Sententia Antonii Matthæi.

div.

divisioni quantum sit deferendum, merito ambigas. Nam praterquam quod Baldus scripsit, uno duntaxat juris loco fieri mentionem criminis notorii, nempe in l. ea quidem 7. C. de accus. *quodque Bartolus putat, hanc doctrinam non ex jure civili, sed canonico descendere, quippe, quo expresse cautum est, in notoriis neque accusatore, neque probatione opus esse* c. tua nos de cohabit. cleric. & mulier. c. ad nostram de jurej. *illud quoque oggereret aliquis; omne fere crimen interim notorium, interim occultum esse posse. Nam e.g. furtum plerumque quidem clam admittitur, & sine testibus; sed interdum ita fur improbus atque manifestarius est, ut vel a populo deprehendi possit. Adulterium similiter a timidis quidem clam admittitur: a valde protervis etiam palam: nec enim erubuit Absolomus vel in propatulo constuprare concubinas patris, multique vi armata alienas matresfamilias ereptum eunt. Idemque de reliquis judicium esto. Adhæc quod Pontifices dicunt, in notoriis neque accusatore, neque probatione opus esse, id difficulter concoqui potest. Videntur enim veteres in notoriis adhibuisse cæca testimonia. Cæca autem dicebantur, cum laudabatur multitudo testis, aut civitas, aut provincia tota, ut notat doctissimus Grammaticorum Donatus* in Andr. *Hujus generis est illud Ciceronis 7.* Verr. Testis enim sunt, qui in consilio fuerunt; testes publicæ tabulæ: Testes splendidissima civitas Lilybætana: Testis honestissimus maximusque conventus civium Romanorum. *Idem*, pro Pomp. Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sylla, hujus virtute & consilio confessus est fuisse liberatam: Testis est Sicilia, quam multis undique vinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit: Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum internecione patefactum est: Testis est Hispania, quæ sæpissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit. *Quin etsi repetundarum crimen ita manifestum esset, ut tota provincia quasi una voce quereretur, tamen si reus negaret, testes e provincia erant producendi: nec desperabat reus defensionem, sed patroni ejus adversus multitudinem excipie-*

bant, conspirationem esse: & qui reo numerasse pecunias jurabunt, eos litigatorum, non testium habendos loco, ut docet Quintil. 5. Inst. orat. 7. *M. Æmilium Scaurum legimus adeo manifeste in eo crimine hæsisse, ut, cum accusator diceret, lege sibi centum atque viginti hominibus denuntiare testimonium licere, seque non recusare, quo minus absolveretur, si totidem nominasset, quibus nihil in provincia abstulisset, tam bona conditione uti non posset: nec tamen abiecit defensionem: quin etiam propter vetustissimam nobilitatem, & recentem memoriam patris absolutus est.* Val. Max. lib. 8. cap. 1. *Verres quoque quam aperte Siciliam depopulatus fuerit, omnibus notum fuit; tamen & accusator, & probationes legitimo constituto judicio exierunt. Ex quibus & similibus exemplis argumentisque merito addubites de veritate huius doctrinæ. Obiter monendum, recte quidem Bartolum monuisse, Pontificio magis, quam civili iuri hanc distinctionem accepto ferendam: at perperam existimasse Baldum,* in l. 7. de accusat. *mentionem fieri notoriorum criminum. Notoria enim, vel notoriæ, ibi nihil aliud sunt, quam elogia & literæ curiosorum atque irenarcharum, quas ad cognitionem magistratus mittunt, ut observavit doctissimus Jac. Cuiacius* 1. obs. 33 Idem Antonius Matthæi *eod. tractatu ad lib. 48. ff. tit. 15. de probat. cap. 1. n. 2.* ubi de probatione criminum agit, ita disserit de hac distinctione. *Probatur crimen dubium: notorium, ut interpretes loquuntur, non indiget probatione, cum de auctore eius publice constet. Notorium autem crimen secundum eosdem est, non solum quod palam & inspectante populo admissum est, sed & quod ex actis vel instrumentis publicis apparet; quod testibus in iudicio probatum est; quod reus in iure confessus est; de quo iudicatum est. Nec desunt, qui putent, etiam famam notorium facere. Verum hæc mihi sententia nunquam probari potuit: nam ut a postremo incipiam, qui potest fama notorium facere, cum sit tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri? Acta quoque, instrumenta publica, testes, cum ad probandum sint parata, non possunt notorium facere id, cuius probandi*

bandi causa producuntur. Confessio vero non idcirco relevat ab onere probandi, quod crimen notorium facit; sed quod sua ipsius voce & indicio reus convincatur. Neque vero illico damnatur, qui confessus est, nisi & crimen, quod confessus est, appareat l. 1. §. si quis ultro D. de Quæst. *Notorium autem non potest non apparere, nec confessione rei indiget. Quapropter relinquitur, aut nullum esse crimen vere notorium, aut si quod est, non aliud esse, nisi quod palam & inspectante populo, vel in conspectu iudicis & circumstantis coronæ perpetratum est. Nec sufficiet eo modo perpetratum esse, nisi & eodem loco, quo perpetratum est, accusetur; & recens sit eius memoria. Nam si iam olim factum sit, aut in alia provincia, cæcis testimoniis ad fidem faciendam opus esse videtur, laudata multitudine, civitate, provincia: ut in illo Ciceronis pro Pomp.* Testis est Italia; Testis est Sicilia: Testis est Gallia &c. Vereor autem, ne lector lectione horum Antonii Matthæi locorum incertior reddatur, quam fuerit antea, scilicet in quæstionibus quomodo differant crimina notoria, manifesta, occulta, dubia? quænam delicta sint notoria, quænam occulta? an distinctio illa vera sit, nec ne? an & quem usum habeat? An sit inventum Juris Civilis, an Canonici? &c. Ergo tentabimus & hic, ut primas ad minimum lineas ducamus doctrinæ, quomodo ex hac difficultate emergendum sit. Videamus initio textus juris, qui hactenus interpretibus occasionem dederunt ad hanc distinctionem proponendam. Notabilis est initio textus *l. 8. C. de Episc. & Cleric.* Ubi sic Imperator Theodosius. *Presbyteri citra injuriam quæstionis testimonium dicant, ita tamen, ut falsa non simulent. Cæteri vero Clerici, qui eum deinde gradum, vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt, audiantur: ut salva tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte presbyteri, qui suo nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem injuriam sunt præcepti, hoc ipso, quod nihil metuant, vera suppresserint: Multo magis enim pœna digni sunt, quibuscum plurimum honoris per nostram iussionem*

Non perspicua sed valde obscura.

Sedes distinctionis.

in jure Civili, an in l 8. C. de Episc. & Cleric.?

delatum est, occulto inveniuntur in crimine. Sensus legis est, ut recte exponit Jacobus Gothofredus *in comment. ad lib. 11. Cod. Theod. tit. 39. leg. 10. Tom. 4. p. 332.* Clericos testes etiam olim torturæ fuisse subjectos æque ac Laicos, exceptis presbyteris, hos tamen falsi actione conveniri potuisse, si in crimine mendacii deprehensi fuerint. Sed recte etiam observat idem Gotthofredus per *occultum* crimen hic plane non respici ad distinctionem aliquam criminum: *Ratio tandem elegans*, ait, in fine l. *notetur*, *quæ alio utiliter traduci potest, multo magis pœna dignos esse, qui cumplurimum his per* leges *deferatur, vel ut interpretes*, quibus lex reverentiam præstat, professionis suæ immemores, *quod ab interprete non male adiicitur, occulto inveniuntur in crimine, id est, ut Interpres noster, in mendacii crimine detegun- tur, A quo non abludit illud*, Tanto conspectius in se, Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur. *Unde perperam nonnulli colligunt, gravius puniendos, qui in occulto, ut impunitate potiantur, crimen committunt*: Occultum *enim crimen hic non est, quod in occulto admittitur, sed* mendacii *crimen, quo veritas occultetur: nempe* Occulti *vox hoc sensu, ut &* occulendi, *mendacio propria; ut apud Græcos* κεύθειν, *apud Homerum, Menandrum, Phocylidem.* Et revera communibus juris & politicis principiis repugnat, nec cum praxi universali convenit, quod gravius in criminibus, quæ regulariter occulte fiunt, puniendi sint personæ in dignitate constitutæ, quam viliores, quamvis hic valde se torqueant interpretes, ut vel ex eo apparet, quod ad *h. l.* notavit B. Brunnemannus. Adde quod, etiamsi Imperator hic per occultum crimen non denotasset in specie mendacium, sed omnia alia crimina, quæ occulte fiunt, non tamen propterea sequeretur certa quædam crimina esse occulta, alia non esse occulta, aut certe non sequeretur; occultis criminibus opponi notoria, cum inter hæc duo possit esse medium, quod nec occultum est, nec notorium. Alter textus ex Jure Civili petitus est *l. 7. C. de accus.* Imperatoris Gordiani. *Ea quidem, quæ per officium Præsidibus denunciantur, & citra solennia accusationum posse perpendi, incognitum*

An in l. 7. C. de accusationibus?

non

non est. Verum si falsis necne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. Sed & hic jam supra ex Antonio Matthaei notatum fuit, quod per notoria aut notorias hic intelligantur elogia magistratuum. Quodsi etiam de notoriis criminibus hic loqueretur Imperator, iterum tamen non sequeretur oppositam his speciem esse crimina occulta. Ergo videamus potius textus juris Canonici. Primo hic occurrit Epistola Stephani 5. *can. 20. C. 2. q. 4.* ubi postmodum ad propositam de infantibus in uno cum parentibus lecto dormientibus & mortuis, quaestionem, rejecisset purgationem per ferrum candens, vel aquam ferventem, addit: *Spontanea enim confessione vel testium approbatione publicata delicta habito pra oculis DEI timore, commissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta vero & incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum.* Hic uti occulta delicta evidenter opponuntur illis, quae spontanea confessione vel testium probatione manifestata sunt, ita cavere debuissent interpretes, ne occultis delictis statim opponerent notoria. Quemadmodum vero modo adducta Papae verba ostendunt, tum temporis mysterium iniquitatis subsequentium temporum de processu inquisitorio in crimina occulta nondum receptum fuisse, ita pro probanda eadem assertione solet etiam afferri *c. si omnia 7. C. 6. q. 1.* quamvis criminis occulti ibi plane nulla fiat mentio. *Si omnia in hoc seculo vindicata essent, locum divina iudicia non haberent. Supervacuus enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuvare. Ideo si aliquis putat, se DEo in hoc placere, quod servos suos accusat, & ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plus invidiae stimulis agitatur, quam charitatis: quoniam gratiae plenitudo adiectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta.* Dat hic canon occasionem adhuc ad alias observationes. 1) Verba ejus initialia praebent argumentum illustrans contra abusum processus inquisitorii in delicta occulta. 2) Ipse tamen canon non potest intelligi de processu inquisitorio, cum diserte mentionem faciat accusatorii. 3) Suspectum est valde, quod notet saltem accusatores cleri sub praetextu charitatis invi-

in Jure canonico an in can. 20. C. 2. q. 4?

an in c. 7. C. 6. q. 1?

vidiam palliantes. 4) Eadem enim observatio valet contra clerum denunciantem Laicos, quia Clerici sunt æque homines & humanis affectibus obnoxii. 5) Præbet igitur hic canon argumentum non parvi momenti contra prætensam differentiam accusationum & denunciationum, quasi denunciatio fiat ex charitate, de qua vide supra *tit. 1. §. 1. nota 5. seq.* Video etiam in explicanda hac distinctione ab Antonio Matthæi ad probandum, quod in notoriis neque accusatione, neque probatione opus sit, etiam provocari ad *cap. ad nostram de iureiur.* Haud dubie vero, cum tria capitula *in d. titul.* sic incipiant, intelligitur *cap. 21. eiusd. tit.* Ubi Papa Innocentius III. autor processus inquisitorii & denunciationis Evangelicæ Archi-Episcopo, qui juraverat, quod in omni causa deberet ordinem judiciarium observare, respondet, quod hoc non sit intelligendum in processu inquisitorio, *quia*, inquit, *secundum traditiones canonicas* (postremorum videlicet seculorum) *manifesta accusatione non indigeant, nec in eis sit ordo iudiciarius observandus, qui debeat in aliis observari.* Hic 1) *manifesti* mentionem facit Papa, quod uti occulto opponitur quidem, ita non statim denotat notorium. 2) quænam vero sint manifesta hic non exponit, 3) assertio ipsa, quod manifesta non indigeant accusatione petit principium, ut bene jam notavit Matthæi. 4) Non bene cohærere doctrinam hujus capituli cum doctrina juris Canonici, quod juramenta, quæ salva salute æterna servari possunt, sint servanda, agnovit etiam Tellez ad *d. caput.* etsi valde se torqueat, ut connexionem aliquam excogitet. Porro notabile valde est *capit. consuluit 14. de appellationibus* ubi Alexander III. postquam retulerat, se respondisse Archi-Episcopo Toletano, appellationes eorum *quos manifestum sit & notorium, uxorem alterius detinere aut iniecisse manus violentas in clericum*, non esse recipiendas; declarationis loco addit: *Sed cum multa dicantur notoria, quæ non sunt, prohibere debes, ne, quod dubium est, pro notorio videaris habere.* Vides hic Pontificem ipsum 1) notorium & manifestum synonymice usurpare, & 2) utrique opponere non occultum, sed dubium. 3) Observat quidem, quod notorium & dubium sæpius con-

an in cap. 21. de jurejurando?

an in cap. 14. de appellat?

confundantur, sed iterum non declarat, quomodo notoria de dubiis accurate sint secernenda. Unde nec mirandum, quod ea quæ supra ex Antonio Matthæi contra conceptum communem de notorio crimine attulimus, non solum approbentur & repetantur a Tellezio *in comment. ad d. c. 14*, sed etiam additis adhuc aliis observationibus, quanquam explicationem juris Canonici præ se ferentibus magis illustrentur & confirmentur. Sequitur *capitulum Tua nos 8. de cohabit. cleric.* mire & sæpe misere philosophantis (ut hactenus aliquoties vidimus) Innocentii III. *Tua*, inquit, *nos duxit fraternitas consulendos, si de clericis publice concubinas habentibus, qui quando a te conveniuntur, se esse concubinatorios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum sit testimonio bonorum virorum, inter quos vivere dignoscuntur. Nos igitur con. t. t. respond. quod si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat appellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator est necessarius: cum hujusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari. Si vero publicum est, non ex evidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt; cum non sit testimoniis, sed testibus judicandum. Sed si de clericis ipsis talis habeatur suspicio, ut ex ea scandalum generetur in populo, licet contra ipsos non apparuerit accusator, eis tamen est canonica purgatio indicenda: quum si præstare noluerint, vel defecerint in præstanda, eos canonica debetis animadversione punire.* Vides hic secundum mentem Papæ, omne crimen notorium quidem debere esse publicum, sed non omne crimen publicum esse notorium. 2) In quo autem consistat character criminis notorii, ut nulla possit tergiversatione celari, ita ut nulla accusatione, nullo teste sit opus, hic a Papa non definiri. 3) Publicum ex fama pro notorio non haberi, nec pro evidenti aut manifesto: scilicet 4) si de clerici crimine agatur, aut 5) de prælatis & superioribus argumento *huius capit.* junct. *capit. qualiter 17. de accus.* & *cap. inquisitionis 21. eod.* 6) testimonia & testes differre. Add. Tellez *ad hoc capit.* & quæ ab initio notæ Antonius Matthæi retulit de testimoniis cœcis. Pergo ad aliud speci-

an in c. 8. de cohabit. clericorum?

an in cap. tua nos 34. de Simonia?

cimen doctrinæ Innocentii III. *in capit. tua nos 34. de Simonia.* ubi postquam retulisset responsum in casu clerici, qui dum ad canonicatum admissus esset aliquid donaverat, ubi distinxerat Pontifex inter oblationem puram & conditionatam, subjungit: *Licet autem taliter duximus respondendum, quia nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare; si tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, ut per temporalia bona, quæ offert, spiritualia valeat adipisci; & clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent admissuri; sine dubio tam ille, quam isti apud districtum judicem (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum) culpabiles judicantur.* Hic utique supponendum est, Innocentium per districtum judicem scrutatorem cordium non intelligere judicem in hoc seculo Ecclesiasticum, sed ipsum divinum numen intuitu pœnarum futuri seculi, adeoque asserere: de occultis non judicare debere Ecclesiam in his terris, sed relinquenda ea esse judicio divino. Denique agmen claudat Clementis 3. rescriptum *cap quæsitum 7. de pænitentiis. Quæsitum est, utrum sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet uti, pænitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulent pro filiis oppressis iniungi? Huic igitur consul. t. t. respond. quod si ipsis procurantibus, vel studiose negligentibus, filii in lectis reperiuntur oppressi, ab officio altaris debent perpetuo abstinere, & eis gravior quam laicis, non tamen publica (nisi in publicum id veniat) pænitentia debet imponi: Verum si ex incuria ipsorum mortui inveniantur in cunis, & illud fuerit occultum, eis pænitentia pro arbitrio pænitentiarii imponatur, & in terrorem aliorum ad tempus abstineant a celebratione missarum.* Circa hoc capitulum id observa: 1) Præmittendum aut jungendum cum eo esse *capit. 1. eod. tit.* ubi Alexander Papa jusserat: *Manifesta peccata non esse occulta correctione purganda;* quia scilicet finis pœnarum, uti Tellez *ibidem recte notat* non observaretur. 2) Utrum vero recte inde inferant interpretes: *quod occulte delinquentes, occulte puniri debeant*, alia quæstio est, cum varia hic sint prius discutienda, utrum deli-

...on in cap. 7. de pænitentiis, juncto capit. 1. eodem?

cta

cta occulta sint punienda? an puniri possint quamdiu occulta manent? an pœna occulta possit inter pœnas proprie dictas referri & in quibus casibus? 3) Similis controversia est, an illa sententia de occultis delictis occulte puniendis probetur ex dicto capitulo, quod de pœnitentia occulte imponenda agit. Etsi enim, ubi de pœnitentia supra egimus, satis probatum fuerit, pœnitentiam ex mente Canonistarum esse pœnam, & quidem spiritualem, infra tamen dicenda ostendent, nullam pœnam, quam Canonistæ pro spirituali venditant esse spiritualem, supra dicta vero jam docuerunt, pœnitentiam veram non esse pœnam. Interim quatenus pœna etiam proprie dicta respicit emendationem solius delinquentis, eatenus quæstiones utriusque hujus numeri affirmari possunt. 4) Id vero vel obscurum valde vel ineptum, quod Pontifex jubet, *occulte delinquentes occulta pœnitentia esse emendandos, in terrorem tamen aliorum eos quoque publice in pœnam debere abstinere a celebratione missarum.* Aut enim illi alii, qui terreri debent, sciunt delictum esse commissum, tum non erit occultum; aut nesciunt; tum per abstinentiam delinquentium a celebratione missarum terreri non possunt. Qui igitur accurate de sensu distinctionis delictorum a notitia & ignorantia aliorum desumtæ, judicare vult, initio terminos *occultorum, dubiorum, publicorum, manifestorum, notoriorum* delictorum probe distinguere debet, cum partim inter occulta & dubia, partim inter non occulta & manifesta, partim inter manifesta, publica & notoria crimina magna sit differentia. Deinde, uti jam supra *ad librum 3. nota 583. 584.* juncta *nota 57. ad hunc librum* ostensum fuit, nihil proprie esse notorium, sed doctrinam de notorio pertinere ad arcana Politica Cleri Pontificii; ita non dissimulabimus etiam, nulla dari delicta proprie notoria, quæ nulla accusatione nec probatione indigeant. Igitur accuratius sic dicendum. Occultum & manifestum seu notum sunt termini non absoluti, sed relativi. Nam quod uni occultum est, pluribus notum esse potest, & vice versa; Iterum, quod multis & pluribus notum est, multis etiam & pluribus potest esse occultum, & vice versa. Quod in specie crimina attinet, ea regulariter occulte fiunt, id est nullis

Nostra sententia de distinctione illa.

vel testibus præsentibus, vel etiam correis consciis, quamvis prior occultationis species sit magis regularis. Interim sæpe decipiuntur etiam delinquentes, quod putent, se delinquere absque testibus, cum tamen testes præsentes ipsis ignorantibus occulte adsint, aut quod putent, sufficere ad occultationem delictorum, si ipsum formale delicti fiat in occulto, etsi circumstantiæ delictum præcedentes, concomitantes, subsequentes & de crimine commisso præbentes fortissima indicia, coram testibus gestæ vel actæ, aut ipsis cognitæ sint, unde oriuntur probationes artificiales. Unde cave, ne certa quædam delictorum genera manifestis, certa alia occultis adscribas quod jam supra Antonius Matthæi notavit. Sunt vero proprie loquendo delicta occulta in jure, quæ testibus probari nequeunt & ideo accusatore destituuntur non occulta seu manifesta, quæ testibus probari possunt, & accusatore non destituuntur. Usus distinctionis est: Principes debent punire delicta non occulta, occulta relinquere judicio divino. Ita & olim jus Canonicum docebat *can. 20. C. 2. q. 4. c. 7. C. 6. q. 1.* Postea vero, cum processus inquisitorius eum in finem ab Innocentio III. introduceretur, ut in delicta etiam maxime occulta institueretur inquisitio, distinctio illa nullum pene amplius præbebat usum. Ne tamen Laici fraudem ita facile sentirent, duplici fuco erat opus, uno, ut persuaderentur, esse quædam delicta notoria, quæ nec accusatore, nec probationibus opus haberent, quænam autem illa essent, non exponebatur, perspicue, sed ita confuse tradebatur, ut quicquid Pontificibus libuerit, eo referre potuerint, etiam ex delictis occultissimis; altero, priorem adjuvante, famam esse loco accusationis vel probationis, de cujus falsitate jam supra actum *libro 3. nota 38. & 587. & hoc libro 4. nota 23.* Ut de illo fuco jam taceam, quod Pontifices restringerent regulas illas de non puniendis delictis occultis, si a clericis commissa essent, aut si laici clericos, vel etiam inferiores clerici Episcopos accusare vellent, ut in hac nota jam aliquoties fuit ostensum. Postquam vero stupiditate Laicorum effectum esset, ut processus inquisitorius tantum non ubique reciperetur, & ita partim distinctione illa delictorum in occulta & manifesta, partim fucis istis, quibus manife-
sta

DE SIMONIA.

TITULUS III.

Quid sit simonia, & unde dicta.

§. I.

SImonia (65) a) nihil aliud est, (66) quam studiosa *a) gloss. in sum. 1. q. 1.*

sta dicebantur, quæ talia non essent, non amplius opus esset, quod jam tempore Lancelotti obtinuerat, non vitio vertendum est Lancelotto, quod de hac distinctione in institutionibus his nullam fecerit mentionem. T.

TIT. III.

ad §. 1.

(65) Simoniæ vitium omni fere tempore, etiam in illa prisci seculi integritate, Ecclesiam misere dehonestavit. Cui & canonibus & legibus etsi quam sæpissime medicina parata fuerit, recruduit tamen istud identidem & opprobriis exposuit per non unum exemplum fidem Christianam. Sidonius Apollinaris, qui vixit seculo V. de hujusmodi sordibus hæc scribit verba *l. 7. ep. 5. ad Agretium*: *Et nisi me immerito queri iudicaveritis, dicere auderem, tam præcipitis animi esse plerosque, tamque periculosi, ut sacrosanctam sedem, dignitatemque affectare precio oblato non reformident, & rem iamdudum in nundinam mitti auctionemque potuisse, si quam paratus invenitur emptor, venditor tam desperatus inveniretur.* Pari modo Franciscus Petrarcha *de remed. utr. fort. dial. 107.* non simplices tantum Episcopatus, sed Pontificatum etiam maximum Simoniacis artibus impetrari conqueritur. Verba ejus hæc sunt: *Solebant primi ex hoc statu ad martyrium peti. Nunc* *Simoniæ vitium frequentissimum & inemendabile.*

T (10) 3 *ad*

ad delicias vocari credunt, ideoque certatim hic locus appetitur, & huc omnium ferme mortalium vota suspirant. Quis autem vel Romanum vel quemcunque pontificatum aliam cupit ob causam, nisi quo potentior ac ditior sit? Contra iustitiæ præceptum præesse quæritur, non prodesse, quodque sacrilegum pudendumque vel dictu est, magis sæpe muneribus, quin & pactis & sponsoribus spes emitur sacerdotii pinguioris. O vertigo morum pessima! Ad quod olim consueverant & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt, & tam præceps fervet ambitio, ut non Christianus pudor ac modestia videatur, sed ardor & pervicacia paganorum &c. Plura in hanc rem afferri possent, nisi turpe esset, vitia, quæ occulta plerumque sunt, manifestari. Et posset vero in hoc quoque genere morum emendatio expectari, nisi depravatis canonum explicationibus & propudiosissimis commentis crimen istud in plerisque actibus excusarent Moralistæ, uti in sequentibus ostendam. Z.

Confusio assertionum distinctissimarum.

(66) Si unquam Canonistæ frequenter dissentire solent, certe frequentissima dissensio est in doctrina de Simonia, nec aliter fieri potuit, cum circa definitionem ipsius Simoniæ multos errores fundamenti loco posuerint, a paucissimis notatos, a nemine, quod sciam, distinctim & cum cura rejectos. Tentabimus igitur & hic, ut viam monstremus aliis. Non sunt confundendæ quæstiones distinctæ & diversæ etsi quandoque sint affines.

1. Dare & accipere pecuniam pro officiis in se non est vitium.

Dare pecuniam pro obtinendis officiis publicis sive secularibus, sive Ecclesiasticis, in se, & abstrahendo ab aliis circumstantiis non est vitium. Possunt enim adesse circumstantiæ, ut dignus officio sit, qui pecuniam in hunc finem sponte offert. Accipere pariter pecuniam pro concessione officiorum publicorum, etiam in se non est vitium, sive fiat ab eo, qui summam Reipublicæ gerit, si videlicet accipiat a digno sponte id offerente, si fiat etiam a collatore mediato permittentibus id superioribus, etiam ab invito, quorsum poteris referre casum, cujus meminit Lancelottus *hic in fine* §. 14.

2. Ob abusum tamen frequentem magis ad vi-

Cæterum cum actiones humanæ, etiamsi in se indifferentes sint, tamen ob frequentiorem abusum sæpe soleant ad actiones vitiosas vel turpes referri, inde etiam da-

datio pecuniæ ob officia hodienum pro actione indifferente in multis Rebuspublicis, potissimum Monarchicis haberi solet, cum ibi publica consuetudine officia plus dantibus concedi soleant; aliis contra istam nundinationem pro vitio habentibus, cum multa exinde damna in Rempublicam redundare soleant, quæ prolixe exposuit novissime Mentetus Kettwig *de ambitu antiquo & hodierno parte 4 p. 248. seq.* cui addantur Gonzalez Tellez *comment. ad cap. 12. de Simonia n. 7. p. 89. seq.* Grœnwegen *ad tit. ff. ad l. Jul. de ambitu.* Le Chanoine Moreau *de la Simonie cap. 24. usque ad cap. 30.* Quorum sententiæ accedo. Cum tamen non omne vitium crimen sit, & ad crimen requiratur lex pœnalis, inde sæpius in Republica Romana jam ante Cæsares plures leges de crimine ambitus latæ sunt, quas post Sigonium *de judiciis populi Romani lib. 2. c. 30.* magna cum diligentia collegit Kettwig *d. l. parte 1.* Porro ad crimen ambitus etiam relatum fuit dare pecuniam pro obtinendo sacerdotio, jam olim apud Ethnicos *l. 1. §. 1. ff. ad l. Jul. de ambitu;* unde nec mirandum, quod a Christianis Imperatoribus sacerdotiorum venalitas ad crimen ambitus fuerit relata; quam in rem extat notabilis constitutio Imperatorum Leonis & Anthemii *l. 31. C. de Episc. & Cleric.* in verbis: *Tantum ab ambitu debet esse sepositus &c.* quam legem erudita dissertatione exposuit Zieglerus anno 1684. edita, *de Clerico renitente* eamque postea inseruit tractatui *de Episcopis lib. 2. c. 5. p. 373. seq.* Patet vero ex hac lege simul, quod, etsi hoc crimen respectu objecti, Ecclesiastici nimirum officii, Ecclesiasticum dici possit, cum tamen ratione jurisdictionis & fori omnia judicia deberent esse secularia, per tradita supra *ad lib. 3. tit. 1.* & adeo crimina etiam omnia hoc intuitu sint Politica per *notam 2. ad hunc librum 4.* ideo ipsi Imperatores etiam id non habuerint pro crimine, quod versetur circa res spirituales, aut id a Simone Mago derivaverint, sed propterea graviter in id animadvertere voluerint, quod inde maximis damnis respublica afficiatur. Cum autem initio per tropos oratorios a Patribus Ecclesiæ venalitas hæc sacerdotiorum cum facto Simonis Magi comparata fuerit, & inde peculiare nomen Simoniæ acceperit, Pontifices Romani falso hoc asserto, (de quo

tia referendum.

3. Crimen ambitus.

4. Cujus species etiam est venalitas sacerdotiorum

5. Quæ adeo revera crimen Politicum vel seculare est.

6. Arcana Politica sub comparatione hujus criminis

cum facto Simonis Magi latentia. quo latius agemus in notis sequentibus) astute abusi sunt, ut sub hoc prætextu ejus cognitionem ad suum forum traherent, exclusis Imperatoribus ac Regibus, & jura sua vindicantes excommunicarent, ut latius docet historia rerum inter Gregorium 7. & Henricum 4. gestarum. Conf. illustr. Coccejum *Jur. public. prud. cap. 18. §. 16. & 17. p. 328. seq.* Et quamvis Launoius *in tract. de Romanæ Ecclesiæ circa Simoniam traditione cap. 24. p. 107.* Gregorium 7. intuitu zeli contra Simoniam commendet, eique propterea nullum alium a Petro Pontificem anteferendum esse dicat, statim tamen addit: *si prætermiseris miseram atque infelicem illius cum Henrico IV. controversiam, quæ sibi & Romanæ Ecclesiæ Imperatori & Imperio tantam malorum Iliadem importavit.* Adde Moreau d. tract. *cap. 2. p. 21. & cap. 12. p. 262. seq.* ubi memorat, pro excusando Imperatore jam illo tempore prolatam fuisse excusationem, quod non vendantur spiritualia, sed sola temporalia. Prolixius hanc observationem de causis politicis, quibus Pontifices motii larvam Simoniæ crimini ambitus applicaverint, deduxit Christoph. Henr. Amthor. in dissert. in Acad Kiloniensi anno 1705. habita, de *crimine Simoniæ eiusque larva Politica cap. 2. §. 10. p. 31. seq.*

7. Et quod ad Simoniam multæ circumstantiæ difficillimæ probationis relatæ fuerint. Neque illud prætereundum, venditionem officiorum publicorum, si legibus pœnalibus prohibita, & ita in classem criminum publicorum relata sit, ex communibus principiis politicis ita esse debere comparatam, ut legis transgressio vel publice sit notoria, vel tamen non difficulter probari possit. Jam enim supra *observ. 64.* monstratum fuit, ea, quæ ita occulta sunt, ut sint res difficillimæ probationis, parum apte criminibus accenseri. Ita ex historia Romana notum est, ex legibus contra ambitum, aliam prohibuisse, ne cui album in vestimentum petitionis causa addere liceret, (Livius *Dec. 1. lib. 4. c. 25. & 26.*) aliam, ne quis nundinas & conciliabula amplius obiret, (Id. *lib. 7. c. 15.*) aliam, ne suffragia donis ac pecunia emerentur; (Dio *lib. hist. 36.*) aliam, ne is, qui magistratum petiturus esset, quoad cœnam, nisi ad certas personas itaret, (Gellius *lib. 2. c. 29.*) aliam, ne quis munus gladiatorium biennio, quo magistratum petierat, petiturusve erat, ederet. (Dio *lib. 37. &c.*) At quæ Canonistæ ad crimen

men

ſa voluntas; (67) ſive cupiditas (68) emendi, vel ven-

men Simoniæ referunt circumſtantiæ, aut de quibus ſubinde in utramque partem diſputant, plerumque ut ex ſequentibus patebit, tales ſunt, ut vix ac ne vix quidem probari posſint, nec alium uſum Pontificibus præbuerint, quam, ut, ſi de ejusmodi circumſtantiis ſermo eſſet, contra ipſos quidem & eorum Clerum ne hiſcere quidem poſſent Laici, ideo quod ejusmodi circumſtantiæ ſæpius ſpectarent internam mentis intentionem, quæ in Clero ſemper præſumebatur optima, & qui hanc præſumtionem negare, aut ſaltem in dubium vocare auſus eſſet, is pro homine maxime infami & gravisſimis pœnis digno habebatur; quod ſi autem Laici vel etiam Clerus inferior de ejusmodi circumſtantiis diffamatus eſſet, imponebat Pontifex & Clerus major ipſis, quamvis omnibus probationibus deficientibus olim purgationes vulgares, hodie canonicas, aut ſaltem per ſuperſtitioſam perſuaſionem de confesſione auriculari eos adigebat, ut circumſtantias illas in confesſione aperirent, ac hoc modo gravioribus pœnis ſub titulo pœnitentiæ ipſis injunctis, jugum a Clero ipſis impoſitum, & quavis ſervitute gravius, plusquam aſinina patientia æquo animo ferrent &c. T.

(67) Definitionem hanc ſoli competere ſimoniæ mentali tradit Guilielmus Redoanus *part. 1. de Simon. c. 2.* & hanc quidem ab Eccleſia non puniri, nec qui tali cupiditate fertur, pro Simoniaco haberi contendit, eo quod nuda voluntas, niſi effectus dationis ſequatur, peccatum quidem faciat, non autem Simoniam. Z. *Objectio contra definitionem.*

(68) Autor hujus definitionis D. Thomas *ſecunda ſecundæ q. 100.* quem ſequuntur communiter Theologi Scholaſtici; & videtur ea deſumta ex verbis Gregorii M. *can. quic. ſtudet 2. & can. qui ſtudet 11. C. 1. q. 1.* Et verius eſt, per eam non ſolum ex mente Thomæ definiri mentalem Simoniam, ſed etiam realem, quæ per dationem rei temporalis pro ſpirituali committitur, unde non eſt opus addere verba; *cum effectu*, vel: *opere ſubſecuto*, ut quidam ad *Reſponſio.*

U (10)

vendendi (69) ſpiritualia, (70) vel ſpiritualibus annexa. (71) Vel, ſimonia eſt (72) rei ſpiritualis vel ſpi-

ad ſupplendum defectum & ut realis etiam ſub ea comprehendatur, fecerunt. Nam hi conſiderare debuiſſent, quod ſpiritualia nec emi, nec vendi poſſint, 1) quia nullo pretio æſtimari valent, 2) quia nemo & ne quidem Pontifex eſt eorum Dominus, ſed tantum diſpenſator, 3) quia talis venditio ſpiritualium naturæ repugnat. Quare quantumvis ille, qui pretium dat vel offert, (quales actus exteriores accedentes ſub *ſtudioſa voluntate* præſupponuntur,) pro rebus ſpiritualibus ſtudioſe eas emere curet, tamen vere eas non emit, & ea ratione ſimonia actualis, quæ dato pretio committitur, non poteſt eſſe emtio vel venditio rerum ſpiritualium, ſed ſolum ſtudioſa voluntas emendi, quod aperte probatur per *d. can. reperiuntur cad. q.* ibi: *Mercari velle gratiam Spiritus Sancti*, & *can. ſi quis Epiſcopus*, ibi: *gratiam, quæ vendi non poteſt.* Unde in eo peccarunt Dd. diſſentientes, quod in dicta definitione contra mentem Thomæ intellexerint voluntatem mente retentam, non actu externo declaratam. Vid. Gonzalez Tellez *ad cap. 2. h. t. n. 13. p. 73. ſeq.* T.

Declaratio. (69) Vocabula hæc pro quovis commercii genere accipienda ſunt. Z.

Quæ ſpiritualia? quæ his annexa? (70) Quæ ſpiritualia ſint, quæ ſpiritualibus annexa, & quotupliciter ea accipiantur, prolixe exponit Redoanus *de Simonia part. 1. c. 4.* Inter ſpiritualia referuntur Sacramenta, & dona Spiritus S. Inter annexa ſpiritualibus jus patronatus, fructus Eccleſiæ, & beneficia Eccleſiaſtica, it. decimæ, & alia. Z.

Remisſio ad notas præcedentes. (71) Latius exponit ex mente Canoniſtarum Tellez *ad d. c. 2. h. t. n. 14. p. 74.* quid in definitione Simoniæ per res ſpirituales & ſpiritualibus annexas intelligatur; cujus verba jam deſcripſimus *nota 5. ad librum 2. p. 592. ſeq.* addito ſimul judicio noſtro. Unde ex ibidem dictis *ad totum §. 1. tit. 1. lib. 2.* repetenda ſunt ea, quæ at-

ſpiritualibus annexæ, cum aliquo temporalı facta commutatio. (73) Appellata eſt autem a Simone (74) ma-

attulimus ad oſtendendum, quod res, quas jus Canonicum pro rebus ſpiritualibus venditat, tantum non omnes minime ſint ſpirituales, exceptis incorporalibus & donis DEi, de quibus tamen jus Canonicum non eſſe ſollicitum, ibidem *ad* §. *2. not. 12. & 17.* jam eſt obſervatum. Neque adeo taxandus eſt Tellez, quod *in comment. ad cap. 12. n. 7. h. t. p. 89.* res ſpirituales in materia Simoniæ explicet per res Eccleſiaſticas, quæ uti ex hypotheſi ipſius juris Canonici non omnes ſunt ſpirituales, *per d.* §. *2.* ita *in nota 3. ad d.* §. *2. circa finem*, jam oſtendi, etiam res Eccleſiaſticas non habere accuratam definitionem, ſed earum ſignificatum dependere ab arbitrio Papæ & Cleri Papalis. Quænam vero res in cauſa Simoniæ pro ſpiritualibus, vel quæ ſpiritualibus annexa ſint, habeat jus Canonicum, plenius, quam Lancelottus hic facit, exponit Tellez *ad d. cap. 2. n. 15. p. 74.* T.

(72) Hæc definitio, ut Gloſſa *ad Lancelottum* hic notat, ponitur per Abbatem in *c. nemo eod.* & videtur etiam Gloſſæ melior, quam præcedens. Eſt quidem utique melior, ſi exempla quæ jus Canonicum ad Simoniam referunt, reſpicias, ibi revera facta eſt commutatio rerum ab utraque parte. Non vero eſt melior, ſi crimen Simonis Magi reſpicias, nam penes hunc erat ſaltem ſtudioſa voluntas commutandi dona ſpiritualia cum pecunia, quæ revera non commutabat, nec commutare poterat per dicta *nota 68.* Unde vel hæc obſervatio docere debebat Canoniſtas inter crimen Simonis Magi & Simoniam juris Canonici eſſe diſcrimen ſatis ingens. T. *Judicium de hac definitione.*

(73) Etiam hoc vocabulum generaliter pro quovis commercii genere eſt accipiendum. Z. *Commutatio quid?*

(74) Cujus mentio fit *Actor. VIII. 20.* isque per artes magicas tempore Claudii Imperatoris Romæ adeo inclaruit, ut pro DEO haberetur, & ſtatua ei poneretur; Sed precibus tamen Petri & Pauli effectum eſt, ut dum volare tentat, præceps decideret & periret. *Varia de Simone Mago.*

mago, (75) qui primus hujus (76) deteſtandi ſceleris (77) author fuit.

Simo-

Arnob. *l. 2. adverſus gent.* Sulpit. Sever. *l. 2. hiſtor.* Philaſtr. *l. 3. de hæreſ.* Epiphan. *hæreſ. 21.* Z.

Fabulæ aniles hodie detectæ.

(75) Sed has quidem fabellas de ſtatua Simoni poſita, de ejus volatu & interitu & alias ſimiles hodie tyrones rident. Vid. Basnage *Annal. Eccleſ. Tomo 1. fol. 468 -- 476. 522 -- 526. 730. & Tomo 2. fol. 5. 6.* Unde hoc ſpecimen eſſe poteſt, quantum profecerimus in ſtudio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cum tempore Ziegleri etiam Profeſſores adhuc ineptias iſtas, videlicet a Patribus ortas, ut Evangelia æſtimarent. Quare nec Lucio Papæ vitio eſt vertendum, quod ſcripſerit, *cap. 5 h. t.* Petrum Simonem ob impudens facinus ſine aliqua audientia terribili & repentina morte multaſſe, reſpiciens veroſimiliter ad factum Petri cum Anania & Sapphira, de quo agitur *cap. 5. Act. Apoſt.* atque adeo iſta duo diſtinctiſſima turpiter confundens. Sed tranſeant iſta. Quæſtio præcipua eſt; an Simonia, de qua agitur in hoc titulo ſit eadem cum crimine Simonis Magi? Affirmant hactenus tantum non omnes, Pontificii, Lutherani, Reformati. Videamus an recte. Et quidem conſideremus verba Scripturæ de Simone.

Fatum Simonis Magi.

Cum audiſſent Apoſtoli, qui erant Jeroſolymis, Samariam recepiſſe ſermonem DEI, miſerunt ad eos Petrum & Johannem: Qui quum deſcendiſſent, precati ſunt pro eis ut acciperent Spiritum Sanctum. (Nondum enim in quenquam illorum illapſus fuerat, ſed baptizati tantum fuerant in nomine JEſu.) Deinde impoſuerunt eis manus & receperunt illi Spiritum Sanctum. Quum autem conſpexiſſet Simon, per impoſitionem manuum Apoſtolorum dari Spiritum Sanctum, obtulit eis pecunias; dicens: Date etiam mihi poteſtatem iſtam, ut cuicunque impoſuero manus, recipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit ei: Argentum tuum tecum pereat, qui donum DEI exiſtimaſti pecuniis acqui-

ri.

ri. Non est tibi pars neque sors in hoc negotio: cor enim tuum non est rectum in DEI conspectu. Resipisce igitur ab ista malitia tua, & roga DEUM, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. Video enim te in felle amarissimo, & nexu iniustitiæ positum. Respondens autem Simon dixit: Precamini vos pro me apud Dominum, ne quid me invadat istorum, quæ dixistis. Act.*c. 8. v. 14. seq.* Hic nullum est dubium, per Spiritum Sanctum intelligi dona miraculosa Spiritus Sancti, quæ se excrebant in illis, quibus Apostoli manus imposuerunt. In quo igitur constiterit formale peccati a Simone commissi, non possum melius exponere, quam verbis Joh. Lightfooti *in horis Hebr. ad Acta Apostol. ad h. l. p. m. 83. Falleris*, inquit, *plurimum, o scelefte, si concipis dona Spiritus Sancti coemenda atque acquirenda auro aut argento, & falleris insuper longe magis, si concipis donum donandi ista dona sic acquirendum. Donare ista dona Apostoli potuerunt, at non potuerunt donare alteri, ut ille donaret. Potuit Paulus per impositionem manuum largiri Timotheo dona linguarum & Prophetiæ, at non potuit largiri illi, ut ille largiretur alteri. Apostolorum solorum erat, largiri ista dona; & post eorum obitum evanuit ista potestas & privilegium. Facile est odorari, quid in animo esset huius nebulonis; aucupatio scilicet vanæ gloriæ & lucri; aliter sat superque ei fuisset implorasse: Date etiam mibi donum linguarum & Prophetiæ, sicut dedistis hisce.* Id est, ut Thomas exposuit, Simonia vera est studiosa voluntas emendi dona miraculosa Spiritus Sancti, vel potius potestatem dona hæc miraculosa tribuendi illis quibus ipse manus imponeret. At de hac Simonia plane non agit Jus Canonicum, nec agere potuit, partim quia, ut modo Lightfootus annotavit, evanuit post mortem Apostolorum potestas illa miraculosa; partim, quia jam supra *ad librum 1. nota 151. sect. 3. & 4.* ex Strykio & Zieglero probavimus, ordinationem ministrorum Ecclesiæ & manuum impositionem hodie quidem recte & utiliter retineri, non tamen esse præceptam, nec ad vocationis essentiam pertinere. Ergo Simonia Juris Canonici non est vera Simonia, nec ortum duxit a Simone Mago, quod erat demon.

Formale peccati Simonis.

Quod nequaquam deprehenditur in crimine Simoniæ Juris Canonici.

monstrandum. Unde mirandum, qui factum fuerit, ut Doctores Evangelici istud inventum Pontificium Juris Canonici manibus non palpaverint hactenus. Non injucundum tamen erit apponere verba Doctoris Amthor ex disputatione *de Criminis Simoniæ larva Politica eiusque capitis 2. §. 3. usque ad §. 9.* præprimis cum ista dissertatio non sit in omnium manibus. Præmisimus, inquit, destinato consilio historiam Simoniacæ nequitiæ, ut sponte hinc fluerer, quæ definitio crimini nostro veniat applicanda. Nos putamus esse malitiosam voluntatem, qua quis intendit dona spiritualia data pecunia, aliisque modis illicitis sibi comparare aut aliis vendere. Equidem, non ignoramus, extare passim apud JCtos aliam, de crimine illo, quod Simonia dicitur, definitionem priori & nostræ non quidem penitus contrariam, nec tamen per omnia verba similem; Sed quia certum est, eos delictum definire, quod aut ambitus, aut repetundarum nomine ex mente Juris Civilis insigniendum erat, antiquissimæ definitioni stricte inhærebimus, cum illa non solum sit in historia Simonis fundata, quatenus ipse sacer Codex nobis eam tradit, sed & Juris Canonici spontanea confessione munita, cujus creaturam hoc crimen esse firmiter persuasi sumus, nullo scilicet de eo vestigio in jure civili apparente, nisi quis ea, quæ de ambitu & suffragio ibidem dicuntur, huc spectare asserere vellet. Conferri possunt ad hunc §. *l. un. §. 1. ff. de L. Jul. Amb. l. 31. C. de Episc. & Cleric. Nov. 3. C. 2 Nov. 6. c. 1. §. 9. & omn. C. XI. qui studet c. 1. q. 1.* Soto *de iust. & J. l. 9. qu. 5. seqq.* Cassadorus *Tom. de Simon.* Ludov. Lopez. *Instruct. Consc. l. 1. C. 302.* M. Rodriguez *in Sim. tom. 2. c. 55. ad 66.* Pergimus nunc ad analysin jamjam datæ definitionis, ubi tamen singulis verbis non inhærentes ad sola ejusdem membra respiciemus, quæ duo esse ex sequentibus patebit. Et primo quidem diximus Simoniam consistere: in malitiosa voluntate, qua quis intendit &c. eo ipso indigitantes, crimen Simoniæ quoad intentionem quidem perfectum fieri posse, nullibi tamen in actum consummatum deductum fuisse, & per consequens etiam triplicem Simoniæ divisionem in mentalem, conventionalem & realem, &

Illustratio dictorum ex dissert. D. Amthor de criminis Simoniæ larva Politica.

quæ

quæ ſunt aliæ, utilitate prorſus carere vid. Caballut. *notit. Eccl. p. 631.* Brunn. *jus Eccleſiaſt. l. 2. c. 18. §. 6.* Redoan *de Simonia cap. 2. n 12.* Poſſet quidem JCtis, illis præſertim, qui veritates juridicas extra Legum Romanarum verba nullas inveniri ſibi perſuaſum habent, mirum videri, quod Simoniæ crimen per ſolam voluntatem committi poſſe aſſeramus, cum tamen jura regulariter nunquam intentionem in actum non deductam pœnæ ſujicere, ne delicta per voluntatem definire ſoleant; Sed ne dicamus de notisſima diſtinctione, qua inter voluntatem primæ & ſecundæ intentionis diſtinguitur, hæcque poſterior in atrocioribus delictis quandoque pro facto habetur, id quod in ſtupro violento, adulterio, aſſasſinio, aliisque hujus generis delictis intentatis ſatis patet, ideo etiam ad exemplum læſæ Majeſtatis humanæ, Simoniæ crimen ſola voluntate perfici poſſe, certum eſt, quia in ipſam divinam Majeſtatem per Simoniacam delinquentis intentionem aperte pariter ac gravisſime peccatur, cum divinam creatoris noſtri Munificentiam, ex qua gratis deſcendit quicquid donorum ſpiritualium nomine venire poteſt, donis ſollicitare velle adeo blaſphemum ſit, ut vix per ullum factum divinæ Majeſtatis ſanctitatem magis, quam per hanc ſolam intentionem lædi poſſe exiſtimemus. Objectum unicum modo & ſimplex eſſe dona ſcilicet ſpiritualia, alterum prædictæ definitionis membrum oſtendit, cui *Cap. 11. qui ſtudet c. 1. q. 1.* diſertis verbis adſtipulatur. Illa vero definimus, quod ſint munera, quæ DEUS ipſe, precibus fidelium motus, in ipſorum animas gratis effundit *vid. Act. IIX. 20.* Huic definitioni, ut juſtum eſt, inhærentes, nullo modo capere poſſumus, quid ſibi velit illa modernorum diviſio Simoniæ, in unam, quæ dona ſpiritualia & alteram, quæ beneficia vel munera eccleſiaſtica ambit. *vid. Titii* Probe des Geiſtlichen Rechts *lib. 3. c. 5. §. 3.* haud ſecus ac ſi poſteriora ipſas accipientium animas afficerent, atque inſtar doni linguarum, miraculorum &c. immediate ex divina liberalitate proficiſcerentur, quæ tamen, ſi ſcapham ſcapham dicere licet, aut in ſuffragiis populi, aut Principis Optimatumque favore erant quærenda. Errori primam, ni fallor, anſam dedit Jus Canonicum, quod, licet rerum ſpiritualium nomine dona DEI, vel

dona

ſtupidior eſſet ruſtico, a Medico expetente, ut cum Medicina filio ſuo ſimul eruditionem potandam porrigeret. Fluit autem, ex his quam certisſime, quod Miniſterii Candidati etiam ante pecuniam datam hæc dona, quæ primam officii paſtoralis partem conſtituunt, posſidere debeant, cum alias ea, quæ nec Princeps, nec ejus Miniſter in bonis & patrimonio habent, ab horum aliquo emere non posſint, id quod ipſe etiam Canoniſta Bartholomæus Ugolinus *in Tract. de Simonia Tab. 1. c. 3. §. 1.* agnoſcit. Secundam Miniſterii ſpartam conſtituit adminiſtratio ſacramentorum & huc ſpectantium ſacrorum actuum, quæ, licet primo intuitu difficilioris enodationis eſſe videatur, & ſuam tamen DEO volente conſequetur reſolutionem. Inquies fortaſſe, quod tamen diſtributio ſacræ Synaxeos, ſancti lavacri infuſio, & abſolutio a Miniſtro Eccleſiæ facta, pro actibus meræ ſpiritualibus haberi debeant, cum per illos dona ſpiritualia hominum animis inſinuentur, & ſic officium Eccleſiaſticum ementes, id quod Simon Magus modo affectabat, poteſtatem ſcilicet nova & magna efficiendi, revera conſequantur; Sed ubi quis rem accuratius examinaverit, apparebit, nec hic adverſarios noſtros habere, quo argumenta noſtra valide impugnare poſſint, id quod optime eluceſcet, ſi demonſtretur, Candidatos miniſterium per Simoniacas artes (ut dicitur) adeptos, erogationem donorum ſpiritualium ſui juris neutiquam facere, cum in effectu nihil ſibi comparent, quam libertatem certos annuos reditus pro laboribus eccleſiaſticis recipiendi, quæ certe non niſi pesſime cum emtione donorum ſpiritualium confundi poteſt. Et quidem primo Sacramenta quod attinet, definiuntur illa, quod ſint actiones ſacræ, quibus DEus per miniſtrium ſuum diſpenſat rem certam peculiari verbo inſtitutam, ad applicandam & obſignandam promisſionem evangelicam. Vid. Kromay. *Theol. Poſit. Polem. Artic. XV. p. m. 790.* Dicta verba ſi quis probe ruminaverit, certe conſtabit, dona ſpiritualia, quibus mortales per ſacramenta afficiuntur, non ab erogatione Miniſtri Eccleſiæ, ſed ab ipſius Creatoris noſtri munificentia immediate expectanda eſſe, ita ut a dicto Miniſtro præter ſymbola ſacramentalia, quæ tamen cum donis ſpiritualibus in, cum, & ſub illis venientibus confundi nequeunt,

queunt, nihil accipienti porrigatur. Faciunt hæc egregie verba Theologorum nostrorum:

Vim sacramentis non dat persona ministrans,

In quo versiculo simul etiam latet responsio ad illa, quæ ratione consecrationis a Ministro Ecclesiæ factæ fortasse nobis opponi possent. Nos, ne temere Theologorum castra ingrediamur, plura de hac materia addere nolumus, contenti, quod pro laica nostra simplicitate certi simus, dona, quæ per sacramenta erogantur, neutiquam ratione causæ instrumentalis, sed principalis, Spiritualia dici, cum alias nulla ratione assequeremur, quomodo obstetrix in casu necessitatis infantem sacro baptismate initiare, vel impius sacerdos sacram cœnam salva ejusdem efficacia distribuere posset. Superest, ut inquiratur in collationem donorum spiritualium, quæ per absolutionem a Ministro Ecclesiæ fieri dicitur. Quia enim Servator noster *Matth. XVI. & XVII.* clavem ligantem & absolventem, ut dici solet, expresse Apostolis (eorumque successoribus) concessisse legitur, posset quis hinc argumentari, quod potestas spirituale illud absolutionis donum peccatoribus conferendi ipsi ministerio ecclesiastico maneat annexa, ita, ut candidati pecunia officium pastorale ementes, simul etiam eo ipso facultatem peccata remittendi revera sibi comparasse videantur, cum clavis ligans & absolvens insignem partem ministerii ecclesiastici constituat. Sed vereor, ne adversarii nostri his contra nos rationibus pugnantes, quod homini tribuunt, DEO adimant, quem certe solum & principaliter pœnitentibus peccata remittere indubium est. Nec enim verba Salvatoris nostri ita sunt interpretanda, ut ministri Ecclesiæ remissionem peccatorum quasi in patrimonium recipere credantur, cum unanimi Theologorum nostrorum consensu, non nisi pœnitentes absolvere ac pertinaces ligare possint, aperto indicio, remissionem peccatorum non per absolutam quandam necessitatem ex voce Sacerdotis dependere, sed ab eo expectandam esse, qui corda scrutando pœnitentium ac pertinacium delectum facere potest. Ne vero hæc nostra sententia in sinistram partem accepta efficaciæ absolutionis per ministrum ecclesiæ factæ præjudicare videatur, sequentia Magni

Ger-

Gerhardi verba, quibus omnino subscribimus, libuit apponere, qui *Tom. 3. Theol. p. m. 817. seq.* *Reconciliatio*, inquit, *cum DEO haud quaquam ex voce Sacerdotis absolventis absoluta quadam necessitate dependet, sed ex vera ad DEum conversione, ac vice versa damnatio non ex carentia Sacerdotis, imo ne quidem ex ligatione, sed ex impœnitentia & incredulitate dependet. Breviter: Ministri Ecclesiæ sunt legati DEi. Illis igitur remittant peccata, quibus DEus ea remitti vult; illis retineant, quibus DEus ea vult retenta. Efficax omnino est reconciliatio subditorum cum Rege per legatum facta, interim non est authentica, sed ministerialis, non absolutæ necessitatis, sed liberæ dispositionis; non judiciaria, sed legataria; ex quibus de reliquis, utpote de absolutione facta surdis & phreneticis, de absolutione per Laicum in casu necessitatis facta judicium fieri potest, illam improbamus, hanc acceptamus.* Qui hæc verba cum nostris contulerit, vitio nobis dare non sustinebit, quod donum spirituale remissionis peccatorum ex verbis Ministri proxime petendum esse, cum Gerhardo non concedamus, quo tamen ipso concursum ministri cum DEO tanquam causa absolutionis efficiente principali, quatenus instrumenta regulariter a Metaphysicis inter causas recenseri consuevere, plane non negamus. Id tamen, ne vel minimum dissimulemus, cordatioribus judicandum ac decidendum relinquimus: An non in concursu Creatoris & creaturæ præstaret, ut hæc posterior causis proprie sic dictis non annumeretur. Quod enim v. g. instrumenta mechanica inter causas rerum arte productarum referri solent, fieri tantum videtur ex illa ratione, quod homines his adminiculis destituti ad perfectionem operis conficiendi pervenire nequeant, unde injustum utique non censeo, illa instrumenta, sine quibus effectus produci non potuit, causis efficientibus annumerare. Verum enim vero, concursus ministri Ecclesiæ cum ipso DEo multis modis a concursu instrumenti cum opera hominis differt, cum homo coacte atque ex necessitate, DEus vero juxta verba supra dicta Gerhardiana ex liberrima dispositione instrumentis hic utatur. Unde fortasse instrumenti causalitas magis proprie de operationibus humanis, quam di-

divinis, præsertim in hoc nostro negotio, prædicatur, ubi si DEUS voluisset, potuisset utique nullo instrumento interveniente homini peccatorum remissionem indulgere. Interim si quis hæc non attendens, receptis vestigiis insistere maluerit, nos certe pertinaciter contradicentes non habebit, quibus sufficiet indicasse, quod DEus quidem instrumentis uti soleat, nullas tamen causas instrumentales ad productionem effectus necessarias hominis instar agnoscat; unde tandem fluit, donum remissionis peccatorum ex solius Creatoris benignissimi liberalitate derivandam esse, qui Ministro Ecclesiæ tanquam instrumento, neutiquam vero ut causa quadam cooperante necessaria, ex liberrima voluntate uti decrevit. Habet autem hæc nostra observatio in permultis, potissimum tamen in refutandis Pontificiis, insignem usum, ubi nobis Simoniaca donorum spiritualium emtio venditio, propter oblatam post Confessionem Clero nostro pecuniam, ab illis imputata fuerit. Quamvis enim & alia arma in promtu sint, quibus hæc Papicolarum in nos directa tela eecipi possint, attamen postquam probatum est, absolutionem a voce Ministri tanquam effectum a causa necessaria non pendere, nec illam spirituale remissionis peccatorum donum, quod in dominio non habet, per rerum naturam vendere posse, sponte sequitur, pecuniam a confitentibus, non emtionis, sed solius liberalitatis nomine offerri, quod tanto justius fieri videtur, quo certius est, salaria Cleri nostri in multis locis, si prædictum emolumentum excipias, tenuissima esse, nec respondentia fastui atque deliciis, quibus Pontificiorum Ministeria, Cœnobia, & quæcunque apud illos Cleri nomine veniunt, ad scandalum usque saginantur. Quæ supra dicta sunt, evincunt, Candidatos ministerii, qui data pecunia muneri præficiuntur, non emere dona spiritualia, nec potestatem illa tanquam sua per sacramenta & absolutionem aliis pro lubitu communicandi, sed tantum conditionem, dona, quæ jam possident, ad praxin applicandi, muneraque divina, legatorum instar, non ex suo, sed DEi arbitrio dispensandi, certosque annuos reditus percipiendi. Hactenus D. Amthor. Adde honoratissimorum Collegarum Joh. Petri Ludewig *Disputat. de jure annatraum* §. 6, *nota a, p. 27. seq.* & Justi Henningii Böhmeri dis-

differt. anno præcedente habitam *de involucris Simoniæ detectis c. 2. §. 9. & multis seqq.* ubi ad argumenta Patrum prolixe respondet T.

(76) Uti vero nulla sententia est tam absurda, quin ex verosimili aliqua doctrina ortum duxerit, ita non injucundum erit ostendere, qua ratione factum fuerit, ut iste communis error introduceretur in orbem Christianum. Jam sub Constantino M. fœdam honorum per suffragia mercandorum nundinationem institutam & exercitam fuisse, notavit Jacob. Gothofredus *ad lib. 9. Cod. Theod. tit. 26. l. 1. p. 201.* quam quidem legibus conatus est reprimere Imperator, sed conatus. Sub liberis ejus malum hoc stetit, etsi quandoque repressum fuerit mulcta indicta. Sane sub Constantino suffragiorum & ambitus hujus usus negari nequit. Secutus est Julianus, is hæc redemta suffragia sustulit, quorum tamen usus post Julianum recruduit sub Valentiniano, sed mox repressus. Sub Valente per orientem potestates tarde & caute delatæ sunt. Malum hoc sub Theodosio M. recruduit. Quæ singula testimoniis probat Gothofredus d. l. Ventum igitur ad filios Theodosii Arcadium & Honorium, qui annis 397. 400. 403. & 416, quatuor constitutiones ediderunt contra hunc ambitum, relatas in *d. tit. 26. lib. 9. Cod. Theodos.* Post hos Imperator Marcianus, simulatque regimen accepit, statim constituit, ne quis numerato precio ad magistratum promoveretur, ut testis est Theodorus Lector *lib. 1. hist. Eccles.* Præiverunt itaque hæ constitutiones Imperatoriæ decretis Conciliorum. Turpe enim putarunt Patres & Doctores Ecclesiæ officia civilia tam sancte ab omni ambitu custodiri, non perinde vero custodiri officia ecclesiastica. Divine enim ea cum sint, & sancta, cavendum omnino est, ne quid committatur in eorum collatione, quo pollui & contaminari queant. Siquidem non est facile stare in loco Petri & Pauli, scilicet tenere cathedram regnantium cum Christo, quia hinc dicitur: non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum *c. non est dist. 40.* Ziegl. *de Episc. lib. 2. c. 5. §. 12.* Primum vero concilium, quod nundinationes Episcopatuum prohibuit, est concilium Chalcedonense habitum anno 450, seq. quod etiam fundamenti loco posuit Lau-

Historia ambitus sub Imperatoribus Christianis.

Hi præiverunt decretis Conciliorum.

noius *de Romanæ Ecclesiæ circa Simoniam traditione cap. 2. p. 5.*

Chalcedonensis. Ita enim loquitur *can. 11.* dicti concilii: *Si quis Episcopus per pecuniam fecerit ordinationem, & sub pretio redegerit gratiam, quæ non potest vendi, ordinaveritque per pecuniam Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, aut quemlibet ex his, qui numerantur in Clero, aut promoverit per pecuniam dispensatorem aut defensorem, vel quemque, qui subjectus est regulæ, pro sui turpissimi lucri commodo, is cui hoc attentanti probatum fuit, proprii gradus periculo subjacebit: & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat; sed sit alienus ea dignitate & sollicitudine, quam pecuniis quæsivit. Si quis vero mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit: siquidem Clericus fuerit, proprio gradu decidat; si vero laicus & Monachus, anathematizetur.* Retulit etiam Gratianus hunc canonem *c. si quis 8. C. 1. q. 1.* Cum vero hoc decretum Concilii Chalcedonensis turpes illas sacrorum ordinum mercantias tollere non posset, post aliquot annos (Marcel *dans les tablettes Chronologiques* ponit an-

& Constantinopolitani provincialis. num 459. Zieglerus *d. c. 5. §. 9.* annum 469.) Gennadius Episcopus Constantinopolitanus celebravit in urbe sua cum 73. Episcopis concilium provinciale, inque eo tum alia, de quibus acta perierunt, tum imprimis de Episcoporum promotionibus per ambitum egit. Superest ea de re epistola Synodica, ex qua Zieglerus *d. l. §. 8.* sequentia excerpsit, ubi præmissis verbis Scripturæ Sacræ & canonis memorati ex concilio Chalcedonensi, quibus ejusmodi promotiones damnantur, pergunt Episcopi autores Epistolæ: *Quoniam tamen his ita aperte prohibitis, quidam sunt in Galatarum Ecclesia deprehensi, propter turpe lucrum & avaritiam hæc salutaria & humana præcepta negligere & transgredi, ea quoque ipsa nobis renovare visum est cum sancta synodo, quæ in hac regnante nova Roma nunc agit, ut sine omni penitus inventione & omni prætextu callidoque commento, impiam hanc & odiosam, quæ nescio quomodo in sanctissimas Ecclesias subiit, consuetudinem omnino exscindamus, ut cum pura & absque ulla cauponatione eorum, qui ordi-*

dinantur, renunciatio ab antistitibus facta fuerit, gratia S. Spiritus superne veniat. Quibus nescio an per pecuniam promotionem facientibus, & manu non pure operante, ad eum qui promovetur (secundum vocem Evangelii) & non potius contrahitur gratia Sancti Spiritus. Scito ergo religiosissime omni ex parte vir, quicunque hujus convictus fuerit Episcopus vel Chorepiscopus, vel circuitor, vel presbyter, vel diaconus, vel quivis alius ex canone, vel ex Laicis, communi Antistitum decreto, communique sententia condemnatum esse: sicut de hoc quoque sanctorum Patrum praecedens canon loquitur. Oportet enim gratiam semper esse gratiam & argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo & ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus & anathematis execrationi subjectus, qui & se per pecunias acquirere eam existimat, & qui eam pecuniis praebere pollicetur. Sed quam parum profecerit Gennadius suo illo decreto, colligere licet ex constitutione Leonis Imperatoris subsecuta eod. anno 469. edita, quæ extat *l. 31. C. de Episc. & clericis*, de qua jam dixi *not. 66.* quod ibi severe prohibita sit hæc mercatura, non titulo Simoniæ, sed sub titulo ambitus. Apparet etiam ex verbis Concilii Chalcedonensis & ex Epistola Synodica concilii Constantinopolitani, quod nec ibi Simonis Magi aut Simoniæ ulla fiat mentio. Unde valde erravit Launoius, dum fundamentum traditionis Romanæ Ecclesiæ circa Simoniam *d. c. 2.* in isto capitulo concilii Chalcedonensis quæsivit. Quærendum igitur est, quis ex Patribus primus negotiationem officiorum Ecclesiasticorum Simoniam appellaverit. Idem Launoius *d. l. obs. 4. p. 251. seq.* loca ex Irenæo, Epiphanio & Augustino adducit, ut probet, antiquiores Ecclesiæ Patres Gregorio I. & Pontificibus aliis præivisse, ut hi de Simoniaca hæresi sic sentirent. Sed quemadmodum mox dicenda ostendent, crimen simoniæ seu verum, seu illud Canonistarum suppositum, revera hæresin non esse, ita loca illa adducta de venundatione officiorum Ecclesiasticorum plane non loquuntur. Moreau *de la Simonie cap. 24. p. 491.* Cypriani & Chrysostomi meminit, qui jam Simoniæ voce hic usi fuerint, quorum ille seculo tertio, hic seculo quarto,

Ex Patribus quis primum hanc ambitus speciem Simoniam vocaverit?

to, uterque ante Concilium Chalcedonense scripsit. *Saint Cyprien,* inquit, *Eveque de Cartage qui vivoit au troisieme siecle, se plaint de jejun. & tent. que le sacrilege, que Simon avoit voulu commettre au temps des Apostres en voulant acheter les dons du Saint Esprit pour les revendre, se couloit insensiblement dans tous les offices & les degrez de l'Eglise. Et Saint Jean Chrysostome qui remplissoit si dignement la Chaire de Constantinople au quatrième siecle, fait la même plainte* hom. 13. in Marc. *en des termes qui marquent la douleur extrème qu'il avoit de voir qu'on pust reprocher aux Chrestiens cette sorte de crime.* Cypriani locus ita se habet: *Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub umbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Simon apostolorum temporibus venalem putans Spiritum Sanctum, Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur. Hæc sacrilegii forma per omnia officia gradusque discurrit & nihil intentatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negotia, & nundinatores ejus quicunque hæc exercent commercia: nec quicquam hujusmodi ab eo, nisi præmissa apostasia, donari.* Sed notavit jam Erasmus, cum Cypriani opuscula ederet, illud opus de cardinalibus Christi operibus, cujus portio est ille sermo de jejunio & tentatione, Cypriano videri falso esse adscriptum, & præterea Cyprianus hic more oratorio, dum ambitionem sacerdotum & avaritiam taxat, etiam exemplo vel simili a Simone petito, tanquam tropo oratorio utitur. Chrysostomi, ad quem etiam provocabat Moreau, opera non sunt ad manus, simile tamen quid de Chrysostomo etiam scripsit in vita Chrysostomi Palladius, quem locum excerpsit Dn. Ludewig *de jure annatarum c. 1. §. 7. lit. e. p. 32.* Sed fuit etiam Chrysostomus orator maximus. Adducitur quidem in decreto a Gratiano Gregorius Nazianzenus *c. 11. C. 1. q. 1.* non solum factum Simonis, sed & factum Giezi ex vetere testamento cum emtione ordinum Ecclesiasticorum comparans. Sed præterquam, quod nec hic terminum Simoniæ adhibeat, ex nota huic canoni subjuncta apparet, quod hic locus apud Gregorium Nazianzenum non reperiatur. Eadem est responsio ad locum ex Ambro-

An Cyprianus?

An Chrysostomus?

An Gregorius Nazianzenus?

An Ambrosius?

brosio adductum *cap. 7. ead. C. 1. q. 1.* uti etiam prior pars responsionis pertinet *ad can. Petrus 19. ead. q. 1.* Initio seculi 6. Hormisda Pontifex benedictionem divinam, quæ fit per impositionem manuum pretio comparatam ex facto Simonis Magi damnat apud Launoium *d. l. c. 5. p. 13.* Eodem seculo Pelagius I. premissionem pecuniæ pro impetratione promotionis ab ostiario usque ad gradum Episcopatus Simoniacum quid appellat. *Ibid. c. 6. p. 15.* Eodem seculo finiente Gregorius M. plurimis locis a Launoio *c. 7. a p. 16. ad p. 41.* collectis in eo totus est, ut doctrinam de Simonia (ejus varias species referendo, de quibus ad §. 3. dicemus) in formam artis quasi redigat, nondum tamen Simoniam vocat, sed hæresin Simoniacam; post quem sequentes Pontifices constanter hoc termino, Simoniacæ hæreseos usi sunt, uti ex eodem Launoio constat, nisi quod passim etiam illos, qui pretio sacros ordines obtinuerunt, Simoniacos appellaverint. Vocem ipsam Simoniæ a Paschali II. qui initio seculi 12 sedi præfuit adhibitam fuisse apud Launoium *c. 27. p. 117.* deprehendi. Hujus successor Calixtus II. vocat Simoniacam pravitatem *ibid. c. 28. p. 124.* donec in Concilio Lateranensi anno 1122. *in canone 22.* vox Simoniæ usurpari inciperetur *ibid. p. 127.* a quo tempore postea constantius Simoniæ, Simoniacæ pravitatis, Simoniacæ labis, labis Simoniæ termini adhibiti fuere *ibid. p. 133. seqq.* Vides itaque Patres Primitivæ Ecclesiæ, dum stilo oratorio maxime essent dediti, initio comparatione ambitus Ecclesiastici cum facto Simonis Magi passim fuisse usos, quod ferri poterat, quia comparationi & similitudini inservire possunt res quæcunque, modo non extendantur ultra justum comparationis tertium, & a comparatione transeant incaute docentes ad identitatem rerum similium. Cæterum haud dubie melius fuisset, si loco fucorum oratoriorum Patres operam dedissent simplicitati Christi & Apostolicæ, qua de re latius egi in *obs. select. Hallens. Tom. 2. obs. 8. §. 38. usque ad §. 43.* Sed ita erat genius seculorum illorum. Infecerat oratoria & quidem tædiosa & parum grata, pene omnes disciplinas; De Theologia id ostensum *loc. citato*, intuitu Historiæ vel exemplum Ammiani Marcellini dubitantes convincit. Intuitu Jurisprudentiæ comparari poterunt in corpore

Seculo sexto & sequentibus crimen hoc nomine hæreseos Simoniacæ fuit insignitum.

Origo termini Simoniæ & progressus.

Causæ veræ confusi ambitus Ecclesiastici cum facto Simonis Magi.

Juris Justinianei constitutiones Imperatorum Ethnicorum cum constitutionibus Imperatorum Christianorum, & deprehendetur in prioribus brevitas & proprietas verborum perspicua, in posterioribus prolixitas figurati sermonis valde obscura. De ipsa *lege 31. C. de Episc. & Clericis*, quæ de ambitu Ecclesiastico agit, Zieglerus *Episc. lib. 2. c. 5. §. 40. & 44.* modeste monuit, verba nonnulla illius legis ab oratore magis, quam a Legislatore profecta videri. Tam copiose enim nec proprie, sed per figuram Rhetoricam de crimine Simoniæ differere imperatorem, ut vix id futurum sit ad palatum eorum, qui brevitatem & perspicuitatem inter virtutes legis referunt &c. Cum vero subsequentibus seculis ignorantia & stupiditas quotidie magis magisque cresceret, mirandum non est, quod Gregorius M. ex comparatione oratoria Patrum antiquorum ambitus Ecclesiastici cum Simonis facto effecerit doctrinam seriam & articulum fidei, quod hic ambitus sit vera & identica Simonia, imprimis, cum fastus Episcoporum & servilis subjectio Laicorum augeret illorum cupidinem quidlibet fingendi & audendi. Potius mirandum esset, qui fieri potuerit, ut post reformationem, & aucta indies studia elegantiora & utiliora tamdiu veteres istæ næniæ & ineptiæ a nostratibus æstimatæ ac defensæ fuerint; nisi quotidiana experientia & hujus mali causam paululum sagacioribus facile divinandam suppeditaret. T.

Simonia an hæresis? (77) Dixi nota præcedente, Doctores Ecclesiæ a temporibus seculi 6. ambitum Ecclesiasticum hæresin Simoniacam appellasse, cujus occasio ista fuisse videtur. Scriptores præcedentium seculorum Simonem Magum primum hæreticorum vocant & patrem hæreticorum, a quo reliqui sua dogmata plerumque hauserint, quod non tam intuitu illius facti turpis seu nundinationis tentatæ donorum Spiritus Sancti, quam ratione aliarum doctrinarum impiarum intelligendum est, de quibus vide inter alios Ittigium *de Hæresiarchis ævi Apostolici &c. Sect. 1. Cap. 2. §. 11. seq.* Sed an & hoc accurate dictum sit, valde dubito. Hæretici & Pagani differunt, quod illi sint vel simulent se esse intra Ecclesiam, hi vero sint extra eam. Jam etsi Simon baptizatus fuerit *Actorum c. 8.* videtur tamen Christum mox abnegasse. Spanheim. *Epit. hist. Eccles. p. 44.* Et quamvis

vis Irenæus Valentinianorum errorem a Simone deducat & ejus ſucceſſoribus, adeoque hoc intuitu Simon Magus, æque ut v. g. Plato & Ariſtoteles poſſit vocari pater hæreticorum, tamen propterea non magis ipſe pro hæretico, ac Plato vel Ariſtoteles, aut ipſius doctrina pro hæreſi, quam horum Philoſophorum doctrinæ haberi poterunt. Quod vero factum impium Simonis hæreſin vocent poſt Gregorium M. Pontifices, imo quod ambitum Eccleſiaſticum dixerint hæreſin Simoniacam, id plane abſurdum eſt, etſi & hic ex antecedenitbus temporibus Gregorius, quosdam qui ipſi in eo errore præiverint, allegare poſſit. Videatur omnino Launoius *d. tract. obſ. 3. 4. & 5. p. 244. ad 273.* Unde mire ſe torquent Canoniſtæ quomodo hanc abſurditatem defendant. Plerumque provocant ad Gotfridum Vindocinenſem, qui autor cum raro appareat, dabimus ejus locum ex Launoio, *ibid. p. 269. Cum Simonia & laicorum inveſtitura, hæreſis dicatur: quare utraque ſit hæreſis, & merito hæreſis appellari debeat, præſenti brevique ſatis epiſtola monſtrabitur, ne ſuper hoc deinceps dubitetur. Firmiſſime crede, Pater cariſſime quod nihil aliud proprie hæreſis dicitur, niſi quod a Patris unitate Filium, ſive Spiritum Sanctum conatur ſeparare, vel perſonarum alteram altera minorem vel majorem aſſerere. Igitur Simon Magus, non tantum hæreticus, ſed hæreticorum primus & peſſimus extitit, qui non ſolum a Patris æqualitate ſeparari poſſe Spiritum Sanctum exiſtimavit; ſed etiam ipſo Spiritu major eſſe præſumtuoſe tentando concupivit. Nam cum ſe poſſe pecunia poſſidere Spiritum Sanctum putavit, quid appetit aliud, niſi ut Spiritu Sancto major ipſe haberetur, cum major ſit, qui poſſidet, quam quod poſſidetur? Cum itaque Patris & Filii & Spiritus Sancti perſonas inæquales quilibet nititur aſtruere, ratione pariter & auctoritate hæreticus habeatur multo magis Simon Magus, qui Spiritum Sanctum DEO Patri & Filio æqualem per omnia ſibi pecunia ſubjicere tentavit, Hæreticus, & Simonia quæ ab ipſo inventa eſt, & ab eo dicitur, hæreſis comprobatur.* De guſtibus non eſt diſputandum, guſtent, qui ejusmodi nugis delectantur. Prudentior illis omnibus Ivo Carnutenſis, ſed pro captu

illorum temporum, quibus vivebat. *Postremo*, ait, apud eund. Launoium *obs.10.p. 300. quod quidam investituram hæresin vocant, cum hæresis non sit nisi error in fide. Sicut enim fides cordis est ad justitiam, oris autem confessio ad salutem: ita hæresis error est ad impietatem; professio vero ejusdem erroris est ad perniciem, & fides & error ex corde procedunt; investitura vero illa, de qua tantus est motus, in solis est manibus dantis & accipientis, quæ bona & mala agere possunt, credere vel errare in fide non possunt. Ad hæc si investitura hæc hæresis esset, ei renuntians sine vulnere ad eam redire non posset. Vidimus autem in partibus Germaniarum & Galliarum multas honestas personas purgato isto nevo per quamlibet satisfactionem, pastorales virgas reddidisse, & per manum Apostolicam refutatas investitutas recepisse, quod summi Pontifices minime fecissent, si in tali investitura hæresim & peccatum in Spiritum Sanctum latere cognovissent. Cum ergo ea, quæ æterna lege sancita non sunt, sed honestate & utilitate ecclesiæ instituta vel probibita, pro eadem occasione ad tempus remittuntur, pro qua inventa sunt, non est institutorum damnosa prævaricatio, sed laudabilis & saluberrima dispensatio. Quod cum multi minus studiosi minime attendant, ante tempus judicant, spiritus mobilis & spiritus immobilis non intelligentes differentiam. Si quis vero laicus ad hanc prorumpit insaniam, ut in datione & acceptione virgæ putet se tribuere posse sacramentum, vel rem sacramenti Ecclesiastici, illum prorsus judicamus hæreticum, non propter manualem investituram, sed propter præsumtionem diabolicam.* Et nota, quod Ivo Carnotensis hic non sine ratione neget, quod ambitus Ecclesiasticus sit peccatum in Spiritum Sanctum. Hinc facile judicari poterit de impudentibus mendaciis Pontificiorum, eum in finem excogitatis, ut absurdissimas suas doctrinas de Simonia persuaderent quocunque modo laicis. Recensebimus ea verbis Tellezii *comment. ad cap. 1. de Simon. n. 12. p. 73. Peccatum hoc proprie est contra Spiritum Sanctum, hinc refert Damianus* epist. 1. cap. 7. *simoniacum quendam scelus suum parvi pendentem, jussum pronunciare doxologiam sanctæ Trinitatis:*

Impudentia mendacia & falsa miracula.

Glo-

Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto, *nequivisse dicere*, & Spiritui Sancto, *sed tantum*, Gloria Patri & Filio, *etiamsi secundo & tertio idem iterando conatus fuisset addere* & Spiritui Sancto; *sed frustra. Nam, ut subjicit Damianus:* Merito Spiritum Sanctum, dum emit, amisit, ut qui exclusus erat ab anima, procul etiam consequenter esset a lingua. *Hinc rursum Henric. II. Imperator anno Domini 1047. ob simoniæ labem ab Spiritu Sancto desertus, professus est, se toto triduo dæmones infestos vidisse, flammam in se per fistulam jaculantes adeo pertinacem, ut noster ignis in comparatione illius locus putetur & nihil calere; sed liberatum fuisse a iuvene semiustulato, scilicet a sancto Laurentio, cuius Ecclesiam restauraverat. Ita ex Wilhelmo Malmesburiensi, & Matthæo Westmonasteriensi refert Baronius* tomo 11. anno Christi 1047. & 1063. *quæ, & alia horribilia exempla refert Willaroel* p. 1. regim. Eccles. quæstion. 1. art. 13. *Beyerlinch.* in theatro, verbo Simonia. Et revera assertio illa de hæresi in ambitu Ecclesiastico latente sic ab omni ratione aliena est, ut etiam parum sagaciores ex ipsis Pontificiis sentiant hodienum, eam omni fundamento destitui, quamvis iidem in emendatione doctrinæ communis frustra laborent. Moreau pius homo, & de damno Josephi sollicitus esse videtur, sed non magni, etsi etiam non sit nullius judicii. Is *in tractatu Gallico de Simonia* jam aliquoties citato *cap. 23. p. 475.* sic differit: *Comme on ne void point dans la Simonie d' erreur formelle contre la doctrine de l' Eglise, on a lieu de s' étonner qu' on la traité toûjours d' heresie, & que l' on dise mesme qu' elle est la plus méchante de toutes. Nous sçavons ce qui faisoit l' heresie des Arriens, des Nestoriens, des Eutichiens, des Monothelites & de ces autres esprits broüillons, que la passion plutost que le zele de la maison de Dieu animoit. Les uns deroboient la vraye Divinité au Fils de Dieu; les autres vouloient qu' il n' y eust pas seulement en luy deux natures, mais qu' il y eut aussi deux personnes. Au contraire d' autres n' y admettoient qu' une nature, les autres qu' une volonté & une operation. Et ainsi nous voyons d' abord que leurs heresies consistoient dans des* opi-

Quid Moreau de quæstione illa novissime docuerit.

opinions contraires aux sentimens de l'Eglise, à qui il appartient de nous enseigner ce que nous devons croire. Mais rien de semblable ne paroit dans la Simonie qui nous puisse donner sujet de la mettre au rang des heresies. Cependant les Papes, les Conciles & les Saints Peres ont toûjours traitté la Simonie d'heresie: rarement en parlent ils sans luy donner ce nom. Le Grand Saint Gregoire à qui elle causa autant de peine que de déplaisir, dit, Lib. 7. epist. 11. ep. 4. *qu'elle est la premiere heresie qui s'est élevée contre l'Eglise de Dieu par la malice du demon; & il ne parle presque jamais de cette peste sans y joindre le nom d'heresie. Il me seroit facile de citer les passages de plusieurs autres Peres, & les decrets des Papes & des Conciles, où ce mesme nom est donné à la Simonie, mais je crois qu'il seroit superflu, puis qu'il n'y a que ceux qui n'ont rien veu des Peres & des Conciles, qui l'ignorent. Quelle est donc la cause de ce nom, & pour quoy l'appelle-t-on la premiere des heresies? Est ce peut-être parce que Simon le Patriarche des Simoniaques de la nouvelles loy se vouloit faire passer pour ce qu'il n'estoit pas, se disant aux uns la Vertu de Dieu, aux autres le Fils de Dieu, ou le Saint Esprit, ce qui luy fit à la fin dresser des Autels avec cette inscription* Simoni Deo? *Non, ce n'est pas cela; c'est que Simon croyoit, qu'il estoit permis d'acheter les dons de Dieu, comme Saint Pierre le luy réprocha:* Quia existimasti donum DEi pecunia possideri. *Mais si c'en est là le sujet, il semble que le nom d'heresie ne puisse pas bien convenir à la Simonie, qui s'est pratiquée il y a long-temps, & qui se pratique encore aujourd'huy, puis qu'apres que Saint Pierre eut rejetté si fortement la proposition de ce magicien je ne crois pas, que personne ait esté si méchant, que de vouloir soûtenir, qu'on peut acheter & vendre les choses saintes, où s'il y en a eu, ils ne pouvoient estre que des heretiques declarez. Je ne pense pas non plus, que cette erreur si detestée de l'Eglise put tomber aujourd'huy dans l'esprit de quelqu'un, s'il n'estoit du nombre de ceux qui ne sçavent pas ce que c'est que le spirituel & le temporel, & qui sont dans une*

Simonia aut est simplex conventionalis, aut realis. Et realis subdividitur in realem conventionalem, & realem mentalem.

§. 2. Simoniæ duplex est species, (78) Nam aut

une ignorance épouvantable de toutes choses. Hactenus bene, vel certe non male. Jam audiamus quomodo defectum communis sententiæ supplere tentet. *Cependent,* ita pergit, *p. 478. on a donné à la Simonie le nom d' heresie dans tous les siecles, comme on fait encore aujourd' huy, ce qui nous prouve qu' il faut qu' il y ait encore quelque autre chose qui en soit aussi la cause. Cette autre chose est vrayemblablement l' opiniâtreté de Simoniaques, qui leur a fait trouver mille faux pretextes pour defendre leurs méchantes pratiques; & que dans toutes leurs raisons il y a toûjours eu de la malice cachée qui tient de celle de Simon & de son heresie. N' osant pas dire qu' il est permis de donner de l' argent pour les dons de Dieu, comme Simon le croyoit, on a dit, que rien n' empêchoit qu' on en prit lors qu' on vouloit l' employer au soulagement des pauvres, à la reparation de lieux saints, à la fondation des hospitaux: on a dit &c.* Nihil hic desidero, nisi judicium. Si sola pertinacia faceret hæresin, quorumcunque criminum habitualium pertinaces defensores essent hæretici. Sed id quidem autori illi vitio non est vertendum. Linxit sputa S. Petri Damiani, qui simile quid de hæresi Simoniæ scripserat, ut ipse indicat *p. 480.* scilicet Damiani illius, cujus Sanctitatis specimen modo dedimus de Simoniaco, qui Spiritus S. nomen pronunciare non poterat. Cæterum de quæstione an ambitus Ecclesiasticus sit hæresis, vide novissime Dn. Böhmer. *de invol. Simon. det. c. 2. §. 15. 16.* T.

ad §. 2.

(78) Est etiam adhuc alia distinctio Simoniæ a Canonistis recepta, inter simoniam jure divino, & inter eam, quæ saltem jure Ecclesiastico prohibita est. De qua distinctione sic ratiocinatur Launoius *Simonia vel jure divino vel saltem Ecclesiastica obs. prohibita.*

Launoii doctrina de hac distinctione. obs. 7. 278. *Hic proponimus duo, quorum primum est, Romanos Pontifices, Concilia & Ecclesiasticos tractatores, qui in exposita Ecclesiæ traditione, & in observatione 3. & 4. laudantur inter Simoniam jure divino & Ecclesiastico prohibitam non distinguere. Nec profecto distinguendum est: quia Romani Pontifices & Concilia proprium ius nullum statuunt, sed divinum duntaxat interpretantur & explicant? Divini autem juris interpretatio atque explicatio ius non est novum, quod a divino secernatur. Quis, quæso, nisi gratis & sine ratione diceret, humani iuris expliationem novam esse legem, quæ ab humano iure explicato distingueretur? Præterea valere debet illa regula, qua dicitur: Ubi iura non distinguunt, nos distinguere non debemus. Atqui iura sunt vel iurium instar Romanorum Pontificum, Conciliorum, & tractatorum Ecclesiasticorum testimonia, quæ in exposita traditione, & in observatione 3. & 4. comparent. Recentiores quidam Theologi & Juris Antistites duplicem fecerunt Simoniam; alteram, quæ divino iure; alteram, quæ Ecclesiastico duntaxat vetetur. Divisionem hanc male ab illis, & sine maiorum patricinio statuisse iam vidimus. Sed nunc quærendum est, quo fine & consilio statuerint. Quærenti mihi & diu multumque cogitanti, alia causa nulla occurrit, nisi ut Romanæ Curiæ Simonia excusaretur. Hæc facile colligitur ex delectorum Cardinalium, & aliorum Prælatorum de emendanda Ecclesia Consilio, quod Paulo III. iubente conscriptum atque exhibitum est anno 1538. sic ergo illi Paulum III. alloquuntur &c.* Eadem prope est sententia Pauli Sarpii *in tractatu de beneficiis* §. 51. *p. m.* 333. *Tous les Canonistes & les Casuistes afirment constamment, que tout pacte en matiére de beneficie est simoniaque, quand il se fait sans la participation du Pape; mais que son consentement le rend legitimé; fondez sur céte proposition universelle, que* le Pape ne peut commêtre de simonie en fait de bénéfices; *doctrine, dont le monde n' est pas fort édifié. C' est-pourquoi, quelques Canonistes plus modestes la limitent, en disant, qu' il y a une simonie defendüe par la loi divine; & une autre qui ne l' est, que par la loi humaine: mais avec leur*

Pauli Sarpii.

leur distinction ils ne laissent pas de broncher, car ce qui n' est point mauvais de sa nature, ni defendu de Dieu, ne merite point le nom de simonie: & d' ailleurs, il est superflu de faire une loi humaine, pour ne la pas observer. Et quiconque regardera au fond, sans chercher un prétexte dans les paroles, verra, que l' une & l' autre simonie est défendüe de Dieu. Gonzalez Tellez *ad cap. 8. de Simonia n. 5 p. 80.* adductis variis Canonistarum quoad singulas assertiones testimoniis sic ratiocinatur: Valde controversum esse inter Dd. cui legi simonia opponatur, an videlicet divinæ vel tantum Ecclesiasticæ. Communiter placere, omnem simoniam spiritualium bonorum repugnare juri divino & naturali, idque aperte probari ex præcepto Christi *Matth. 10. Gratis accepistis, gratis date.* Inde Simoniam, quæ committitur in venditione bonorum Ecclesiasticorum, esse jure divino prohibitam. Vendere vero officia mere temporalia pertinentia tantum ad ministerium Ecclesiæ, ut officium Sacristæ, Procuratoris & Advocati non esse Simoniam a jure divino prohibitam, nec esse proprie Simoniam: imo etiam pro simonia à jure divino prohibita habendum esse, si quis emat aut vendat talia, quæ ex dispositione juris humani sunt spiritualia, uti v. g. calices, ornamenta Ecclesiæ, aquam benedictam, quantum ad id, quod est spirituale in iis. Conf. *eund. ad cap. 37. n. 3. p. 119.* Meam sententiam si petas, dicerem: confundere Canonistas peccatum & crimen. Avaritia, vel ambitio sunt vitia, quæ recta ratio & jus naturæ seu divinum pariter ac ipsa S. Scriptura DEO displicere ac peccata mortalia esse dictitat. Tale etiam vitium in actum erumpens erat illud Simonis Magi, & tale vitium etiam est in crimine ambitus Ecclesiastici. At quod hic ambitus crimen sit & in his terris pœna humana, (qualis est omnis, quæ in his terris metu ab hominibus incussu infligitur) coerceatur, id omne sive de ambitu officiorum sacrorum, sive de ambitu officiorum minorum sermo sit, est ex humano jure. Dictum Christi: *gratis accepistis, gratis date,* uti, si de collatione officiorum Ecclesiasticorum loqueretur, probaret quidem collationem pecuniariam vitiosam esse, non tamen probaret, crimen esse, ita jam ab aliis observatum est, Christum non loqui de collatione officii Ecclesiastici,

Tellezii.

Nostra sententia.

aut eſt conventionalis, aut mentalis. (79) Conventionalis (80) eſt, cum aut aliquid datum eſt, (81) vel

ſed de collatione donorum miraculoſorum Spiritus Sancti. Vid. D. Böhmer *d. diſſert. cap. 2. §. 13.* Interim non nego, Canoniſtas fere hanc diſtinctionem excogitaſſe, ut excuſarent & palliarent nundinationes Pontificum, quas tamen hi, ſi ab aliis fiant, dicunt eſſe peccata Simoniaca. Et neſcio, an Launoius magnam apud Pontifices gratiam iniverit, dum magno conatu *cap. 50 p. 204.* item *obſerv. 20. & 21. p. 436.* id agit, ut demonſtret, actus noviorum ſeculorum ſimoniacos plurimos in urbe Roma nec Romanæ Eccleſiæ nec ſedi Apoſtolicæ, ſed Curiæ Romanæ adſcribendos eſſe, item an ſerio hæc ſcripſerit, an metu compulſus, hic diſquirere ſuperſedeo. Ego ſi præſens eſſet, ex ipſo hoc unicum quærerem. Utrum Curia Romana dependeat a Papa, an Papa a Curia? T.

An detur tertia ſpecies realis?

(79) I. Triplicem facit Gvilielmus Redoanus, mentalem, conventionalem & realem. Realem autem vocat ipſam collationem vel acceptionem ſpiritualium actualem non gratuitam. Et hanc ſub conventionali hic autor comprehendit. Z.

Uſus quæſtionis.

II. Uſus hujus quæſtionis in eo conſiſtit, an ad diverſos effectus ſufficiat conſtituere duas ſpecies ita, ut ſub ſimonia conventionali realis etiam contineatur, an diverſus ſit effectus conventionalis & realis. Mentalis Simonia jure Pontificio pro crimine Simoniæ non habetur nec punitur, ſed ſolum pœnitentia delinquenti confitenti eam injungitur *cap. tua nos in fine & cap. ult. h. t.* Conventionalis vero, ſive jam reipſa ſimul aliquid datum ſit, ſive ſaltem promiſſum, pro crimine ſimoniæ habetur. Sunt tamen quidam Canoniſtæ, qui de reali id ſaltem concedunt, non vero de conventionali, contra quos diſputat Tellez *ad cap. 12. §. 3. & 5. h. t.* Et hi eam ob cauſam tres ſpecies ſimoniæ docuerunt. T.

Nova diſtinctio ſimoniæ conventionalis.

(80) Conventionalis nuda dicitur Redoano, quando fuit facta inter aliquos conventio ſuper ſpiritualibus ſimoniaca, nulla tamen ſecuta aut interveniente rei traditione. Præter hanc tamen faciunt alii

vel de dando in posterum tractatus intercesserit, & conventio. Mentalis est, cum nullum quidem intercessit factum, (82) *b*) sed sola prava dantis, aut recipientis mens & intentio concurrit: & propterea rudi, sed congruenti vocabulo mentalis appellatur. (83) *b) ext. com. 2. eod. tit.*

Cujuscunque muneris receptione simonia contrahitur. Et appellatione pecuniæ continetur, quidquid homines habent in terra.

§. 3.

alii conventionalem mixtam, quando scilicet una pars dedit precium, & altera nondum tradidit rem spiritualem, vel contra. Andr. Vallens. *tit. de Simonia* §. *3. n. 2.* Conventionalem nudam, sive promissionem absque animo tradendi vel se obligandi ad rem ipsam tradendam, non esse verè simoniam, sed fictam tantum, contendit Escobarius *tr. 6. ex. 2. n. 14.* Hac ratione faciunt Jesuitæ, ut dum simonia fraude cumulatur, sine simonia tamen & pecunia sacerdotium acquiratur. Z.

(81) Scilicet non pure, sed cum conditione ut munus Ecclesiasticum conferatur. *Vid.* §. *14. hic.* T. *Declaratio.*

(82) Hanc non esse proprie Simoniam jure Ecclesiastico prohibitam dicit Redoanus *part. 1. c. 2.* sed tantum peccatum in Deum. Itaque Simoniam mentalem ita definit, quod sit studiosa voluntas emendi vel vendendi spiritualia aut spiritualibus annexa opere subsecuto. Conf. eund. *c. 3. n. 6.* Didac. Spino a Caceres *in specul. testamentor. gloss. 7. n. 4. seq.* Et in hac sententia etiam videtur esse autor, dum ait: *sed sola prava dantis aut recipientis mens & intentio concurrit* sc. cum ipso opere subsecuto. Et hac ratione in verbis antecedentibus pro vocabulo FACTUM legendum esse videtur, PACTUM, ut contradistinguatur Simoniæ conventionali. Z. *Pro factum legendum esse pactum.*

(83) Diximus jam, mentalem Simoniam jure Canonico non puniri. Adde Tellez *ad cap. ult. h. t.* Moreau *cap. 9. p. 211.* T. *Mentalis non punitur.*

Z (10) 2 *ad*

c) *gl. 1. in sum. 1. q. 1. c. sunt nonnullis 1. q. 1.*

§. 3. Contrahitur c) autem simonia, non modo cum pecunia ipsa (84) pro re sacra datur, aut recipitur, vel de danda & recipienda tacite, (85) vel expresse conventum fuerit: verum etiam, cum dans a lingua, (86) vel obsequio (87) recipientis munus exigit.

ad §. 3.

Declaratio. (84) Utuntur hic Canonistæ generali vocabulo precii, idque triplex faciunt, quod scilicet consistat istud in munere vel a manu, vel ab obsequio, vel a lingua. Sub munere a manu comprehendunt omnes res temporales precio æstimabiles, etiam remissionem debiti. Z.

Dubium de conventione tacita. (85) Sed quid hoc est, tacite convenire de danda vel recipienda pecunia? Nam hoc paragrapho videtur Lancelottus conventionalis simoniæ, quatenus mentali opponitur naturam distinctius explicare voluisse. Alias sub conventione tacita intellexissem simoniam mentalem, quamvis & ibi non sit conventio tacita de danda vel recipienda pecunia, sed datio vel receptio expressa sub tacita intentione dandi vel acquirendi munus Ecclesiasticum. Nec potest hic etiam per conventionem tacitam intelligi munus a lingua vel obsequio, quia de his in linea subsequente demum agit. Ergo si non is sensus Autoris est, quod per expressam conventionem intelligat ubi uterque expressis verbis de conferendo officio pro dato vel dando pretio consensum declaraverit, per tacitam vero, ubi saltem alteruter id fecit, altero tacente, vel alio facto absque verbis consensum suum declarante; nescio, quid dicere voluerit. T.

Munus a lingua. (86) Quo pertinent, laus, vituperatio, patrocinium advocati, intercessio & commendatio apud principem; si talia promissa fuerint. Z.

Munus ab obsequio. (87) Scilicet ut ministerium aliquod in rebus temporalibus præstetur, imo etiam si convenit, ut præstetur in spiritualibus. Vid. H. Zoës. *tit. de Simon. n. 77.* Z.

(88)

git. Cum enim ſpiritualia tribuens, manus ab omni munere (88) excutere debeat, id tunc facere intelli-gi-

(88) Autor primus hujus diſtinctionis eſt Gregorius Magnus, quem poſtea ſecutus eſt Gregorius ſeptimus, & hunc deinceps alii. Vide Launoium *c. 7. p. 17. c. 24. p. 104. ſeq. & obſerv. 6. p. 273. ſeq.* Gregorii Magni locum decreto inſeruit Gratianus *can. ſunt nonnulli 114. C. 1. q. 1. Sunt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen ſacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis ſolummodo retributionem quærunt. Hi nimirum, quod gratis acceptum eſt, gratis non tribuunt, quia de impenſo officio ſanctitatis nummum expetunt favoris. Unde bene cum juſtum virum deſcriberet Propheta, ait: Qui excutit manus ſuas ab omni munere. Neque enim dicit: Qui excutit manus ſuas a munere; ſed adiunxit, ab omni: quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obſequio, eſt ſubiectio indebite impenſa; munus a manu, pecunia eſt; munus a lingua favor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non ſolum nullam pecuniam, ſed nec etiam humanam gratiam requirit.* Verba Gregorii VII. *ex epiſtola 34. libri 6.* hæc ſunt: *Inclinati precibus tuis confirmamus primatum ſuper quatuor provincias Lugdunenſi Eccleſiæ tuæ, & per eam tibi, ſucceſſoribusque tuis his tantum, qui nullo interveniente munere electi vel promoti fuerint, videlicet a manu, ab obſequio, & a lingua; a manu, ut nullum pretium prorſus a ſe vel ab aliquo tribuatur; ab obſequio, ut nihil inde ſervitii faciat, ſicut quidam intentione Eccleſiæ prælationem potentibus perſonis ſolent deferre, a lingua ut neque per ſe, neque per ſubmiſſum perſonam preces effundat.* Sed tamen initio notarem ſalvis manibus Gregoriorum, munus a lingua & munus ab obſequio eſſe munera valde improprie dicta ſecun-dum

Autores hujus diſtinctionis.

Improprietas muneris a manu & obſequio.

gitur, cum pro divinis rebus non solum pecuniam nul-

dum usum non solum latinæ, sed etiam aliarum linguarum, adeoque Prophetam verosimiliter dum dicit virum justum excutere manus suas ab omni munere nihil minus cogitasse, quam ut sub voce *omni* intelligeret excussionem manus a munere linguæ & obsequii, inprimis cum munus linguæ non manibus accipiatur, sed auribus. Unde si non catachresi, certe tropi duritie notabili, a catachresi parum differente hic usum esse Gregorium Magnum quis negare posset? Deinde munus a lingua & obsequio sunt termini valde obscuri. Unde non solum sub munere a lingua comprehenduntur ea, quæ Zieglerus *nota 86.* eo retulit & quæ Gregorius M. sub voce favoris & gratiæ innuisse videtur, sed etiam ex interpretatione Gregorii VII. preces candidatorum, & adulationes, uti Moreau *cap. 2. p. 23. seq.* notavit. Munus ab obsequio adhuc obscurius est, vid. Tellez *ad c. 11. h. t. n. 4. ad cap. 12. n. 2. ad c. 16. n. 2. seq. & ad cap. 42. n. 3.* Moreau *d. c. 2. p. 33. seq.* item *p. 43. seq.* Et maxime sapit arcana papismi, dum Canonistæ sub munere ab obsequio volunt etiam comprehendi homagium, quod olim Episcopi præstabant Regibus & Imperatoribus. Vid. Tellez. *ad d. c. 16. p. 95. seq.* Unde jam Zieglerus *de Episc. lib. 2. c. 5. §. 35.* notavit: Fieri posse ut omnes istiusmodi species saltem interpretative, uti loquuntur Canonistæ, concurrant. Sic enim explicare Gofridum Vindocinensem promissiones, quas pro consecratione sub nomine professionis Abbates facere solebant Episcopis, dum inquit *Epist. 205. Sunt quidam Episcopi, qui pro benedictionibus Abbatum sub nomine professionis ab eis exigunt, quod est Christianæ professioni valde contrarium &c. Ita neque veritate, neque auctoritate inventa, sed consuetudine, & hominum cupiditate reperta, triplici genere simoniæ contra sanctam Ecclesiam iaculatur; quoniam simonia a lingua, simonia a manu, simonia ab obsequio ibi committitur. Est a lingua, cum publice recitatur illa promissio: fit a manu, quando charta, qua conti-*

Obscuritas horum terminorum.

nullam, sed nec humanum obsequium, aut gratiam ali-

---

tinetur scripta ponitur super altare: fit ab obsequio, cum ipsum male promissum subiectionis obsequium servatur. Qui sic agit, forsitan dicit: Pro benedictione non quaero pecuniam. Immo satis amplius exigit, quia hominis personam. Sicut anima plus est, quam corpus, ita corpus simul, & anima, tota videlicet hominis persona, multo plus est, quam eius pecunia, &c. Locum integrum exhibet Tellez *ad cap. 42. h. t. p. 123.* Vides, munus de quo hic agitur secundum priorem hactenus expositam divisionem erat tantum munus ab obsequio. Et tamen iste Autor per novam plane & a priore plane diversam explicationem facit etiam ex eo munus a manu & munus a lingua. Quid est verbis, & quidem satis pueriliter ludere, si hoc non est? Tertio si simonia mentalis non potest puniri, quia non manifestum crimen est, sed cordium scrutatori relinquendum, idem dicendum erit etiam de munere a lingua, potissimum, si id in laudibus & assentationibus consistat. Et quamvis idem dici non possit intuitu obsequiorum, quae pro acquisitione officii Ecclesiastici promittuntur, dici tamen id potest de obsequiis quae pure praestantur antea sine addita conditione obtinendi officii, etsi obsequia praestantes hanc intentionem habeant. Imo ne quidem talia obsequia indistincte pro simonia mentali a jure Canonico habentur. Quorsum pertinet *can. consuluit. ult. in fine dist. 74.* Conf. Tellez *ad cap. 12. h. t. n. 2.* Unde non sine ratione haec distinctio Juris Canonici jam displicuit D. Böhmero *de involucris Simon. detectis cap. 2. §. 19. Sicuti*, inquit, *in voce rerum spiritualium admodum luxuriantur patres, ita quoque in appellatione pretii seu rerum temporalium admodum liberales fuere, quod vel ex divisione munerum a manu, ab obsequio, & a precibus constat. Aperte hic confundit Gregorius M. cui haec divisio debetur, forum externum & internum, cum utique in foro interno nonnunquam is peccare possit, qui illicitis precibus, &*

Munus a lingua & ab obsequio saepius ad simoniam mentalem pertinet.

Alia objectio ad hanc divisionem.

aliquam requirit. Et ficut pro manus impofitione non debet Epifcopus, *d*) ita nec minifter, nec notarius, in ordinatione, pro voce vel calamo, (89) pecu-

d) *can. 1. extra eod. tit.*

& obfequio plus quam fervili utitur, ad officium ecclefiafticum demerendum, fine debita fui ipfius præparatione ad officia facra, adeoque tales in foro externo ambitum nullo modo committunt. Ambire enim munera facra ex ipforum Theologorum hypothefi, per fe non eft vitium, nec quod precibus obtinetur, per fe illicite acquiritur. Hoc non nego, peccari hic poffe in foro interno, fi quis currit, feque ipfum ingerit, fed non eft fimonia. Peccatum potius committit contra DEum, & regulas violat honeftatis, minime iuris transgreditur. Miror autem, quod tantum tres fpecies conftituerit Gregorius M. cum plures alios addere potuiffet, cafus obliquos, quia varii funt anfractus & viæ obliquæ, quibus ad munera ecclefiaftica graffatur. Et ut unicam tantum fpeciem addam, potuiffet, meo quidem indicio, etiam addere munus ab hypocrifi & adulatione, utpote quo ipfi Pontifices non raro fedem papalem ambierunt, quod illi, qui vitas eorum fine fuco fcripferunt, atteftantur. Sed ab hac nova fpecie forfan abftinuit, ne alioquin pofteritas ipfi idem vitium obiiceret, quod fane nimium quantum prodidit. Notum enim eft, quod primatum præ Conftantinopolitano Archi-Epifcopo, qui fe œcumenicum Epifcopum fcripferat, ambiverit, quo ipfo ita irritatus eft, ut non tantum graviffimas querimonias ad Mauritium & Auguftam detulerit, fed etiam fub fpecie humilitatis fe fervum fervorum dixerit. T.

Praxis curiæ Romanæ contraria.

(89) Ita quidem conftitutum legitur in canonibus antiquis, ut fc. Epifcopus gratis manum imponat, minifter gratis evangelicam lectionem legat, notarius gratis epiftolam confirmationis fcribat, *c. nullus Abbas 1. q. 2.* Sed jam fuo tempore de Ecclefia Romana conqueritur Ivo Carnutenfis *epift. 133.* quod cubicularii & miniftri facri

cuniam recipere. Pecuniam vero (90) hoc loco accipiemus, quidquid homines habent: hoc enim nomine adeo omnia continentur, quia antiqui, quidquid ferme habebant in pecoribus habebant. Contrahitur ergo ſimonia, cum quis ſacra quodammodo in commercium deducit. (91)

Po-

ſacri palatii multa exigant a conſecratis Epiſcopis vel Abbatibus, & quod nec calamus nec charta ibi gratis habeatur. Sequentibus temporibus papæ ipſimet ex Notariorum lucro auſi fuerunt participare. Notariatus enim dum magno vendunt precio, id inprimis cauſantur, ut Notarii exactiones faciant ampliores. Promoti igitur & ordinati & Notario mercedem ſolvunt, & collatorem pro ipſa collatione non exigui emolumenti faciunt participem. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccleſ. lib. 9. c. 9.* Fuit tamen jam tum ætate Juſtiniani introductum, ut Epiſcopi, Metropolitani, & ipſi etiam Patriarchæ Ordinatoris Archipresbytero ſive Archi-Diacono certam pecuniæ ſummam darent, qui partem ejus Epiſcopo Ordinatori, partem Clericis miniſtrantibus & Notariis diſtribuebat, eamque pecuniam Juſtinianus ad certam ſummam & legitimum modum coërcuit. *Novell. 123. c. 3.* Qua de re erudite diſſerit Petrus de Marca *de concord. ſacerd. & imp. lib. 8. c. 13. n. 8.* Z.

(90) Ita etiam quandoque accipitur in jure civili *l. 2. C. de conſtitut. pecun.* Vid. Pinell. *ad rubric. Cod. de reſcind. vend. part. 1. c. 3. n. 10.* Joh. Gœdd. *ad l. 4. n. 7. ff. de V. S.* Z. *Pecuniæ ſignificatus laxior.*

(91) Etiam de jure civili res ſacræ extra commercium eſſe jubentur. *§. 7. Inſt. de rer. diviſ.* Sed ipſi tamen inter ſe diſſentiunt adhuc Pontificii, quatenus accipere pecuniam liceat ob rem ſpiritualem. In Concilio Tridentino tres invaluerunt ſententiæ, referente Petr. Svav. *lib. 5.* Una fuit Epiſcopi Feltrenſis, qui tenuit, non eſſe incommodum accipere pecuniam propter uſum poteſtatis ſpiritualis, modo non ſit loco precii, ſed ob alium aliquem reſpectum, *Luſus Pontificiorum in expoſitione Simoniæ.*

A (11) Altera

Ponit plura capita, ex quibus committitur simonia.

§. 4.

Altera Episcopi Setinensis, id nullo modo, neque ulla conditione licere, & tam dare pecuniam, quam accipere detestandam esse Simoniam. Tertia Episcopi Senogalliensis, media inter utramque, esse quidem licitum, sed certis tantum temporibus & certis conditionibus. Sequentibus temporibus strenue laborarunt Moralistæ, ut in genere licitorum ponerent talem rerum spiritualium nundinationem. *Dupliciter*, inquit Gregorius de Valentia *tom. 3. disp. 6. qv. 16. p. 3. p. 2044. potest quis conferre spirituale propter temporale, principaliter & tanquam propter finem. Uno modo, si temporale æstimet pluris, quam ipsum spirituale, & tunc omnino committit talis simoniam. Altero modo potest quis conferre spirituale propter temporale principaliter tanquam propter finem, ita ut temporale apud eum non sit finis ipsius rei spiritualis. Quasi temporale pluris ab eo, quam spirituale æstimetur; sed tantummodo voluntatis sive applicationis animi ad actum conferendi spirituale: & hoc non est simonia.* Et paulo post: *Cum petitur temporale pro spirituali non tanquam precium debitum ex justitia, sed tanquam finis applicationis animi ad conferendum spirituale, minime erit Simonia, etiamsi principaliter intendatur & expectetur.* Eadem est sententia Tanneri Jesuitæ: *Quando*, inquit ille, *datur spirituale propter temporale vel contra, solum tanquam propter motivum aut solum ex gratitudine, & per aliquam compensationem gratuitam, non accidit simonia, saltem in foro conscientiæ, atque id procedere* ait, *tametsi temporale sit principale motivum danti spirituale, imo etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quam res spiritualis.* Plura jam non adduco, quæ tamen videri possunt apud Ludovic. Montalt. *epist. provincial. 12.* Atque hinc diversimode phrasin istam, *propter pecuniam* vel *ob pecuniam* interpretantur, ita ut aliquan-

§. 4. Sed *e)* & tunc quoque simonia committi dicitur, cum quid pro personis ecclesiasticis deducendis in sedem, (92) vel sacerdotibus instituendis, (93)

e) cap. non satis & c. seq. extr. eod. tit.

quando pretium simoniacum innuat, aliquando nullam plane simoniam denotet, quando scil. pecunia nec datur nec petitur, ut precium, sed tantum intervenit, ut motivum superandi difficultates, quæ alias præsto sunt. Renat. a Valle *in Hiparch. num. 139.* Patet autem ex his, quam faciles hodie sint Moralistæ in refigendis legibus tum divinis, tum Ecclesiasticis; nec prohibitum quid tam severe esse, quod non sub futili aliqua restrictione licitum faciant morum formatores hodierni. Z.

ad §. 4.

Nec cohaeret Jus Canonicum in doctrina de annatis.

(92) Antiqua hæc est Ecclesiæ corruptela, quam etiam suo seculo peculiari constitutione notavit Imperator Justinianus *Novell. 123. cap. 16.* permittens tamen nonnihil ordinantium ministrantibus. Sed nec hodie quidem Simoniacam suam avaritiam excusare potest Ecclesia Romana, præsertim ubi de redemptione pallii, exactione annatarum, & aliis ejusmodi pluribus rationes reddere debet. De annatis vid Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 9. c 9. n. 65. seq.* imprimis vero Petrus de Marca *lib. 6. de concord. sacerd. & imp. c. 12.* qui dum accurate omnia examinat, in hac materia non invenit, ubi subsistat firmiter & animum dubium convincat. Præmittit, duo esse genera Simoniæ, alterum jure divino vetitum esse, idque in eo consistere, si quis aliquod precium temporale recipiat pro re quapiam sacra; alterum vero jure Ecclesiastico introductum esse, quando scilicet res DEI ministerio consecratæ aut pro sustentatione Presbyterorum dedicatæ venduntur. *Priscis*, inquit, *temporibus, quando videlicet ordinationis vocabulo comprehendebantur impositio manuum & provisio beneficii, inutilis erat illa distinctio, quia is, qui Simoniam committebat, in veræ Simoniæ crimen* (h. e. primum genus) *incidebat.* Jam pergit: *Si ratio*

tio habeatur prisci moris & autoritatis antiquorum Patrum, pura est Simonia, si quis, etiam post ordinationem, pecuniam recipiat; at si novi juris ratio habeatur, Annatæ liberari possunt a suspicione Simoniæ. Sequitur ergo ex his verbis, jure novo Ecclesiastico licitum fieri posse, quod jure divino illicitum est, & sic peccatum jure divino prohibitum ex Pontificis interpretatione committi posse sine ullo reatu. Audiamus, ut excusari possit: *Secundum ius novum*, inquit, *quod auctoritatem addidit tributis, quæ beneficiorum possessoribus imperantur pro necessitatibus Ecclesiæ Romanæ & sustentatione Cardinalium, annatæ ab Episcopatibus exactæ liberari quidem possunt a crimine Simoniæ, sed non a vitio avaritiæ.* (istud avaritiæ vitium, ut in sequentibus audiemus, consistit in modo exigendi, sed quem ex consuetudine excusat) *Nam post conditum illud ius Curia Romana novo prætextu usa est ad exigendas annatas, impositionis videlicet & subsidii; cum antea id non soleret, nondum videlicet evulgato Ecclesiæ Romanæ arcano, posse eam tributa imperare singulis Ecclesiis. . . . Tanti autem ponderis visa est hæc ratio Johanni Gersoni, ut coactus sit excogitare distinctionem quandam, quæ in eius operibus extat, qua concederet, annatas quidem legitime solvi posse, sed modum eas exigendi non posse tolerari. Annatas tolerat titulo subventionis; sed eas Simoniæ suspicione laborare ait, si possessio aut exercitium beneficii impediatur, donec pecunia fuerit persoluta. . . . Quare paulo audacior Gersone censeo, æquum non esse, ut priscam severitatem mordicus teneamus* (severitatem istam antea ex Scriptura & Doctorum Ecclesiæ sententiis deduxerat, atque eam nunc seponit) *quoad annatas, quas Episcopi solvunt, cum eæ obnoxiæ sint interpretationi, quæ ipsas liberat a vitio Simoniæ, titulo videlicet subventionis.* (Quis vero nunc Sedi Romanæ Simoniæ crimen imputare velit, cum nihil non titulo subventionis exigere valeat? adeo ut, num perpetrari a Papa tale crimen unquam possit, merito dubitare liceat.) *Modus quippe adigendi ad earum solutionem, retentis videlicet bullis* (quem unicum reprehenderat Gerson) *qui erat lapis scandali tempore Concilio-*

(93) aut sepeliendis mortuis, (94) seu pro nubentium

liorum Constantiensis & Basileensis, in consuetudinem versus est absque ulla conquestione Prælatorum, aut Principum, qui solutioni huic consenserunt sub titulo subventionis. Ea videlicet ratione tollitur omnis suspicio Simoniæ, quandoquidem alio titulo reali & legitimo solvuntur, cuius natura mutari non potest ob modum, qui observatur in solutione. --- Immanis quippe & horrenda confusio turbaret Ecclesiam, si omnes istæ promotiones essent Simoniacæ. Papa quippe esset irregularis, & Episcopis omnibus interdictum esset functionibus sui ministerii. Neque opponi posset, Papam conferendo beneficium dispensare ab hoc vitio, quia Simonia hæc, si ulla in eo esset, iuri divino, super quo dispensari non potest, repugnaret, & præterea Papa non posset dispensare super crimine, quod ipse committeret. Hactenus Marca, qui mihi videtur, si liceret, fateri velle, exactiones istas Paparum non fieri sine crimine Simoniæ. Tam tortuosis enim utitur anfractibus, & tam molliter incedit, ut Romanam sedem sæpe haud leviter perstringat, apertius facturus, si per religionem, quam profitetur, non prohiberetur. Z.

(93) Historiam de origine annatarum & controversia inde orta succincte exponit Paulus Sarpius de beneficiis § *38. p. m. 252. ad p. 261. Jean XXII. inventa aussi les Annates, imposition sur les bénéfices, de laquelle on ne s'étoit jamais avisé, & qui, durant quelque tems, causa des grans scandales. Lorsque les Empereurs & les Rois conféroient les bénefices, si ceux, qui y aspiroient, leur faisoient quelque don, ou convenoient de leur donner une partie des fruits & des revenus des bénéfices, qu'ils demandoient, les Papes crioient aves invective, que cela étoit défendu, aléguant ce passage de l'Evangile,* gratis accepistis, gratis date; *ils apelloient cete convention une vente de choses spirituelles, un contract simoniaque; quelques Papes la traitoient mê-* *Origo & controversia de justitia annatarum ex Sarpio.*

 me

me d' hérésie, quoi qu' en ce temps là il y eût des gens, qui rasiroient, en disant, que le ministère de Jesus Christ, qui consiste à lier & à delier, étoit une chose differente de la possession du temporel, qui est jointe au bénéfice; & qu' en reconnoissance de ce temporerel il n' y avoit nul inconvénient, que le Prince en reçust quelque portion pour les besoins de son Etat, & cela fut même agité dans une dispute solennelle. Mais cette réponse ne contentoit point les gens pieux & savans : car bien que le revenu des bénéfices soit une chose temporelle, néanmoins le droit, ou le titre, en vertu duquel on les posséde, est une chose spirituelle. Aussi crut-on alors, & croit-on encore maintenant; que les Papes avoient raison de condamner cet usage, & de l' appeller simonie. Et ce fut le premier pretexte, qui se prit, pour ôter la collation des bénéfices aux Princes. Mais aprés que les Papes eurent aquis, par les moiens que j' ai dits, une grande partie de l' autorité, dont ils avoient dépoüillé les Empereurs, Jean XXII. ordonna en 1316. que, par l' espace de trois ans, quiconque obtiendroit un bénéfice de plus de 24. ducats de rente, paieroit le revenu d' une anée pour l' expédition des ses bulles; ce qui ne laissa pas d' être continué par lui même, au bout des trois ans, & puis par ses successeurs, quoi qu' il y fût mis opofition en divers lieux, dont quelques-uns convinrent de paier seulement la moitié de l' Annate, *& quelques autres, de ne la paier, que pour certains bénéfices, sans être obligez à rien pour tous les autres. Céte taxe fut jugée tres onéreuse pour les familles particuliéres, dautant que l'* Annate *étant paiée des deniers domestiques, il y avoit danger, que le bénéficier ne mourût avant que de les avoir remplacez. Les Princes pareillement la tenoient pour tres-préjudiciable à leurs Etats, d' où elle faisoit sortir tant d' argent, sans qu' il leur en revint aucune utilité; outre que céte exaction aiant pour compagnes les depenses, qui se font en bulles, en dispenses, & en presens qui les précédent, l' argent, qui est le nerf de la puissance, s' en va sans retourner jamais, comme il fait par la voie des autres marchandises. Quand le Pape in-*

introduisit céte nouveauté, les gens du commun n' eurent pas l' esprit de voir, quelle diférence il y avoit entre ce païement & celui, qui avoit été si fort blamé au tems, que les Princes conféroient les bénéfices. Mais tous les savans la condamnérent comme simoniaque, dés le commencement de son établissement. Dans la suite du tems, quelques Docteurs cherchérent à la justifier, mais ils se partagérent : les uns la censurérent comme illégitime, simoniaque, & prohibée par les loix divines & humaines; les autres la loüoient comme permise, & même nécessaire, & comme un droit dû au Pape, jusqu' à soûtenir, que le Pape peut demander, non seulement une annate, *mais encore davantage, comme étant le maître absolu de tous les fruits sans exception. D' autres ajoutent encore, que, quelque contract que le Pape fasse, dans la collation des bénéfices, il ne sauroit commétre de simonie; Et véritablement, s' il étoit maître des biens éclesiastiques, comme ils disent, la consequence seroit toute claire, tout homme pouvant contracter & disposer de son propre bien, comme il lui plaît, sans faire tort à personne. Mais il semble, que ni Dieu, ni le monde, n' en tombent d' accord. Au reste, Jean. XXII. fut si apliqué à faire tout valoir, qu' en vint ans de Pontificat il amassa un tresor immense; & quoi qu' il n' eût pas été plus ménager, ni moins libéral, que ses prédécesseurs, il laissa pourtant vint cinq millions, à sa mort. Jean Villani raconte, que le Sacré Collége donna à un sien frére la commission de faire l' inventaire des deniers de ce Pape, & qu' il trouva dix-huit millions en argent monnoié, & la valeur de sept millions en vaisselle & lingots. L'* Annate, *au tems de son institution, ne se païoit, que pour l' expédition des bulles des bénéfices, qui se conféroient; mais, depuis, tous les bénéfices, qui, pour être unis aux Monastéres, & aux Hôpitaux, ne vaquent jamais, furent obligez à la païer tous les quinze ans; d' où céte imposition fut appellée le* Quinzain. *Paul II. ne l' établit, que pour le bénéfices unis par les Papes, depuis l' an 1417. mais Paul IV. l' etendit à tous les bénéfices unis avant ce tems-là; & Sixte*

V.

V. y comprit, non seulement ceux, qui avoiént été unis par le Siége Apostolique, mais encore ceux, qui le seroient par les Légats, les Nonces, les Evêques, & tous autres. Mais pour revenir à la premiére origine des Annates, ceux qui s' oposérent à l' invention de Jean XXII. à dessein d' empêcher, qu' elle ne passât plus avant, n' obtinrent point ce qu' ils prétendoient, &c. Adde etiam, quæ sequuntur ibidem §. *39*. & quæ latius differit ea de re Launoius *d. tract obs. 12. ad 17. à p. 312. ad p. 401.* Si dicendum, quod res est, vitium, quod annatas a Papis exactas defenderint Canonistæ non in eo consistit, quod dixerint in Annatis non latere crimen Simoniæ, sed quod ex falsis suis & supra rejectis principiis de Simonia impugnaverint hoc jus redituum ex bonis Episcopalibus jure suo olim a Regibus & Principibus sibi vindicatum, & postea ablato Regibus hoc jure de facto, sibi tamen id sub novo annatarum titulo tribuerint Pontifices, & adversus se postea doctrinas antea juri Regio oppositas valere non voluerint, & distinctionibus quibusque frivolis principia sua hactenus defensa limitare voluerint. Revera enim ex nostris principiis annatas nec dari pro re spirituali, & ne quidem ad crimen ambitus referri posse ex eo patet, quia supra jam ostendimus, simoniam Canonistarum esse non ens, & quia hi reditus sive a Regibus, sive a Pontificibus percipiantur, non dantur a candidatis sub conventione de obtinendo munere Ecclesiastico ad alliciendam peculiarem gratiam & corrumpendum judicium conferentium, sed post collatum officicium conferentes eas exigunt, ab invitis etiam personis Ecclesiasticis ex jure plane peculiari. Unde Burnetus in Historia Reformationis Anglicanæ *lib. 2. p. m. 175.* narrat, quod reformatio incœperit per interdictum, quod Pontifici Annatæ non amplius sint solvendæ, non sub prætextu Simoniæ, sed quod Papæ nullum jus allegare possent, ex quo possint prætendere hos reditus ex regionibus exteris cum maximo rerumpublicarum damno. Adde Dn. Ludewig *differt. de jure Annatarum*, ubi *cap. 1. §. 8. seq.* originem annatarum magna cum cura inquirit, *in cap. 2.* latius probat, annatis non committi crimen Simoniæ, *in cap. 3.* denique ostendit jus annatarum competere principibus Evangelicis. T.

Judicium nostrum de hac controversia.

tium benedictionibus (95) accipitur.(96) Is quoque, qui pro

(94) I. Vid. quæ dixi supr. *ad tit. 24. lib. 2. sub fin.* Z. *Remissiones.*
II. Vide etiam quæ ibidem notavi nota *776. p. 1110. seq.* Adde D. Böhmeri dissert. *de involucris Sim. detectis, c. 2. §. 28.* T.

(95) Sed in his talibus multas admittunt limitationes Doctores Pontificii. E. g. si ministro sumptus desint, permittunt ei, ut aliquid pro ministratione spiritualium exigat, nec tamen attendi volunt, si Sacerdos aliunde habeat, quo ali possit, quia scilicet nemo suis stipendiis militare teneatur. Neque committi Simoniam dicunt, quando accipitur aliquid pro obligatione manendi in tali loco, celebrandi tali hora & similibus, aut etiam quando consuetudo invaluit, ut aliquid detur. Vid. Augustin. Barbos. *ad c. 27. X. de Simonia.* Hac igitur ratione oppido facile erit, excogitare rationem, qua quis motus pecuniam accipere licite poterit, quaque se ab simoniæ vitio purgabit. Non tamen negamus, Clericos stipendium, ut sustententur, recipere non prohiberi, Dominic. Soto *de just. & jur. lib. 9. qv. 6. art. 7.* Ad sustentationem autem pertinet non tantum cibus & potus, sed quicquid ad victum & vestitum necessarium est. Cajetan. *in 2. 2. qv. 100. art. 2.* Z. *Observationes variæ.*

(96) Huc pertinent omnes actus ministeriales sacri, v. g. usus clavium & absolutio. Conf. Launoium, *obs. 7. p. 284.* De his ita D. Böhmer. *d. l. § 22. Ad alteram nunc pergo rerum spiritualium classem, quando nimirum pecunia datur pro ministerio speciali, ad cultum divinum directo. Huc referunt, si pro absolutione, baptismo, S. cœna, precibus ecclesiasticis, copula sacerdotali, concione funebri, chrismate, aliisque actibus sacris similibus aliquid ministranti offertur. Verum, quod ingenue fateor, ne vestigium quidem simoniæ, aut aliud peccati hic deprehendo. Neque enim (1) hic venduntur aut venalia habentur dona Spiritus S. extraordinaria, ut plus licitanti cedant. Ministerium, quod in his rebus divinis pastores exhibent, est* *De salariis & accidentibus clericorum.*

 utique

utique tale officium, quod tum salario, tum quodam honorario compensari potest. Illud quidem generatim pro officio, quod præstant; hoc vero pro ministerio speciatim alicui præstito solvitur. Utrumque æquum, justum, nec a pietate alienum est. Impium est asserere, iura stolæ, uti vocantur, vel accidentalia, nundinationem rerum spiritualium esse. Revera enim nil nisi mera sunt honoraria, non pretium venditionis, nec pro illis sacra emuntur, aut venduntur. Si quid aliquando hic peccatur, peccatum non est a parte dantis, sed rigide hæc accidentia exigentis. Præterea, qui ecclesiæ ministris aliquid pro ministerio speciali offerunt, aut ex more solvunt; neutiquam res sacras emere intendunt, nec ullus tam barbarus aut stupidus erit, qui absolutionem, baptismum & similes ministerii actus, mercem venalem esse, non alii patentem, quam qui pretium offert, dixerit. Et si avari, sordidique aliquando hic excedunt, id abusibus imputandum. Cum etiam stipendiorum seu salariorum, quæ præbentur Clero in Papatu & ministris Ecclesiarum nostrarum mentionem fecerit Zieglerus nota præcedente, quorum accessoria vocantur communi stilo accidentia, & vero tam de salariis, quam de accidentibus non conveniant unanimiter etiam Doctores nostri, videri poterunt, quæ in utramque partem de hac quæstione disputantur ap. Dn. Ludewig, *d. dissert. de iure annatarum cap. 1. §. 3. & 4.* Gerhard. Wilderman. in tractatu, cui titulus: Die grosse Diana der Epheser, da man unter dem Schein des Gottes-Diensts zeitlichen Nutzen und Gewinn meinet, fürhat, und suchet; oder von Accidentien der Prediger, wie dieselbe an verschiedenen Oertern in gemeinen Gebrauch, Schwange und Zwange sind, edito anno 1693. Dn. Böhmerum *d. dissert. de iur. Sim. det. §. 23. 24. 25.*

Mea sententia. Meam sententiam distincte proposui in dissertatione de officio Principis Evangelici circa augenda Salaria ministrorum Ecclesiæ; ubi ostendi §. *3. usque ad* §. *43.* ab oforibus ministerii confundi excessum Cleri Papalis quoad divitias, cum subsequente defectu apud Protestantes ratione inopiæ, hodie non diminuto, sed aucto, item statum ministerii cum paucis singulis, extremæ inopiæ,

cum

cum comparatione inopiæ ad alios æqualis vel minoris dignitatis, pariter confundi; ulterius Doctores Ecclesiæ, cum Clericis minorum ordinum vel cum Canonicis, denique indigentiam diversorum graduum confundi; tum, justitiam salariorum ministerii Ecclesiastici cavillationibus apertis traduci, occasione calumniandi arrepta ex nimio studio nostrorum cumulandi ac miscendi argumenta diversi ponderis. Hinc melius esse, in hac controversia abstinere ab exemplis tam profanis, quam ex historia sacra desumtis; ut & a dictis scripturæ, (cum decisio quæstionis non pendeat a revelatione sed a dictamine rectæ rationis;) item a jure humano, tam Justinianeo & Canonico, quam ordinationibus Principum Evangelicorum; multo magis ab autoritatibus Patrum, Theologorum, JCtorum. Alia tamen methodo procedendum esse cum doctrinæ cupidis, alia cum hostibus ministerii, quorum characterem ibidem depinxi. His præmissis proposui thesin veram de sustentatione ministerii Ecclesiastici, & antithesin osorum ejus, & ostendi, adversariis incumbere onus probandi, non defensoribus ministerii, sed deesse illis rationes, imo nullas ab iis proferri, nisi quod subinde dicta scripturæ contorte exposita in ore habeant. Ex abundanti tamen addidi probationem theseos desumtam a necessitate cultus religiosi in Republica, inde fluere obligationem Principum, ut prospiciant sacerdotibus & doctoribus de sustentatione, & monstravi, in quo consistat error Paganorum & abusus sacerdotum Judaicorum, & quod primæva obligatio imperantium ad sustentandos ministros Ecclesiæ initio doctrinæ Evangelicæ & tempore reformationis quasi revixerit, non obstante, quod Christus per viros non honoratos & pauperes doctrinæ Christianæ prima fundamenta jecerit. Adjeci porro observationes varias de damnis ex neglectu illius obligationis in Rempublicam reduntantibus, nempe 1) de neglectu studii Theologici intuitu nobilium, & ingeniorum excitatorum, 2) de affluentia multorum vilium & pauperum, laborare nolentium, 3) de auctis inde in Ecclesia & Republica malis moribus, scandalis, rixis, turbis, ipso atheismo, 4) de aliis incommodis & damnis pluribus Reipublicæ & Ecclesiæ. Et quamvis ad damna illa emendanda accidentia quæ

pro electione (97) præmia largitur, quia per electionem

dicuntur, inventa sint, ea tamen ad hanc emendationem non esse sufficientia. Denique monstravi fructus varios ex augmentatione sufficiente salariorum Ecclesiasticorum sperandos. Corollarii loco adjeci monitum de diversa intentione osorum & defensorum status Ecclesiastici, dum nævos hunc statum afficientes commemorant, ac ad novam objectionem, quod æqualia damna metuenda sint, si succurratur indigentiæ ministrorum, & ad novam instantiam de republica in periculum non conjicienda, respondi. T.

Nihil interest, sive quis pecuniam propter ordinationem sive propter electionem accipiat.

(97) I. Erit igitur electio Simoniaca, non tantum quando pecunia datur pro suffragiis, sed etiam quando Electores conveniunt, ut alter suffragetur uni in una electione, quia alter suffragabitur alteri in alia. it. si electores accipiant pecuniam, ne indignum eligant, ut hac ratione ille, qui solus dignus videtur, eligatur, it. si dignus offerat digniori pecuniam, ut ab oppositione aut petitione sua desistat, de quibus vid. Aug. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. c. 19. n. 256. seq.* Hoc autem paragrapho occurrere voluit autor pravæ illorum interpretationi, qui solam ordinationem aut consecrationem Simoniæ vitio affici, electionem vero per acceptum precium nequaquam Simoniacam fieri contendebant. Plane utramque partem & electionis & ordinationis simoniæ crimini obnoxiam esse docent Leonis Imp. verba in *l. 31. Cod. de Episc. & Cler.* quæ hæc sunt: *si quis hanc sanctam & venerandam antistitis sedem pecuniæ interventu subiisse, aut si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis & læsæ majestatis accusatione proposita a gradu Sacerdotii retrahatur &c.* Z.

Quod declaratur.

II. Distingue: quatenus ambitus officiorum Ecclesiasticorum prohibitus est, eatenus recte se habet observatio præcedens. At Simonia vera non est acceptio pecuniæ tam pro ordinatione, quam pro electione, per toties dicta. T.

(98)

nem pervenitur ad consecrationem, (98) perinde simoniacus habebitur, ac si pro consecratione munera dedisset.

Simoniace dicitur quis electus, etiamsi quid ignorante eo datum fuerit, vel promissum.

§. 5. Nec distinguemus, f) sciente, an ignorante eo, qui promissionis, vel dationis alicujus interventu postmodum electus fuit, promissum quid, vel datum fuerit: quamvis enim electus tempore dationis, vel promissionis conscius non fuerit, non propterea minus electio reprobanda erit. (99) *f) c. nobis fuit, extr. eod. tit.*

Episcopus non potest dispensare cum electo simoniace, licet ignoranter, sed bene super asservatione beneficii simplicis, prævia tamen resignatione.

§. 6. Sed videamus, an post reprobatam electionem cum eo super prælatione, ad quam quis sic ele-

(98) Si tamen simonia commissa fuerit in consecratione, propter quam ea irrita existat, quæritur, nnm ex hoc irrita etiam fiat electio. Barbos. *d. l. n. 266.* negat. Sed ex verbis Leonis modo adductis, constat, etiam eum, qui ordinatus est, tantum simoniace a gradu Sacerdotii retrahi, & hoc honore privari, & perpetuæ infamiæ damnari debere. Et antiquitus χειροτονίας vocabulum non consecrationem tantum, sed etiam electionem comprehendebat. Z. *Quæstio affinis.*

ad §. 5.

(99) Etsi enim extra culpam sit electus, electio tamen ex vitio eligentis fit vitiosa ita scilicet, ut electus privetur ipso jure, & teneatur cedere beneficio, quam primum sciverit, fructusque non consumptos reddere. Add. Joh. Bapt. Costa *de fact. scient. & ignor. cent. 2. dist. 11. n. 25. 26.* Z. *Responsio ad rationem dubitandi,*

electus fuerit, possit episcopus dispensare, (100) & constitutum est, non posse: (101) quamvis g) circa eum, qui per simoniacam pravitatem simplex beneficium (102) recipit, post liberam resignationem (103) Episcopi dispensatio toleretur. *Da-*

g) cap. pen. extra de elect.

ad §. 6.

Varia de dispensationibus.

(100) Dispensatio hodie vel non necessaria est, quod actum vitiosum hodie ab omni vitio purgare admodum subtiliter didicerunt Moralistæ, vel facile potest impetrari, quod tam rigidi hodie nec Pontifices sint, nec Episcopi. *Papa non dicitur committere Simoniam*, inquit Jod. Damhouder *in prax. rer. crim. c. 61. n. 67. si confert beneficia vel dignitates acceptâ pecuniâ, quia Papatus est apostolatus, & aut sanctum facit, aut sanctum recipit, & licitum est Papæ æquare quadrata rotundis.* Pudeat vero Pontificios harum assertionum. Sic enim vitia ex Papæ arbitrio in virtutum censum referentur, & quod omnibus hominibus lege divina prohibitum est, Papæ licitum erit, DEi scilicet vicario. Quid porro de dispensationibus ejusmodi sentiendum sit, alibi dixi, eas scilicet contra legem divinam plane impias esse & nullius momenti. Z.

Eorum continuatio.

(101) Sed ex nostra doctrina cum crimen ambitus sit crimen juris positivi, & cum omnes pœnæ humanæ earumque determinatio dependeant ab arbitrio majestatis, ac denique cum nulla detur hodie emtio donorum spiritualium, dispensationes in crimine ambitus Ecclesiastici pertinent ad regalia majestatis, nec indistincte dicendæ sunt repugnare legi divinæ. Quod vero Canonistarum sententiam de potestate Papæ concernit, eam jam supra *nota 78.* ex Sarpio *de beneficiis §. 51.* retulimus. Addatur Launoius *tota obs. 8. p. 285. seq.* id intendens, ut probet, Romanum Pontificem in Simoniacam hæresin incidere vel Simoniæ vitium posse committere. T.

Simplex beneficium quod &c.

(102) Quod scilicet non habet populum, vel clerum, vel curam animarum, & tale vel mere simplex est, vel servitorium. Vid. *H.*

Datum in dispendium eligendi, vel illo etiam reclamante, non facit electionem simoniacam.

§. 7. Plane si constet eos, qui quid dederint, vel promiserint, *h*) quod per fraudem in dispendium eligendi dolo malo id fecerint, aut electo ipso non modo ignorante, sed etiam reclamante, (104) nec aliquando ratum habente, secuta electio minime repro-

h) *cap. nobis fuit. extra eod. tit.*

Illephonf. Perez de Lara *de anniversar. lib. 2. c. 7. n. 8. 9.* Ubi etiam id noto, admodum restringi in hac materia ab hodiernis Doctoribus vocabulum *beneficii. Quæsierim*, inquit Escobarius *tr. 6. ex 2. n. 44. si vocales cujusdam religionis conveniant inter se: elige me in provincialem aut Generalem, & te eligam in abbatem aut Priorem, simoniæ sint rei? aliqui asseruerunt, putantes, prælaturas beneficiorum nomine afferri. At Sanchez negat, prælaturas esse beneficia in eo rigore, ut nomine beneficii in lege hac pœnali comprehendi censenda sint.* En vero quam artificiolum hoc est inventum, ut simoniæ vitio purgetur talis conventio. Z.

(103) Quod si electio ipso jure est nulla, uti antea dixi, non erit libera resignatio, sed nec resignatione quidem opus erit. Z. *Objectio.*

ad §. 7.

(104) Non satis inter se hæc cohærent. Quomodo enim reclamare poterit, qui ignorat? Deinde, si ex eligentis persona vitium capit electio, quomodo ex eo, quod reclamaverit electus, caveri poterit, quo minus eligens sit Simoniacus? Et numquid plus facit reclamatio, quam ignorantia, quod propter hanc reprobanda sit electio, propter illam minime? At quæ tum culpa imputari poterit ignoranti? Sed nec eo quidem casu vitio simoniæ carebit electio, si ex fraudulenta machinatione in dispendium eligendi data fuerit pecunia. Sufficit enim electorem esse corruptum. Z. *Aliæ objectiones.*

c. licet h. t. probanda erit: alioquin contingeret, quod factum insidias inimico parantis innocenti damnosum existeret, & vir malus de fraude sua commodum reportaret.

Simoniace ordinans cum suo ordinato & Clerico mediatore est deponendus, laicus vero mediator excommunicatur.

§. 8. Ac veluti variis modis simoniacà labes committitur, sic etiam variis pœnis simoniacos percelli, admonendi sumus. Nam si quis, ut ordinetur,
i) c. si quis (105) pecuniam (106) Episcopo obtulerit, *i*) & qui
1. q. 1. turpissimi lucri commodo Sancti Spiritus gratiam ven-

---

ad §. 8.

Limitatio. Jesuitica. (105) Id non aliter admittunt hodie Jesuitæ, nisi id, quod datur, detur per modum pretii æquivalentis. Et ipsimet Canonistæ varie restringunt dationem istam, uti apparet ex §. *sciendum h. t.* Z.

Ad quem spectat pecunia simoniace data. (106) Sed quid cum pecunia data faciendum? Justinianus Novell. 6. ejus jacturam fieri voluit, eamque Ecclesiæ addixit, quæ gravi illa macula affecta fuit & quidem duplo majorem, si extra Clerum istius Ecclesiæ constitutus fuerit, qui pecuniam accepit, addita insuper relegatione perpetua. Ziegl. *de Episc. l. 2. c. 5.* §. 58. Quid jure Canonico cautum sit, vide *cap. 10. & 40. h. t.* & ibi Tellez *p. 85. & 120.* Adde Moreau *cap. 9. p. 209. seq.* scilicet modo jubetur, ut hæc pecunia detur Ecclesiæ, modo, ut Pauperibus, inter quæ duo non multum interest, cum Ecclesia vel repræsentet pauperes vel
Novum arcanum Politicum. regat eos, adeoque obiter observa arcanum Politicum Cleri hic latens. Detestatur crimen hoc Simoniæ vel tanquam facinus maxime horrendum & maximis pœnis coercet, & hic fervor tamen Clero non nocet, sed præbet potius novum modum acquirendi. T.

(107)

vendere *k*) tentaverit, amisſionis proprii gradus (107) periculo ſubjacebit: & qui ordinatus eſt, a dignitate, quam pecuniis acquiſivit, erit prorſus alienus. (108) Si quis vero *l*) tam turpibus & nefandis datis, vel acceptis mediator extiterit, ſiquidem Clericus, erit a proprio gradu dejiciendus: ſi vero Laicus, anathematizandus erit. (109

k) *c. quando Epiſcop. §. quod ſi aliter 24. diſt.*
l) *c. ſi quis epiſc. 1. q. 1.*

Or-

---

(107) Dogmata Jeſuitarum, qui theologiam ad mores hominum & ingenium ſeculi fabricant, admodum raro pœnæ hujus executionem admittent, cum non deeſſe poſſit color, qui Simoniæ labem abſtergere queat. Z. *Rara pœnarum exempla.*

(108) Imo olim cum per conſtitutionem Leonis Imperatoris rei ambitus Eccleſiaſtici infames fierent, amittebant etiam dignitates, quas jam antea habebant. Sequioribus autem temporibus receſſum eſt ab hoc rigore & poſt peractam pœnitentiam reſtituti fuere ambientes in ordines antea ſuſceptos, ut ex canone 9. concilii Toletani XI. anno 675. celebrati probat Zieglerus *de Epiſc. d. cap. 5. §. 68. 69.* ubi etiam alias rationes adducit, ex quibus conſtat, hac parte quoque male cohærere jus Canonicum. T. *Olim etiam amittebantur ordines priores.*

(109) I. Inter canones, qui Apoſtolorum dicuntur, trigeſimus & ordinato & ordinatori pœnam excomunicationis indicit: καὶ ἐκκοπτέσθω, inquit, τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμȣ̃ Πέτρȣ. & a communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus a Petro. (Verba ὑπ' ἐμȣ̃ ab interpolatore addita eſſe, ut canones illi pro vere Apoſtolicis haberentur, notat Jacobus Uſſerius Archi Epiſcopus Armachanus *in annot. ad Ignat. epiſt. cap. 6.*) Simonem tamen majore excommunicatione punitum fuiſſe non ſatis conſtat. Z. *Olim etiam ordines & ordinatus.*

II. Plura de mediatorum pœnis vide apud Moreau *c. 10. p. 213. ſeq.* T. *Remiſſio.*

Ordinatus a simoniaco non simoniace, & simoniace non simoniacus ordinem conferens, non sunt deponendi.

c. statuimus &c. Si qui a simoniaci 1.q.1.c. de simoniace h. t.

§. 9. Hæc tamen de illis intelligere nos oportet, quos nec ignorantia, (110) nec attractionis excusat violentia, (111) sed simoniaci simoniace ordinati, vel ordinatores existunt. Cæterum, si quis a simoniaco quidem, non tamen simoniace, ordinem susceperit, aut simoniace non simoniacus ordinem contulerit, (112) misericorditer in ecclesia sustinendi erunt: hos enim facit simoniacos, non reatus criminis, sed ordinatio, vel susceptio simoniaci.

Be-

---

ad §. 9.

Aliud in electione. (110) At supra de electione dixit, ignorantiam non excusare, quo minus electio irrita habeatur, neque tum dispensationem locum habere. Facilius ergo dispensant Pontifices in ordinatione, quam in electione. Z.

Declaratio. (111) Quod scilicet inviti & repugnantes ab hæreticis ordinati sint, *c. constat 1. qu. 1.* Z.

Objectio & Declaratio. (112) I. Hunc sustineri vult in Ecclesia. Sed contrarium, ni fallor, extat in *c. statuimus 1. q. 1.* ubi dicitur: *Simoniaci quoque simoniace a non simoniacis ordinati similiter ab officio male accepto removeantur.* Ut maxime enim verba concepta sint de ordinatis, & autor loquatur de ordinatoribus; Utrobique tamen eadem militat ratio, & textus allegatus, uti ex ejus principio apparet, tam de ordinatis, quam ordinatoribus est intelligendus. Dicitur autem simoniace ordinari, quando ipse actus ordinationis, qui peragitur, labe simoniæ infectus est, ita ut propter ordinationem pecunia data vel promissa sit. Quidam ergo simoniaci non sunt, sed simoniace tamen sunt ordinati, puta quando eis ignorantibus ordinatori

Beneficium consecutus simoniace per accusationem convictus privatur beneficio, & deponitur: per inquisitionem vero privatur quidem beneficio, sed post peractam pœnitentiam in suo ordine permittitur ministrare.

§. 10. Quod m) si non ordinem (113) quis, sed beneficium (114) Ecclesiasticum data pecunia consecutus fuerit, multum interest, (115) per accusationem, an per inquisitionem quis convictus fuerit. (116) Primo enim casu non solum Ecclesia privandus,

m) *c. dilectus 1. ibi etiam gl. in verf. amotos eod. tit.*

tori pecunia data fuit per amicum. Ita & ordinator potest esse non simoniacus, & tamen ordinatus simoniace ordinari, quando scilicet pecunia data aut promissa est non ipsi ordinatori, sed ejus amico. Z.

II. Adde Zieglerum *de Episc. d. c. 5. §. 66.* Tellez. *ad cap. Remissio. de Simoniace 21. h. t. p. 101. seq.* T.

ad §. 10.

Declaratio. (113) Potest enim ordinem quis habere absque Simoniæ labe, & tamen non sine vitio deinceps Ecclesiæ speciali admoveri. Z.

In beneficiis non committitur Simonia. (114) Sed cum beneficia non sint res spirituales multo minus dona spiritualia, ut patet ex dictis *ad lib. 1. tit. 26. §. 2. p. 385. seq.* & *ad lib. 2. tit. 1. §. 1. nota 6. seq.* ambitus quidem in iis, non vero Simonia committi potest. Adde D. Böhmer. *d. dissert. c. 2. §. 29.* T.

Absurditas hujus distinctionis. (115) Canonistæ volunt, pœnam leniendam esse reo, quoties non per viam accusationis, sed inquisitionis convictus est, *c. inquisitionis 21. X. de accusat.* Sed jus civile hanc mitigationis causam ignorat. Anton. Matthæus *de criminib. tit. de pœn. c. 5. n. 1.* Et certe sive per inquisitionem, sive per accusationem facinus innotuerit, nulla hinc mitigationis petenda erit ratio, quod nec delictum ipsum nec persona delinquens propter processum favorem mereatur. Z.

Rejecta etiam a Tellezio. (116) Etiam Gonzalez Tellez *in comment. ad c. 21. de accus. n. 7. & 11. p. 46. & 48. & ad cap. 29. de Simonia p. 111.* omnibus mo-

modis in id incumbit, ut probet tam de jure civili, quam de jure Canonico nullam ratione moderationis pœnarum esse differentiam, inter processum accusatorium & inquisitorium, tam de jure civili, quam de jure Canonico, nisi, quoad jus Canonicum intuitu inquisitionis generalis, de qua intelligit *cap. dilectis 29. h. t.* Sed hi autores omnes, scilicet Zieglerus, Anton. Matthæi, Tellez, supponunt processum inquisitorium juri Romano pariter & Canonico tempora Innocentii III. præcedenti fuisse cognitum, cujus contrarium tamen *supra ad h libr. nota 20.* probavi, unde secundum istam emendationem de dissensu illo Ziegleri & Tellezii ita judicandum videtur. Romano jure non poterat diversa esse pœna in processu accusatorio & inquisitorio, quia jus Romanum ignorabat processum inquisitorium. Idem dicendum de Jure Canonico ante tempora Innocentii tertii. At vero, quod Innocentium III. attinet, cujus est utrumque capitulum *& 21. de accus. & 29. de Simonia*, verius est, eum intelligendum esse magis secundum mentem Lancelotti, quam Tellezii, quod scilicet etsi non semper, in quibusdam tamen delictis, de quibus agunt dicta capitula mitius procedendum sit cum damnatis in processu inquisitorio, quam accusatorio. Quod etsi ratione genuina destituatur, ut recte notavit Zieglerus, cave tamen ne putes Innocentium III. ita stupidum fuisse, ut id non senserit, sed potius ex singulari & serpentina prudentia id fecit Pontifex, ut ita sub specie misericordiæ & singularis pietatis tacite commendaret processum inquisitorium præ accusatorio, & ita stupiditate Laicorum, sputa illa pietatis imaginariæ avide lingentium abuteretur ad eo facilius introducendum processum inquisitorium. Atque ne putes talia a me excogitari in odium Paparum, fuere ex ipsis Canonistis quidam, qui nullam aliam rationem inventi hujus dari posse crediderunt, quam ut id a singulari pietate commendarent, de quibus loquitur Tellez *ad d. c. 21. de accus. p 48.* quod statuerint: *Jus Canonicum, cum sit gratia & misericordia plenum, finemque tantum supernaturalem intendat, mitiores & leviores pœnas semper injungere, quoties sine accusatore proceditur, & negotium criminale per viam inquisitionis agitatur: Jus vero Civile utpote strictius & prophanum*

Nostra opinio.

Arcanum Politicum sub hac distinctione latens.

dus, (117) verum etiam honore sacerdotii presbyter spoliandus (118) erit: posteriore vero, postquam ab Ecclesia, quam sibi per pecuniam comparaverat, amotus fuerit, & injunctam pœnitentiam egerit, in susceptis ordinibus ministrare permittendus erit. (119)

Cum parvulis, qui cupiditate parentum Ecclesias

num eandem ordinariam pœnam infligendam esse decrevisse, sive procedatur per inquisitionem, sive per accusationem. Nisi quod hi autores ex persuasione communi ignoraverint originem processus inquisitorii & eum etiam juri civili cognitum esse putaverint. T.

(117) Hoc est removendus est ab officio aut beneficio. Z. *Explicationes.*

(118) Hoc est, degradandus est, & in statum Laicorum deponendus. Z.

(119) *D. cap. 21. & d. cap. 29.* Quod autem Innocentius III. ausus fuerit mitius punire emtores beneficiorum processu inquisitorio convictos, etiam inter alia causa esse potuit, quod observaverit, ut modo notavimus *nota 108.* jam in Concilio Toletano anno 675. ementibus ordines sacros ejusmodi pœnam mitiorem etiam in processu accusatorio (cum inquisitorius processus isti seculo fuerit incognitus) fuisse dictatam. Sic enim sunt verba concilii Toletani. *Illos autem, quos deinceps post relationem per præmium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis pœnitentiæ legibus, ut vere Simoniacos ab Ecclesia separandos esse censemus, id est, ut duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactionis vel excommunicationis sententia coërciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conquirere & reparare intendant. Unde si digna eos satisfactio pœnitentiæ commendaverit, peracto pœnitentiæ indictæ tempore, non tantum communioni, sed loco & totius ordinis officiis, a quibus separati fuerunt, restaurandi sunt.* T. *Illustratio hujus decisionis.*

as sunt consecuti, post liberam resignationem potest dispensari.

n) cap. sicut tuis §. quamvis extra cod. §. 11. Quinimo, *n*) qui parvuli (120) parentum cupiditate ecclesias per pecuniam sunt consecuti, ob paternum factum non modo a sacris ordinibus non sunt removendi: verum etiam (121) postquam eas omnino dimiserint, (121) si Canonice in eisdem vivere voluerint, pro magna misericordia sustineri poterunt.

Idem juris est de accessorio, quod de principali.

§. 12. Nec objiciat quis, (12) non consecrationes

---

ad §. 11.

Contra parvulorum admissionem. (120) Parvulos præfici Ecclesiis, ad quas gubernandas maturum judicium requiritur, monstrosum est. Et tamen hoc fieri permittunt Canonistæ, saltem ut interim certæ Ecclesiæ adscribantur parvuli, suo tempore ei præficiendi, cum tamen attendi quam maxime in his rebus debeat personæ industria, quæ in parvulis adhuc nulla est. Z.

Explicatio. (121) Hoc vult, parvulos ita adultos non modo non exuendos esse sacris ordinibus seu degradandos, sed etiam in ipsis illis Ecclesiis, quas ita ex parentum cupiditate consecuti sunt, tolerandos esse. Z.

Declaratio. (122) Ergo necesse est, ut præcedat dimissio seu renunciatio, ut scilicet appareat, quantum ei displiceat parentum hæc simonia. Z.

ad §. 12.

Alia responsio ad hanc objectionem. (123) Si Canonistæ nundinationem officiorum ecclesiasticorum in terminis criminis ambitus reliquissent, non poterat hæc objectio iis moveri, quia ambitus haud dubie est rerum non spiritualium. Unde & imprudenter Tellez *in comment. ad cap. 12. h. t. n. 2.* postquam

ones emisse se, sed quæ ex consecratione proveniant. *c. si quis*
(124) Nam sicut anima (125) sine corpore corporali- *objecerit*
ter (126) vivere non potest, (127) sic corporalis ec- *1. q. 3.*
clesia, vel dignitas, & ordo ecclesiasticus sine rebus
corporalibus (128) parum proficiet. (129) Quisquis i-
gitur

n. 2. objectionem hanc Lancelotti etiam proposuisset, postea *n. 7. p. 89. seq.* primariam respondendi rationem in eo ponit, quod per e-jusmodi ambitum etiam maxima damna in Rempubl. redundent. T.

(124) H. e. reditus & proventus Ecclesiasticos & jus eos per- *Explicatio.* cipiendi. Z.

(125) Nam Canonistæ dum res Ecclesiasticas in spirituales & *Declaratio.* temporales dividunt, spirituales animæ causa dicunt esse institutas, temporalibus vero corpus conservari. Vide Lancelott. *lib. 2. tit. 1. §. 1. & ibi not. 5. 6. seq.* Sed jam ibidem notavimus, quam ineptæ & impertinentes sint istæ definitiones. T.

(126) Quatenus sc. corpori conjuncta est. Alias enim vivit *Declaratio.* sine corpore, quando separata est. Z.

(127) Paucis: ad objectionem, quod pretium non detur pro *Summa re-* rebus spiritualibus, sed pro temporalibus, responsio est, non pos *sponsionis.* se separari in his terris spiritualia a temporalibus. Ergo attendamus, an Lancelottus semper in his terminis maneat. T.

(128) Id negavimus supra ad init. *tit. 27. lib. 2.* Et opimi i- *Objectio.* sti reditus si annexi non essent beneficiis Ecclesiasticis, exigua horum apud plerosque hodie esset cupido. Z.

(129) 1) Quæ hic corporalia vocat Lancelottus supra *libro 2.* *Observatio-* *tit. 1 §. 1.* vocaverat temporalia & rebus corporalibus Ecclesiasticis *nes variæ.* contradistinxerat. Vide *ad d. l. 2. not. 6. 8. & 9.* 2) Quod hic statuit corporalem ecclesiam sine rebus corporalibus parum proficere, id *lib. 2. tit. 27. §. 1.* ita protulerat: Sine rebus temporalibus in Ecclesia spiritualium dignitatem haud facile consistere posse. 3) Quocunque modo vero rem efferas, apertum est, non correspondere mem-

gitur eorum alterum vendit, ſine quo alterum haberi non contigit, (130) neutrum invenditum reliquiſſe intelligitur. (131)

Quilibet admittitur ad accuſandum ſimoniacum. Et ſolus ſimoniacus inter peccatores miſſam non celebrat.

§. 13. Hujus autem criminis (132) tanta eſt labes,

membrum poſterius ſimilitudinis cum priore, quod dixerat animam corporaliter ſine corpore *vivere non poſſe*; nam hoc ſuppoſito in poſteriore ita inferendum erat corporalem Eccleſiam & ordinem Eccleſiaſticum ſine rebus temporalibus *non poſſe exiſtere*, non vero, ut ſcriptum eſt, *non digne poſſe conſiſtere*, aut *parum proficere*. 4) Cauſa vero hujus inconvenientiæ in eo quærenda, quod Canoniſtæ probe ſenſerint, ſi juſtam comparationem inſtituere, & aſſerere voluiſſent, Eccleſiam, vel ordinem Eccleſiaſticum ſine rebus temporalibus non poſſe exiſtere, ejus falſitatem in oculos omnium incurſuram, qui ſtatum primævum Eccleſiæ Chriſtianæ paululum conſiderare voluerint, ſecundum ductum *notarum duarum ſupra ad lib. 1. ſub num. 434. p. 379. ad p. 385.* T.

Nova objectio. (130) Debuiſſet iterum dicere, ſi accurata fuiſſet comparatio, ſine quo alterum haberi *non poteſt*, ne diſſentientes opponant, quod hæc *contingentia* ſit irrationalis ac fons Simoniæ ac propterea abroganda, contra quos tamen diſputavi *nota 96. hic.* T.

Reſponſio accuratior. (131) Ergo optimum erit ex noſtra hypotheſi ad dubium propoſitum reſpondere 1) corporalem Eccleſiam & ordinem Eccleſiaſticum non eſſe perſonas aut res ſpirituales, 2) etiamſi tales forent, quamdiu tamen ipſis conjunctæ ſint divitiæ, beneficia, præbendæ, tamdiu committi crimen ambitus eo ipſo, quo Rei conteſtantur, quod conſecrationes non emerint, ſed reditus inde percipiendos. T.

ad §. 13.

Senſus l. 31. C. de Epiſc. & Cler. (132) Præivit Pontifici Imperator Leo *l. 31. C. de Epiſc. & Cler.* in verbis: *ad inſtar publici criminis & læſæ majeſtatis accuſatio-*

labes, (133) *o*) ut etiam servi (134) adversus dominos, *o*) *c. tanta & extra eod. tit.*

tione proposita. Quæ verba eleganter explicat Zieglerus *de Episc. l. 2. c. 5. §. 61. seq.* scilicet, quod in hoc crimen ambitus Ecclesiastici conveniat cum criminibus, quæ legibus publicorum judiciorum proveniunt, & in specie cum crimine læsæ majestatis, quod omnes admittantur ad accusandum, qui alias inhabiles essent in aliis criminibus. Comparationem vero hanc intelligendam esse non cum crimine læsæ majestatis divinæ, sed humanæ, ut videlicet filius patrem, pater filium, vasallus dominum, alumnus altorem, frater fratrem, uxor maritum & contra, inimicus inimicum, socius socium, Laicus Clericum de hoc crimine accusare possit. Confer de comparatione Simoniæ cum crimine læsæ majestatis tam humanæ, quam divinæ D. Böhmer. *d. dissert. §. 6. & 7.* T.

(133) Id est maxima & gravissima. Sed in alio plane significatu ac Imperator *d. l. 31.* ex falsa scilicet hypothesi de Simonia, Cœlestinus III. ut refert Moreau *cap. 11. p. 230.* (forte in verbis *capit. 27.* h. t. omissis) vocavit crimen, *ad cujus comparationem cætera crimina quasi pro nihilo computentur*, Gregorius Nazianzenus *epist. 97.* (ibid. *p. 235.*) *thesaurum criminum.* Haud dubie vero apud Canonistas ista magnitudo inde proventi, quod Pontifices Simoniam pro prima & præcipua hæresi habuerint, qua de re jam supra *nota 76. & 77.* egimus. Patet id ex *canone ult. C. 1. q. 1.* qui canon est Paschalis Papæ. *Patet Simoniacos velut primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos, etsi commoniti non resipuerint ab exteris potestatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem Simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur.* Unde simul verosimile est, quod Moreau forte pro Paschali Cœlestinum III. nominaverit. A Paschali eandem periphrasin mutuatus est Innocentius III. *cap. per tuas 32. h. t. prope finem.* Pertinet etiam huc *cap. sicut simoniaca 6. eod.* ubi Lucius *Gravitas criminis Simoniaci.*

& quilibet criminosi (135) admittantur ad accusationem. (136) Item omnis peccator missam celebrare potest, (137)

Papa dicit, simoniacam pestin sui magnitudine alios morbos vincere. T.

De servis ex jure civili. (134) Etiam de jure civili sub capitis supplicio prohibentur servi accusare dominos, nisi in casibus quibusdam exceptis *l. pen. & ult. C. de accusat.* Anton. Matthæ. *de criminib. tit. de accusat. c. 1. n. 4.* Z.

Similis observatio. (135) Non potest alias accusare alium, qui ipse in reatu est, donec aut absolutus fuerit, aut damnatus quidem, sed salva libertate, civitate, existimatione, *l. 4. ff. de accus. l. 19. C. qui accus. non poss. l. 5. ff. de publ. judic.* Z.

An etiam ad testimonium? (136) Verum quidem est tempore autoris *cap. tanta 6. h. t.* unde Lancelottus desumsit hunc paragraphum accusationem adhuc viguisse, sed postquam per processum inquisitorium Innocentii III. accusationibus consilium quasi abeundi datum est, ut non nullum usum haberet hæc observatio, extenderunt Canonistæ constitutionem imperatoriam *d. l. 31. C. de Episc. & Cleric.* ad probationem in processu inquisitorio, ita ut personarum hic memoratarum testimonio fides habeatur. Id quod jam observavit Moreau *cap. 9. p. 195.* ubi *cap. 6. h. t.* ad marginem citatum sic explicat: *Les Canons permettent, qu' on agisse contre les Simoniaques comme contre les heretiques sur des simples presomptions, ou du moins sur de preuves vray-semblables,* cap. tanta est labes, de simonia. tit. 3. *au lieu que dans les autres accusations il faut que les preuves soient plus claires que le jour. On reçoit mesme contre eux toute sorte de témoignages, non seulement ceux de leurs propres serviteurs & servantes, mais aussi ceux des personnes que les loix declarent infames & indignes de toute foy, comme sont les femmes de mauvaise vie, & les hommes convaincus de grands crimes. Les*

Les complices y sont aussi receus à deposer, comme on les reçoit au sujet de leze Majesté; & par cette deposition ils se rendent dignes de grace pourveu qu'ils n'ayent point donné ou reçeu de l argent. Sed cum tamen magna sit differentia inter admittere aliquem ad accusationem cum Imperatore, & inter admittere testem indignum & suspectæ fidei ad probationem, inde Innocentius III hæc expendens, inconveniens hoc aliquo modo temporare intendit *c. licet Heli 31. & c. per tuas 32. h. t.* Quare sic continuat Moreau *p. 196. A la verité il semble étrange que des infames, c'est à-dire des gens sans conscience soient receus à deposer, eux que la justice ne regarde qu'avec aversion, & qui sont si peu dignes de foy. Si donc ces personnes ennemies ordinairement des gens de bien venoient à deposer faussement contre un de ceux-là faudroit-il que la colomnie triomphast de la vertu d'un innocent? N'est-ce pas ouvrir la porte à la colomnie que d'accorder un privilege semblable à des ames perverses, dont le plus grand plaisir est de nuire, & de faire du mal? C'est-ce qui nous fait voir l'horreur que l'Eglise a de la Simonie, puisqu'elle s'est avisée de passer par dessus ce que le droit regle, pour avoir moyen de la punir. Mais quoy qu'elle ait ordonné là dessus, elle ne peut oster le droit naturel que l'on a de se desendre, & elle ne pretend pas de l'oster non plus. Il y a plusieurs cas où la deposition de ce gens-la seroit tellement suspecte qu'on n'y deferoit pas du tout. Un serviteur peut en matiere de Simonie deposer contre son Maistre: mais si ce serviteur en a esté mal traité pour quelque faute, & que l'on remarque que son accusation est plutost un effet de vengeance que de justice: si les calomnies d'un infame sont connues, s'il s'est déja laissé corrompre par argent; en ces cas-là & en plusieurs autres semblables, on ne s'arreste pas à leur deposition: & c'est ce que l'on peut voir par les decrets d'Innocent III.* (Decret. lib. 5. tit. 3. c. 31. Licet Heli, & cap. 32.) *inserez dans le Droit Canon.* T.

(137) præterquam simoniacus: (138) quem adeo quilibet, ut ab ordine male accepto removeatur, accusare potest, ut nec meretrix (139) excludatur. (140) *Ob-*

Etiam ante condemnationem. (137) Inter specialia criminis Simoniæ referunt, quod officium simoniacorum audiri non debeat, licet non sit contra eos lata sententia condemnatoria, & in hoc differat simoniacus ab aliis criminosis, quippe quorum officium audiri possit, usque quo sint condemnati. Innocent. *in c. tanta 7. X. h. t.* Ratio autem, quod simoniacus missam celebrare nequeat, est, quia est ipso jure ab officio suspensus ea suspensione, quæ ipsum efficit irregularem, si divinis se immiscuerit. Didac. Covarruv *in Clem. si furiosus part. 1. §. 1. n. 7.* Didacus Spino a Caceres *in specul. testam. gloss. 7. n. 24.* Z.

Aliorum explicationes. (138) Alii tamen quod hic de missa dicitur, non intelligunt de Presbytero celebrante missæ sacrificium, sed de psalmista psallente in ipso sacrificio; rursus alii de Presbytero quidem celebrante sacrificium missæ, non tamen ante condemnationem, sed quod post condemnationem admitti nequeat, etiamsi pœnitentiam egerit. Vid. Tellez *ad cap. tanta 6. h. t. p. 78.* T.

De meretrice. (139) In genere mulier non facile admittitur ad accusandum, nisi suam suorumve injuriam prosequatur, *l. 1. & 2. ff. de accus. l. 4. 5. 9. C. qui accus. non possunt.* aut nisi fuerit crimen majestatis, annonæ fraudatæ & similia *l. 8. ff. ad L. Jul. majest. l. 13. ff. de accus.* Tale hic est crimen simoniæ, in quo etiam ea admittitur, quæ palam quæstum facit. Z.

An & Judæi & hæretici. (140) An vero etiam Judæi & hæretici? Respondet Tellez *ad cap. si dominus 3. h. t. circa finem p. 76.* Judæi autem & hæretici non admittuntur, nisi simonia habeat adjunctam hæresin; ita quod simoniacus crederet cum pertinacia, spiritualia, aut spiritualibus annexa posse comparari, aut pretio acquiri; nam tunc etiam qui catholici non sunt, admittuntur ut accusatores, velut testes, argumento capitis *contra, de hæretic. in 6.* docet Binsfeldus *in præsenti, n. 2.* T. *ad*

Oblatum sponte, vel datum gratia redimendæ molestiæ super jure quæsito indebite illatæ non inducit simoniam.

§. 14. Sciendum tamen est, (141) non datio- *c. etsi quæstiones. h. t.*
ne

ad §. 14.

(141) Id quidem certum est, non omnem dationem esse Simoniacam; sæpe tamen in Simoniam degenerare solet, quod ita permittitur; & ex levibus ut plurim um atque exiguis initiis enormia propullulare consveverunt crimina. Quam in rem faciunt verba Petri Suavis in *histor. Concil. Trid. libr. 6.* quæ hic integra adscribo: *In Christianæ religionis*, inquit, *cunabilis abundante charitate, populus, qui a Christi ministris spiritualia accipiebat, non modo juxta DEi præceptum a D. Paulo explicatum paria faciebat, quæ ad victum necessaria essent, suppeditando, sed adeo copiose ministrando, ut ad pauperes sublevandos etiam superesset: sic tamen, ut nullius subiret mentem ea cogitatio, temporale quod dabatur precium esse doni spiritualis. Sed postquam temporale, quod in communi asservabatur & possidebatur, cæptum est dividi, & reditus certus, appellatione beneficii, titulis applicari, cum hucusque distincta non esset ordinatio a collatione tituli, ac proinde beneficii titulo annexi, sed una darentur & acciperentur, tunc primum visum est ordinatoribus, propter emolumenta, quæ ordinariis inde proveniunt, præter spirituale, etiam temporale aliquid dari, cuius intuitu in remunerationem temporale quiddam sumi possit. Cui vero propositum erat beneficium impetrare, is sese ad voluntatem dantis accommodare necesse habebat. Inde secuta negociatio aperta, quæ in orientali Ecclesia ne multis quidem canonibus ac censuris emendari unquam potuit, ut unque præpotens DEI manus, emolumentorum magna parte Saracenorum flagello sublata, eam valde imminuerit. In occidentali item, bonis licet frementibus, eadem alibi magis, alibi*

Varii prætextus, quibus Simonia palliari solet.

ne qualibet, aut receptione simoniam contrahi: (142) nam

alibi minus obtinuit ad usque annum salutis millesimum, quo tempore facta inter ordinationem & collationem beneficii distinctione, ordinatio cœpit gratuito concedi, sed in collatione precium exigi manifestius. Ex eo semper crevit abusus, variis impositis denominationibus, utpote annatarum, minutorum servitiorum, scripturæ, sigilli, & istiusmodi tegumentorum, quibus coopertus grassatur per Ecclesiam, vigua spe eius aliquando tollendi, quoad Christus ipse alia vice nummulariorum mensas evertat, & flagello nundinatores istos e templo ejiciat. Verum ordinationi, quæ a collatione beneficii separata gratis administrabatur, non diuturnum fuit id gaudium. Episcopi enim spreta ea tanquam abiecta & infructuosa, ad alteram solam una emolumentum percipiebant, erant attenti. Unde a veris Episcopis in solo temporali administrando occupatis relicta pedetentim ordinationum administratione, instituti Episcopi titulares, qui ministeria Episcoporum Ecclesiastica obirent. His quod reditus nullos possiderent, necessum erat e functionibus, quas obibant, sibi victum parare: iique vicissim, quos ad ordines admittebant, his aliquid conferre cogebantur, primum eleemosynæ nomine sive oblationis, dein honoratiore titulo donationis, ac denique, ne cum debitum esset, omitteretur, imposito nomine mercedis, non quæ Episcopo ordinanti, sed famulis eius aut tabellioni, aut aliis inter ordinandum ministrantibus cederet, &c. Z.

Querelæ multæ de Simonia palliata.

(142) Cum fateatur Zieglerus, non omnem dationem esse Simoniacam, & vero Simoniacam dationem plane non pertinere ad hunc titulum, jam supra ostenderimus, sed ambitum Ecclesiasticum, patet etiam, ad crimen ambitus non pertinere, si quid sponte, pure, sine pacto & conventione alicui datum sit, inprimis vero quicquid post electionem antea non promissum conferenti aut votum danti solvitur. Hæc vero cum non consideraverint Patres Ecclesiæ & Pon-

nam si quid sponte, pure, p) sine pacto, & conventio- p) *c. tuas nos §. si vero eod. tit.*

Pontifices, & vana ac parum rationali comparatione ambitus Ecclesiastici cum facto Simonis magi propria & Laicorum ingenia & corda repleverint, non potuerunt etiam non incidere ipsimet in conclusiones contradicentes. Quid enim doctrinæ ambitus magis repugnat, quam dona post electionem data ad ambitum referre: & tamen Moreau *cap. 12. p. 269.* occasione *c. si quis obiecerit C. 1. q. 3.* sequentia annotavit: *Dans le decret du Pape Pascal que nous venons de citer il est aussi defendu de rien donner pour les choses spirituelles ni devant, ni aprés, non pas mesme des disners.* Nullus igitur emat Ecclesiam, vel Præbendam, vel aliquid Ecclesiasticum: nec pastellum, nec pastum antea, vel postea pro hujusmodi solvat. *Sur quoy il est à remarquer que l' on n' ajoûte ces termes de* devant & aprés *dans quelques decrets, & quelques Bulles, que parce qu' aprés avoir defendu de ne rien prendre pour les Ordres & les Consecrations, ceux que l' avarice rendoit les plus difficiles à s' en abstenir, penserent eluder ces defenses, en ne prennant rien devant l' ordination, mais recevant ce qu' on leur representoit aprés. Ce pretexte fut une nouvelle pierre d' achopement. On trouva la distinction si plausible, qu' on crut n' y pouvoir rien trouver à redire, & qu' il n' y avoit aucune Simonie en cela. Mais on combatit bientost cette nouvelle erreur en declarant, qu' on pouvoit estre Simoniaque en prennant aprés aussi bien qu' en prennant devant. Saint Basile fut un de premiers qui parla contre cét abus,* epist. 76. ad Epis. Diœces. Ponticæ, Putant, *dit-il,* se nihil delinquere, quod non ante, sed post manuum impositionem accipiant, *& il exhorte les Evêques de son diœcese de s' abstenir de ce gain illicite, qui les entraineroit à une perte manifeste, les assurant que prendre devant ou prendre aprés estoit toûjours la même chose. Mais comme cette mauvaise impression se répandit en plusieurs lieux, il*

tione, &taxatione qualibet fuerit gratis oblatum, id sine

---

il fallut dans quelques Conciles en faire des Canons exprés. Et *cap. 13. p. 273. seq. On peut dire, que l'esprit malin à trouvé moyen de nous donner le change, en nous faisant passer d'une erreur à une autre que luy ressemble entierement, & qui n'est pas moins dangereuse. N'osant plus dire que l'on donne pour le temporel, on dit que l'on donne pour exciter la bonne volonté, ou pour la reconnoître. Ainsi on ne parle pas du temporel, & on ne touche pas au spirituel qui sont des pierres d'achoppement; & avec ces precautions on croit qu'il n'y a plus de Simonie quoy que l'on donne plus d'argent pour les Benefices que jamais. Ce n'est que le bonne volonté des personnes dont on a besoin que l'on veut émouvoir, ou que l'on veut reconnoître lors qu'on en a receu du bien: ce n'est que celle-là que l'on a en veüe, & c'est qu'à elle qu'on en veut. Donnez aprés cela tout ce que vous voudrez il n'y a plus de danger; pourveu que le Notaire n'y ait pas mis la main, vous ne pouvez presque manquer: ce qui fait dire qu'il n'y a plùs que les ignorans qui commettent des Simonies, parce qu'ils n'ont pas l'esprit de s'aviser de cét expedient salutaire, & qu'il n'y a qu'eux qui en porteront la peine, à laquelle ceux qui suivent les bonnes instructions qu'on leur a données ne seront pas sujets, quelque argent qu'ils ayent compté. Voila ce que l'esprit humain a trouvé de plus fin pour contenter tout le monde, & l'invention en a paru si belle à plusieurs Casuistes, engagez neanmoins à suivre ces opinions par des motifs, ou de societé; ou d'interest, qu'une grande partie l'a embrassée. Je veux croire que la plus-part de ceux-là n'ont pas manqué de bonne foy: mais quand leur intention auroit esté la meilleure du monde, ils auroient bien de la peine à prouver que ces doctrines ne sont pas nouvelles, & dangereuses dans la pratique, & qu'elles n'autorisent un*

ne scrupulo simoniacæ pravitatis recipi poterit. (143) Idem obtinet ex contrario, si quid non sponte quis derit, *c. dilectus cl. 1. h. t.*

---

une infinité de Simonies dont les anciens Docteurs auroient eu de l' horreur. Cum igitur nullum sit dubium, Patres contra vitium Simoniæ invehentes primario respicere ad animum vitiosum, qui non semper incurrit in sensus hominum, nec demonstrari potest, cum contra legislatores Romani in legibus de ambitu prohibuerint actiones externas de animo vitioso satis perspicue testantes, inde non mirandum, quod infinitæ artes inventæ fuerint a Simoniacis, quibus fraudes fierent canonibus tam severe vetantibus nundinationes tam apertas, quam occultas officiorum Ecclesiasticorum, quas prolixe depinxit Moreau *cap. 13. usque ad cap. 23. a p. 272. ad p. 475.* Repete etiam jam supra notata *n. 91.* Neque credendum, Pontifices talia non sensisse, cum tamen eadem Pontificis autoritatem & absolutam potestatem magis stabilirent per supra deducta *nota 66. n. 7.* inde confusiones illas potius multiplicarunt, quam ut de iis tollendis solliciti fuerint. T.

(143) Exemplum dat Pontifex *c. etsi 18. X. h. t.* de eo, qui ordinatori vel consecratori suo offert electuarium, aut de vino, sive de aliis hujusmodi, quæ modici precii fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare vel movere non debeant. Sed fragilis tamen est natura humana, & facile corrumpi potest etiam exiguo dono animus hominis, ut donanti magis faveat, quam alii alicui æque digno aut etiam digniori. Potest etiam ille, qui donat, illud intendere, ut sibi benevolum reddat collatorem; ut ita ab utraque parte animus periculo exponatur. Quocirca satius erit, circa actum electionis aut ordinationis, omnibus in universum largitionibus abstinere. Tantum abest, ut concedi debeat Pontificiis hodiernis, nullam esse Simoniam, si quis dederit pecuniam non tanquam beneficii precium, sed tanquam motivum ad conferendum. Z. *Censura c. 18. h. t.*

derit, ſed ut indebite illatam moleſtationem ſuper quæſito (144) jure redimat, (145) dare coactus fuerit. *Pu-*

Diſtinctio inter jus quæſitum & quærendum. Objectio contra eam. (144) Tradunt Doctores, licitum eſſe circa beneficium, aut aliud jus ſpirituale plene quæſitum & poſſeſſum vexationem redimere, aliud vero obtinere, quando de jure adhuc quærendo agitur. De quo tamen videri poteſt Auguſtinus Barboſa *in c. Matthæus 23. X. h. t.* Rem exacte ponderanti nec de jure quidem quæſito vexationis redemtio licita videri poteſt. Aut enim quis canonice ordinatus eſt, aut minus. Si illud, nec opus erit redemptione, nec ſi facta hæc fuerit, ſuſpicione carebit electio aut ordinatio, & ita ſemper vitium erit præſumtum. Si hoc, vitioſam ſuam ordinationem per largitiones magis contaminabit, & ſic vix evitare poterit, quo minus inter Simoniacos habeatur. Ut jam taceam, non de privata cujusque re per contradictionem ejusmodi agi, ſed imo de tali, de qua intereſt univerſæ Eccleſiæ, ut habeat Sacerdotem Simoniæ crimine purum. *Z.*

Reſponſio ad objectionem. (145) Scilicet Canoniſtæ diſtinctione inter jus quæſitum & quærendum in quæſtione, an per redemtionem vexationis committatur Simonia, ideo utuntur, ut concilient *c. Matthæus 23. h. t.* cum *c. dilectus 28. eod.* qui textus alias ſibi videbantur contradicere. Vid. Gonzalez Tellez *ad d. cap. Matthæus p. 103.* Quod vero objectionem Ziegleri attinet, reſpondebunt Canoniſtæ, primo non ſequi, quod ſi redemtio ſuper jure quæſito facta fuerit, quod ſtatim adſit ſuſpicio pecuniæ datæ pro officio, cum electo poſſit etiam ex alio capite, quam de pecunia data controverſia moveri; & cum ſæpe potentia adverſarii, aut tædium litium vel aliæ cauſæ infinitæ poſſint adigere reum ad redimendam vexam. Deinde etſi ſuſpicio quædam ex redemtione litis adverſus tranſigentem oriatur, non omnis tamen ſuſpicio urgens eſt & præſumtionem inducens, unde negabant Canoniſtæ ſuſpicionem hanc habendam eſſe pro vitio præſumto. T.

ad

Puniuntur prælati committentes vices ſuas ſub annuo cenſu.

§. 15. Demum ſciendum eſt, tam Lateranenſi, quam Turonenſi concilio ſtatuente, Canonicæ diſtrictioni prælatos eos ſubjacere, qui vices (146) ſuas, q) vel eccleſias (147) ſub annuo cenſu concedunt: quia dum ſacerdotium ſub hujusmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur. (148)

q) c. 1. 2. & ſeq. ne prælat. vic. ſuas.

Pu-

ad §. 15.

(146) Hæc verba communiter explicantur de jurisdictione etiam fori externi, quippe quam & ipſam ſpiritualem faciunt, & Simoniæ vitio materiam aptam reddunt Canoniſtæ. Sed enim ſub initium libri III. oſtendi, talem jurisdictionem Eccleſiæ proprie non competere, ſed eſſe eam partem poteſtatis politicæ, quæ Eccleſiæ ab magiſtratu civili impertitur. Hanc autem ſpiritualem eſſe nemo ſanus dixerit. Z.

Jurisdictio non eſt quid ſpirituale.

(147) Sacerdotium alii alicui ſub certo cenſu relinqui nequit. Poteſt tamen miniſter Eccleſiæ morbo, ætate, aut alias impeditus alii vices ſuas committere, & ut habeat, unde vivat, cum eo convenire de certa parte redituum. *Z.*

Limitatio.

(148) Hæc in papatu admodum raro habetur, & ipſimet maxime periclitantur Pontifices Romani. Hadrianum conqueſtum memorat Petrus Suavis *lib. 1.* miſeram eſſe Pontificum conditionem, ut quibus recte faciendi facultas deſit, etiam cum maxime velint, & in id operam ac diligentiam impendant. Et agnoſcunt alii, tam corruptis temporibus vix fieri poſſe, ut Pontifex ad æternam cum DEO tranquillitatem & gloriam perveniat. Ipſe Marcellus II. Pontifex, non video, dixit, quomodo, qui locum hunc altisſimum tenet, ſalvari poſſit, ut refert Onuphr. Panvin. *in ejus vita.* Et exhinc

Querela teſtium veritatis de rara pietate Pontificum.

Puniuntur aliquid recipientes pro concedenda docendi licentia.

r) c. 1. 2. & per tot. tit. de magist.

§. 16. Pro docendi *r*) quoque licentia (149) concedenda nullus cujusque consuetudinis obtentu aliquid exigere debet, (150) & qui secus fecerit, ab Ec-

Joh. Marius Belga Episcopus id fere credit, tantum triginta duos Pontifices beatos factos, reliquos omnes a diabolo in rete ambitionis & divitiarum inductos, *lib. de schismat. & concil.* Z.

ad §. 16.

Objectio ex Vallensi.

(149) Primi Francicæ stirpis Cæsares multa Canonicorum collegia constituerunt, & simul passim locorum iis injunxerunt scholarum habendarum negocium. Ab illo instituto est, quod hodieque plerisque Canonicorum claustris scholæ habendæ locus adjunctus sit, quodque uni Canonicorum etiamnum Scholastici apellatio maneat. Vid. Conring. *de antiq. Academ. differt. 3.* Magistri igitur illi loco salarii, beneficium habebant. Et in unaquaque Ecclesia cathedrali unus magister constitui jubetur *c. 1. X. de magistr.* ne scil. in otio suo & veterno turbentur reliqui, si omnibus hæc cura committeretur. Voluerunt ergo Pontifices, ut, si quis pro licentia docendi precium exigat vel promittat, exactum restituatur & promissum remittatur, & officio denique aut beneficio priventur *c. 1. 2. 3. X. de magistr.* verius tamen esse, inquit Andr. Vallens. *ad istum tit. n. 2.* non tantum licere pro labore in tradendis disciplinis suscepto accipere precium, verum etiam extra simoniam esse pecuniam accipere pro licentia docendi danda; esse enim usum jurisdictionis non spiritualem, sed politicum. Sic igitur in faciem Pontifici contradicit Vallensis. Z.

Responsio. Doctrina Telkezii de his quæstionibus.

(150) Sed forte non contradicit Vallensis Pontifici, aut certe non ita fortiter contradicit ut Zieglerus voluit. Is sensus est capitulorum *in titulo de magistris:* Non prohibetur in illis exactio pecuniæ per Magistrum a discipulis, pro doctrina scientiarum seu eru-

Ecclesiastico beneficio fiet alienus: dignum enim videde-

erudiendis ipsis, nam certum est, (sunt verba Tellezii *comment. ad d. tit. n. 6 p. 134.*) in hujusmodi precii exactione nullam committi Simoniam, etsi Theologia doceatur, aut si advocatus consilium vendat in causa spirituali, quia hujusmodi scientiæ procedunt a labore naturali, uti defendunt Gibalinus & Binsfeldus ibidem citati. Prohibetur ergo in illo titulo, pro licentia docendi concedenda pretium exigere, non quia id simonia sit, ut vulgo creditum est, sed quia ad Simoniæ crimen, (judice eodem Tellezio) accedit. Nec obstat, quod communi usu Academiarum receptum sit exigendi pretium pro gradibus Baccalaureatus, Magisterii & Doctoratus. Nam talis pecunia non exigitur pro licentia docendi, sed pro honoribus & emolumentis temporalibus (iterum juxta Tellezium) quibus similes graduati perfruuntur. Quæ omnia sunt naturalia & pretio æstimabilia. Unde quo celebriores Academiæ sunt & majora commoda graduati assequuntur, majora solent stipendia persolvi. Vides, Tellezius etiam in eo convenit cum Vallensi, quod non sit crimen simoniæ, accipere pecuniam pro concessa licentia docendi, & tamen non contradicit Papæ, qui factum hoc prohibuit. Et hoc vel ex eo etiam poterat comprehendi, quod de hac prohibitione non agatur sub titulo de simonia, sed peculiari titulo de magistris. Sed quædam etiam sunt, quæ non videntur cohærere in doctrina Tellezii, unde de his pauca adjiciemus. Initio igitur impium videtur dicere, Theologiam esse aliquid naturale non spirituale, & ita honorarium posse docentem etiam Theologiam petere ab auditoribus, cum tamen Theologia sit donum supernaturale, quia versatur circa principia fidei roborandæ, & illustranda. Vid. Zoes. *ad tit. de magistris n. 5. p. 514.* Sed distingue inter Theologiam naturalem & supranaturalem, inter Theologiam, quæ est habitus infusus & quæ acquisitus. Quæcunque theologia acquiritur per cognitionem DEi ex lumine naturæ, ea consentientibus omnibus est naturalis. Igitur fal-

An Theologia sit aliquid naturale, an supranaturale?

tem

detur, ut in Ecclesia fructus sui laboris non habeat, qui

---

tem de Theologia quæ ex Scriptura Sacra hauritur, quæstio est. Cum vero etiam hæc Theologia, quatenus interpretatur Scripturam ex regulis bonæ interpretationis in dictamine rectæ rationis fundatis, naturalis sit, inde etiam doctrina hæc pro pretio vel honorario non potest esse objectum Simoniæ, quandoquidem ista instructio quatenus versatur in nuda instructione intellectus non minus naturalis est, quam quæ fit in alia materia, mere speculativa. Zoes. *d. l. n. 6.* Deinde obscurus est Tellezius, quando dicit a papa prohiberi & puniri emtionem licentiæ docendi, non quia simonia sit, sed quia ad simoniæ crimen accedat. Neque enim explicat, in quo consistat ista accessio, imo cum fateatur licentiam docendi non esse quid spirituale, falsum etiam videtur, quod datio pecuniæ pro licentia docendi accedat ad Simoniam. Igitur & hic Zoesius *n. 1.* in hoc quidem convenit cum Tellezio, quod ideo non prohibuerit Pontifex istam dationem licentiæ docendi, quasi sit simonia, sed in assignanda vera ratione magis perspicuus est, docendo, quod id ideo factum fuerit, quia injustitiam contineat, denegare licentiam docendi idoneo, pretio non numerato, ideo, quod ea res redundet in gravamen & docentium & discentium, cum essent docti potius invitandi ad docendum: qua de causa Pontifex, ut horum necessitas sublevetur, & discere volentibus sit facilior via ad scientiam assequendam, mandat assignari beneficia docentibus, ad convenientem sustentationem, qui ejus Ecclesiæ Clericos & alios pauperes gratis doceant *c. 1. h. t.* Denique, cum Tellezius dicit, honorarium quod solvitur Professoribus Academicis pro gradu Doctoris, non dari pro licentia docendi, sed pro honoribus & emolumentis temporalibus, id quidem intuitu abusus evidentis & pene universalis verum est, quatenus hi gradus sæpissime dantur hominibus ad nihil minus quam ad docendum aptis, & de quibus certum est, quod docere omnino non possint. Interim non solum ipse doctoris titulus a docendo grammatice derivatur,

Ratio cur prohibita sit a Pontifice concessio licentiæ docendi pro pecunia.

Pecunia pro obtinendis gradibus Academicis cur detur, & quomodo hic casus differat a præcedente?

qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire. (151)

DE HÆRETICIS ET SCHISMATICIS, ET APOSTATIS.

TITULUS IV.

Qui sint hæretici, & qui schismatici, & quomodo differant.

§. I.

HÆretici (152) sunt, (153) qui vanæ gloriæ principi- *c. Hæreticus & c. inter hæresin 24. q. 3.*

---

tur, sed & in omnibus promotionibus licentiatorum & doctorum licentia docendi est primarium & præcipuum privilegium, quod promotis conceditur, cui adhærent honores, & emolumenta reliqua. Igitur alia responsione & hic utitur Zœsius *n. 3.* non posse applicari ad has promotiones prohibitiones, de quibus agitur in hoc titulo, cum ibi agatur de danda licentia docendi a Prælatis & capitulis, atque ita autoritate quadam spirituali, ut ea res videatur continere aliquem abusum potestatis Ecclesiasticæ, si pretium interveniat, quod de gradibus Academicis, de quibus etiam nulla fit mentio *in h. t.* dici nequeat. Atque hoc non procedere solum in jure & medicina, verum etiam in Theologia, nam & in ea magisterium non minus esse temporale quid, quam in aliis scientiis. T.

(151) Id enim docebatur juventus, ut Ecclesiæ aliquando idonei essent. Et in ejusmodi scholis aliquando vix alii, quam clericæ vitæ addicti auscultarunt. Hunc igitur proficiendi modum, qui ex avaritia impedirent, & licentiam docendi non alias darent, nisi accepta pecunia, illos beneficio suo privari voluerunt Canones. Z. *Declaratio.*

TIT. IV.
ad §. 1.

(152) Hæresis, ab αἱρέομαι, *eligo*, est proprie dogma certum, seu- *Hæreseos definitio no-*

minalis, realis vero definitionis difcultas.

sententia, secta, quam quis sequendam elegit. Vox initio fuit mediæ significationis, ut patet ex *Act. XXIV. 14.* postea vero nonnisi in malam partem cœpit usurpari, ut *1. Cor. XI, 19. Tit. III, 10.* & alibi. Judæis hæreticus appellatur abnegator fundamenti: *Hæresis est diversa sequentium secta* (inquit Augustinus *lib. 2. contra Cresconium cap. 3.*) *schisma vero eadem sequentium separatio.* Quid sit hæresis, juxta eundem Augustinum, *de hær. ad Quodvultd. omnino definire difficile est, quamvis omnis hæresis, quæ in vitio ponitur, nisi errore aliquo hæresis esse non possit. Quid ergo faciat hæreticum regulari quadam definitione comprehendi sicut ego existimo aut omnino non potest, aut difficillime potest.* Antiquitas fuit interdum liberalior in hujus nominis assignatione, errores vel leves admodum vel nullos hæreseos nomine designando, ut patet ex Philastrio, Epiphanio, Augustino, & aliis veteribus hæresiologis. Belgice hæreticus *Ketter* dicitur, a *Catharis*, Manichæorum prole, quos *Gazaros* appellarunt Germani; etsi Thuanus existimet *lib. 6. Hist.* Waldenses Gazaros fuisse appellatos, *a Leone III. uti putant Gazaro dicto, qui omnium maxime a Romanis Pontificibus sacrilegiorum & pravæ doctrinæ insimulatus est.* Roma quoque valde liberalis est illius tituli omnibus iis, qui quomodocunque vel suæ authoritati, vel suis placitis aut commodis adversantur. Proprie hæresis est error fundamentalis in religione Christiana, qui cum obstinatione & animi pertinacia defenditur. *Hæresis non est*, inquit Emanuel Sa *in Aph. §. 1. nisi sit error pertinax, dum homo scit assertionem esse damnatam ab Ecclesia, vel Scripturæ repugnantem, vel ignorat crassa ignorantia.* Quibus argumentis Protestantes ab hoc infami titulo liberentur, etiam per adversariorum confessionem, explicatum dedi in *Salute Ref. asserta, cap. 5.* M. *p. 223.*

Requisita veri hæretici.

(153) Definitionem hanc nemini melius convenire, quam papistis, ostendit Vergerius *in scholiis sup. lit. Papæ ad Senator. Regn. Polon.* Alias autem nimis angusta videtur. Et oppido difficile est, uti & Augustinus fatetur, definire, quis sit hæreticus. Requiruntur vero inprimis hæc quinque 1, ut sit membrum Ecclesiæ, 2. ut erret

cipatusque sui causa falsas opiniones gignunt, (154) vel

ret in fide, & quidem 3. in ipso ejus fundamento, 4. ut errori conjuncta sit malitia & pertinacia nulli admonitioni succumbens, 5. ut dissensiones & scandala in Ecclesia excitet, ejusque unitatem scindat. Gerhard. *loc. de minister. Eccles. n.371.* Add. Didac. Spino a Caceres *in specul. testam. gloss. rubr. part. 12. n. 6. 7. 8. seqq.* Z.

(154) Cum nullum sit dubium potestatem hæretificandi & doctrinam Cleri Pontificii, quod hæresis sit crimen, esse inter primaria papatus fulcra, merito mirandum esset, cur apud Protestantes duarum supremarum facultatum Doctores fere per duo secula crassissimum hunc Papatus & capitalem errorem non notaverint, sed vel repetierint, vel saltem superficialiter tetigerint, nisi arcana etiam Doctorum Protestantium, non omnium quidem, sed tamen nec paucorum, paululum sagacioribus jam incipiant esse cognita. Ego certe obstupui, dum circiter ante viginti annos in disputatione Academica indicarem, doctrinam de crimine hæreseos mihi valde suspectam videri, quod tantum non omnes ex nostratibus obstupescerent, & prope clamarent: Quid hoc novæ rei est? Etiam doctrinas pene universales & hactenus a tot piis & eruditis viris unanimiter defensas, negare velle? etsi cautius me processurum esse putaveram, si non thetice, ut alias in dissertationibus Academicis moris est, sed per modum dialogi, rem illam tractassem, neque in titulo posuissem, hæresin non esse crimen, sed saltem proposuissem, ut problema juridicum, an hæresis sit crimen? Magis tamen miratus sum, quod hactenus nemo repertus sit, qui pro defendenda doctrina communi, etiam nostratium, quod hæresis sit crimen, quicquam, quod sciam, scripserit, aut rationes meas eam sententiam impugnantes destruxerit. Ad duo vero potissimum est attendendum, initio quid sit hæresis; deinde an sit crimen? Quod primum attinet, vidimus jam *nota 152.* locum Augustini, quo ipse fatetur difficile esse hæreticum definire. Sed vel pueri norunt, frustra disputari de cri-

Error communis de crimine hæreseos,

ante viginti annos circiter detectus.

Variæ objectiones contra definitiones communes hæreseos.

mine

mine hæreseos, si ignoremus, quid sit hæresis. Communiter hæreticus vocatur, qui errat in fundamento fidei. Tellez ad *c. 1 h. t. n. 7. in fine*, sed latius ostendi in *d. differt. an hæresis sit crimen*, §. *3. 4. & 9* & fidei & fundamenti fidei terminos esse valde ambiguos & obscuros, nec posse etiam hæresin quatenus error est, pro crimine haberi, quia error est actus intellectus, crimen vero est actio voluntatis. Sentientes hoc Pontificii varia tentarunt media ut voluntatem immiscerent. Hinc in definitione a Lancelotto exhibita falsæ opiniones ex ambitione & vana gloria ortæ esse dicuntur, quam sententiam adjuvare videtur, quod ipsa Scriptura Sacra errores Gentium voluntati adscribat, docens, *Ephes. IV. 18. Gentium intellectum obtenebratum esse per excæcationem cordis eorum.* Sed ad hæc facilis est responsio. 1) Confunduntur a Canonistis propositiones evidenter diversæ. Etsi enim omne crimen sit actio voluntaria, non tamen omnis actio voluntaria est crimen, sed vel actio etiam indifferens, vel virtuosa, vel vitiosa, absque tamen criminis nota. Repete dicta superius *nota 63. & 66.* 2) Error partim est affectio intellectus, quatenus judicat, verum esse falsum, aut falsum esse verum, partim oritur ex voluntate quatenus omnes errores oriuntur ex præjudiciis autoritatis & præcipitantiæ in intellectu, hæc vero præjudicia intellectus oriuntur ex præjudiciis voluntatis, impatientia, & amore irrationali, uti in positionibus philosophiæ rationalis & moralis ostendi. 3) Omne crimen est actio voluntaria externa, at error, etsi suo modo dependeat a voluntate & sit ejus effectus, quatenus tamen formaliter & ut actio intellectus consideratur, est actio interna. 4) Actiones intellectus etiam ideo non sunt objectum legum pœnalium, quia errores emendantur placida ostensione & interna convictione, non violentia externa adhibita. 5) Actiones, quæ crimen faciunt, debent probari, adeoque in sensus cujusvis hominis incurrere; at tales actiones non sunt opiniones erroneæ, inprimis si plurium hominum assensum inveniant; unde solet utraque pars contradictorias sententias defendens alteram erroris incusare &c. Conf. *d. ct. differt. an hæresis sit crimen?* §. 7. & 9. Unde jam facile responderi potest ad alia effugia Canonistarum, recensita a Tellezio *ad cap.*

Error non potest esse crimen.

etsi ex voluntate originem ducat

cap. 1. h. t. n. 5. in fine vitium hæreſeos non eſſe in intellectu abſolute ſed per motum voluntatis ad ſic intelligendum moventis, aut, initium hujus criminis eſſe in intellectu errante, conſummationem tamen illius eſſe in voluntate, quia errorem pertinaciter retineat, unde communiter Canoniſtæ *pertinaciam* ad eſſentiam criminis hæreſeos requirunt, ejusque in definitione mentionem faciunt. Tellez *d. l. n. 7. ab init.* Sed ad hoc etiam effugium jam reſpondi *d. diſſert. §. 6.* non omnem pertinaciam includere malitiam. *Ut enim taceam, hic non agi de pertinacia circa res voluntatis ſeu repugnantia ſpontanea rerum agendarum, ſed de pertinacia circa objecta intellectus, poteſt illa pertinacia de rebus intellectus dupliciter exponi. Vel enim denotat ejusmodi nævum intellectus, quo quis nihil poteſt adverſus veritatem proferre, interim tamen ſententiam erroneam non mutat, ob præjudicium autoritatis, & quod huic innixus ejus intellectus non aſſentiatur veritati: vel denotat malitiam in voluntate, qua quis convictus in intellectu de veritate rerum, non tamen vult illam convictionem confiteri, ſed contra conſcientiam falſa docet. Prior illa, ut ex iis, quæ modo ex Theologis noſtratibus adduxi, patet, huc non pertinet, atque adeo pertinacia eſt improprie dicta. Poſterior raro dabilis eſt, cum naturæ humanæ fere impoſſibile ſit, niſi forte metu doloris, aliter loqui de rebus ad intellectum pertinentibus, ac ſentias. Illud jam notorium, inter mille hæreticos, etiam Doctores, maximam partem bona fide errare. Uti vero calumnia eſt, quando Pontificii de noſtris Theologis dicunt, eos docere contra conſcientiam; ita defectui converſationis, aut peregrinationum adſcribendum eſt, ſi noſtri nobis perſuadere volunt, ac forte ſibi ipſis perſuadent, Pontificios, item Reformatos Theologos aut alterius ſectæ Doctores regulariter eſſe pertinaces, & in conſcientia de falſitate doctrinæ ſuæ convictos. Ut taceam, quod & modus legitimus convincendi hæreticos, quem pertinacia præſupponit, plerumque, ſi non plane exulet, ſaltem valde incertus ſit: Convincere non eſt, actibus metum incutientibus aut autoritate judiciali alterum adigere,*

Pertinaciam impertinenter ad eſſentiam hæreſeos requiri.

 gere,

gere, ut aliquid verum esse fateatur, sed amice, rationum ponderibus aut efficacia aut virtute spirituali, per discursum aut interrogationes planas alteri errorem commonstrare. Ita Christus & Apostoli convincebant adversarios. Sed Anti-Christus sævit in dissentientes, carceribus, morte, relegationibus, autoritate judiciali, pluritate votorum, confiscatione librorum. Et hoc convincere errantes appellat. Relegantur hæretici, aut, ne introeant auditorium, aut, si introeant, ne opponant & conferant, cavetur. Tum disputatur contra absentes aut loqui non audentes. Et hoc convincere dicitur. Confirmatur hæc mea sententia, quod Canonistæ ipsi nesciant, quomodo pertinaciam hanc accurate definiant, & post multas ambages tandem totum negotium arbitrio & beneplacito judicis relinquant. Ita enim Tellez *d.n.7. Circa dignoscendam autem pertinaciam in hac parte plura tradunt Castro* dict. lib. 1. cap. 9. *Cano* dict. lib. 12. de locis, cap. 9. *Simanc.* de Cathol. cap. 42. & in praxi hæref. cap. 30. *Navarr.* in cap. novit, notabili 3. num. 42. *Ricciulus*, & *Carena* supra: *Juxta quorum mentem dicendum est, pertinaciam juxta nominis etymologiam denotare nimiam persistentiam in eo, quod quis dimittere debet; unde pertinax idem est, ac valde tenax. Glossa* in Clem. 1. §. porro, de summa Trinit. & in l. 3. § penult. ff. de suspect. tutor. *pertinacia autem talis in præsenti non solum accipitur pro obstinatione, vel obduratione diuturna quæ habetur contra consensum transitorium, ut perperam existimarunt Alciatus* in l. 2. Cod. de summa Trinit. *Brunus* lib. 1. de hæret. cap. 2. pag. 2. *Sylvester* verbo Hæresis 1. num. 4. *sed generalius accipitur pro consensu quocunque firmo contra veritatem, & fidem catholiam, quam quis vel cognoscit, vel cognoscere debet, ut probat Simancas* de Catholicis dict. cap. 48. num. 8. & *ita qui sciens, prudensque errat contra fidem, pertinax est, id est plus debito tenax, quamvis monitio non fuerit, nec diutius perstiterit in errore: & in foro exteriori, quoad Ecclesiam, cui aliud non apparet, pertinax præsumitur errans in his, quæ cognoscere debet: sed quia circa pertinaciam indicendam, vel non, aliud*

aliud in jure cautum non legimus, ideo arbitrio judicis relinquitur, qui ex conjecturis deprehendet, an pertinacia intervenerit, id est firmus in errore consensus, veluti quia error est manifeste damnatus, & contra veritatem notissimam, seu traditionem Ecclesiæ; vel quia errans doctus est, & fugax, aut quia diu & clam perseveravit in errore, vel si legitima admonitio intercessit; sicut e contra pertinacia non præsumitur, quando error est contra veritatem minus notam, nec aperte damnatam; vel errans est indoctus; in reliquis fide optime sentiens, vel quia per minus tempus perstitit in errore, ut exemplis exponunt Caro, & Cano ubi supra. Porro etsi hodie communiter fere Doctores tam protestantes quam Catholici hæresin definire soleant, quod sit *pertinax error in fundamento fidei ejus, qui est, aut fuit membrum Ecclesiæ*, præter hactenus tamen notata, plurima alia allata sunt adversus hunc definitionem in *dicta dissert.* §. 4. *seq.* Unde postea facile fuit, aliam definitionem destruere in *dissert. de jure Principis circa hæreticos* §. 10. *seq.* secundum quam *hæreticus est Christum professus, qui in Symb. Apost. contentum fundamentum impingit, aliquem ejus articulum negat & spreta omni saniori informatione, fideliter quamvis monitus, & de errore convictus, pertinaciter tamen resistit, hæresin cum obstinata animi pervicacia tuetur, atque ad finem usque vitæ in ea perseverat.* Sed rationes meæ ibidem videri possunt, cum hæc definitio non hausta sit ex jure Canonico, sed sit alicujus ex Protestantibus qui ipse tamen non magnam fiduciam in illa definitione ponit. Vid. Frid. Ulr. Calixt. *tr. de hæres.* §. 150. *p.* 115. *seq. &* §. 53. *p.* 117. Potius e re lectoris erit expendere ea, quæ de vera & genuina hæreseos definitione tradidi *ibid. de jure princ. c. hæret.* §. 15. *usque ad* §. 40. quare non pigebit, ea hic apponere, quamvis paululum prolixiora: "Est vera hæreseos definitio, quæ sensibiliter & facillime potest applicari ad omnes casus, qui hactenus contigerunt, ubi de jure Principis circa hæreticos quæsitum fuit. Ergo litigent Theologi, litigent hæretifices inter se quamdiu velint, quid sit hæreticus, nos in re Juridica quæremus definitionem Juridicam. Ajunt Imperatores,

Alia definitio communis hæreseos rejecta.

Et adhuc alia.

Vera & genuina hæreseos definitio

res, Gratianus, Valentinianus & Theodosius *l. 2. C. de haret. Hareticorum vocabulo continentur & latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel levi argumento a judicio Catholica religionis & tramite detecti fuerint deviare.* Perspicua evadet mens Imperatorum, si singulas definitionis voces exposuerimus. *Religio* hic sumitur pro fide *l. 1. pr. C. de fide Catholica l. 3. pr. eod.* fides pro confessione. *d. l. 1. pr. de Fide Catholica l. 7. §. 4 in fine l. 8. §. 6. eod. Catholica* est, quæ debet omnes subditos obligare, *d. l. 1. pr. Trames* est norma, symbolum, liber symbolicus, &c. *l. 2. pr. eod. l. 7. §. 4. & 5. eod. d. Nov. 131. c. 1. Judicium* vero idem hic est ac trames. Quemadmodum autem Imperatores judicium summum in rebus Fidei tribuebant Clero *l. 4. C. de summa Trinitate l. 6. C. de SS. Eccles.* & ipsa Symbola Clerum autorem agnoscunt, ita patet, quod *deviare a judicio Catholicæ religionis* sit deviare a sententia Cleri *l. 1. §. 1. C. de summa Trinit.* Gothofr. *ad d. l. 2. C. de hæret. cap. 9. de hæreticis l. 3. §. 3. C. de S. Trin. l. 8. pr. & §. 1. C. de hæret. Deviare* autem denotat aberrationem eorum, qui in eadem via sunt. Erit ergo hæresis *dissensus, etiam levissimus, eorum, qui unius secta inter Christianos sunt, a judicio Cleri & libris Symbolicis ab ipso, ut sint norma fidei aliorum, confectis,* Gothofr. *d. l.* Clerus est status Reipublicæ in Ecclesia, sub specie devotionis & cultus divini singularem affectans sanctitatem præ aliis statibus, *Can. 1. init. dist. 30. can. 7. caus. 12. qu. 1.* & dominium prætendens in horum conscientias, *l. 1. pr. C. de Summa Trinit. d. l. 2. C. de haret.* Unde & idiomate Germanico dicitur, die Geistlichkeit; item Geistliche Väter *l. 42. §. 1. l. 48. C. de Episc. & Cler.* Beicht-Väter &c. His opponuntur *Laici d. can. 7. caus. 12. qu. 1.* qui sunt status Reipublicæ in Ecclesia, sub mundana & parum Christiana vita affectans majorem libertatem agendi præ Clero, & ut hanc obtineat, intolerabilem veris Christianis tyrannidem Cleri in conscientias patienter ferens. Unde & Germanice dicuntur: Der Weltliche Stand / item: Geistliche Söhne und Töchter *d. l. 42. §. 1. l. 48. C. de Episc. & Cler.* item: Beicht-Kinder. Quamvis vero jus Canonicum Clericos & Laicos paulo aliter

aliter describat *d. can. duo sunt genera 7. C. 12. q. 1.* nos tamen magis respeximus ad rem ipsam, quam ad Canones. Ostendit autem experientia, nec aliquis ex nostris negabit, convenire exacte definitionem Clericorum & Laicorum, Clericis & Laicis in Papatu. Non magis ergo attendenda fuit in tali causa definitio juris Canonici, quam v. g. definitio Tribonianea Juris Naturæ attenditur ab hodiernis scriptoribus juris naturæ; Definitiones enim non pertinent ad munus Legislatoris. Ergo quamvis Jus Canonicum paulo aliter ipsam etiam hæresin & hæreticum definiat, *Can. 26. 27. 28. C. 25 q. 3.* ipsi tamen Imperatores acu rem tetigerunt, dum in definitione sua supra recensita magis ad rem ipsam respexerunt. Unde id effecerunt, ut, cum Theologi magis respicientes ad obscuras illas juris Canonici definitiones hæreseos, inter se miris modis de notis hæreseos earumque applicatione ad casus obvenientes litigent, Jure-Consulti perspicuam hanc imperatorum definitionem sequentes, facillime eandem ad quosvis casus possint applicare. Clerus enim, uti formam credendi aliis præscribit, ita & ipse determinat vel per concilia, vel per Synodos, vel per consilia Academica, vel etiam per unius potentis in Clero (ut Pontificis,) declarationem, aut scripta, quod hic homo, aut hic cœtus a fide Ecclesiæ, vel symbolo dissentiat, *cap 9. X. de hæreticis.* Id est, non tantum in syllogismo hæretificali majorem facit sed & minorem; non solum docet, quod hæreticus sit, qui contradicit libello Cleri, sed &, cum dubium est, an quis contradicat, nec ne, definit, quod contradicat. Determinatio autem hæc palpabilis est & in sensus incurrit. Nam sæpe evenit, ut tam *levis* sit dissensus a libellis communibus Cleri, ut Laici non partiales vix illum sentiant. Sæpe de literula est, vel voce, aut termino. Si tamen Clerus determinaverint, hunc dissensum esse hæresin, habetur in jure Canonico pro hæresi, id est, ex re levi secundum judicium Laicorum, fit crimen gravissimum. Unde dicunt Imperatores: *vel levi argumento.* Exemplum præbet lis inter Arianos & orthodoxos de voce ὁμοούσιος & ὁμοιούσιος. Et huc pertinet Epistola Constantini M. apud Eusebium *de Vita Constantini lib. 2. c. 67.* ad Alexandrum & Arium, ubi Constantinus dicit,

dicit, *eos unam eandemque de fide tenere sententiam, ita, ut facile possint ad ipsum communionis consensum venire*, simulque dissensum utriusque dicit esse *de inani quadam particula; esse inanem dissoluti otii certationem, de adeo parvis exiguisque rebus, esse leviculam, esse stultam quæstionem & de re minimi momenti.* Ita sentiebat Imperator Laicus. At postquam Episcopi in Concilo Nicæno rem aliter determinaverant, ex inani illa re, res tanti momenti facta est, ut, qui salvus esse velit, decretum illud pro vero habere teneatur. Posses etiam *levitatem* dissensus ita interpretari, ut significet, quæstiones Cleri rixantis regulariter tales esse, ut, etsi prætendant, esse quæstiones Theologicas maximi momenti, & decisiones suas æquiparandas esse verbo DEi, revera tamen non plus inferant, quam applicationem temerariam terminorum aliquot Philosophicorum (sæpe ex Philosophia paganizante desumtorum,) ad mysteria fidei, quæ ideo sunt mysteria, quoniam philosophice concipi nequeunt: aut torturam etiam verborum scripturæ ad hypothesin aliquam Philosophiæ cujusdam parum sanæ. Paradoxum videretur, si assererem, a Constantini Magni temporibus, usque ad tempora reformationis, quæstiones, quæ ad fidem Catholicam pertinere dictæ sunt, & quæ hæreses pepererunt, omnes fere fuisse pure philosophicas, magnam partem metaphysicas ac logicas, adeoque tot hominum myriades non ob causam DEi, sed ob Metaphysicam Aristotelis, aut Platonis, fuisse trucidatos, relegatos &c. Interim paradoxo illo nihil verius. Lege absque præjudicio panarium Epiphanii: Lege Historiam conciliorum. Computa lites in illis de terminis *essentiæ, personæ, hypostaseos, naturæ, substantiæ, proprii &c.* Considera de quibus rebus anathemata dicta sint, v.g. de iis, qui statuunt *antipodes*, qui docent, *terram moveri circa solem* &c. Non tamen ea intentio Imperatorum est, ut docere velint, semper levem esse dissensum in causa hæreseos: sed sufficere saltem *vel* levem dissensum ad irritationem Cleri, ut aliquem hæreticum declaret. Nam sæpe *gravis* dissentiendi ratio subest, ut, cum multi testes veritatis ante reformationem de tyrannide papali, de ambitione & avaritia Cleri testati,

ac

ac propterea inter hæreticos relati sunt: Quæ etiam dissentiendi ratio subfuit in reformatione Lutheri. Fuit hic gravis dissentiendi causa ex parte testium veritatis, quia veritates, quas defenderunt, pertinuerunt ad reparationem salutis publicæ, valde turbatæ per tyrannidem Cleri in conscientiis: Ex parte Cleri contra gravis ratio dissentiendi & hæretificandi fuit habita, quod veritates illæ, ventres & capita, ac marsupia clericorum, & sic vitam clericalem peterent. Cum tamen non e re fuerit, veras causas anathematum Laicis manifestas facere, in Conciliis & libellis condemnatoriis *leves* illæ dissensiones Metaphysicæ, vel similes, *sub specie gravium causarum* fuere prætextæ, uti fere & Reges seculi in Manifestis, quæ vocant, raro causas genuinas belli scribunt, sed prætextus. Quamvis autem Clerus semper clamaverit, unam debere esse fidem, ac unam religionem, unumque adeo symbolum, ostendit tamen historia, fidem Cleri ejusque *Symbola* infinitis modis *variasse*, adeo ut, ni fallor, Hilarius scripserit: olim Christianos fidem præstitisse, nunc cum nullam fidem habeant, eos nihil facere, quam ut fidem scribant. Observandum adeo, terminos hæreseos & hæreticorum variare pro diversitate Symbolorum, adeoque facile evenire posse, *ut ex orthodoxo fiat hæreticus, vel contra*, non prout ipse, sed prout Symbolum variaverit. Scilicet origo dissensus, unde hæresis oritur, inter Clerum ipsum est, (est pulcher textus *in l. 15. C. de Episc. & Cler.* ubi glossa vocem *clericos* exponit, *sive hæreticos. Conf. can. Transferunt 33. C. 26. q. 3.*) Laici saltem postea sub promissione remissionis peccatorum, vel etiam sub spe lucri temporalis, in partes tracti sunt, ut brachium seculare assistat decisioni Cleri, eamque exequatur. Non tamen per istam executionem extinguitur hæresis, sed saltem reprimitur aliquo modo ad tempus, graviores vires sumtura suo tempore, quo magis affectus ebullire solent, qui violentia externa impediti sunt. Manet enim alteri parti Cleri, pro hæretico declarati, alta mente repostum judicium Paridis. Hinc operam dat, ut vel mortuo Principe, vel etiam vivente adhuc brachium seculare trahat in suas partes, & sic decreta priorum, decreto contrario ac nova hæretificatione destruat. Patet

res vel ex exemplo & historia Arianismi, & Conciliorum Nicæni ac subsequentium: Modo enim Clerus Ario adhærens, modo factio Alexandri alteram partem declarabat hæreticam, prout modo Imperatores huic, modo illi faventes existebant. Et docet vita Constantini, tam misere hunc Principem Cleri astu fuisse deceptum, ut, quamvis Catholici communiter de ejus assensu gloriari soleant, justissimæ tamen subsint rationes suspicandi, eum, ut Arianum fuisse mortuum. Quamvis non negem, eum ipsum ignorasse, quis & qualis esset. Ita subtilitatibus Metaphysicis utrobique doctrinam fidei obscuraverat Clerus, ut Laici tricas illas non intelligerent, nec quærebantur amplius de Christianismo & sensu Scripturæ sacræ, sed de sensu Symboli Nicæni, quod norma scripturarum factum erat. Quodsi ergo dicta de juridica definitione hæreseos in summam velimus contrahere, convenientissime dicere poterimus: HÆRESIN esse DISSENSUM A RELIGIONE DOMINANTE. Et cum oppositorum opposita sit ratio, hæresi vero unanimi consensu opponatur orthodoxia, *l. 10. C. de hæret.* & Catholica religio, simul perspicuum erit, orthodoxiæ non meliorem posse tradi definitionem juridicam, quam, quod ORTHODOXIA SIT RELIGIO DOMINANS, *l. 1. §. 1. de Sum. Trinit.* Et jam adeo nihil restat, quam, ut religionis dominantis vocabulum ab omni ambiguitate liberemus. *Religio dominans* non est, cui Princeps aut major pars populi addicti sunt. Posset enim Princeps, aut major pars populi, religioni alicui addictus esse, ut subditis tamen, aut minori parti populi relinquatur libertas sentiendi; tum neutra religio erit dominans, neutra hæretica, neutra orthodoxa in sensu juridico. Requiritur ergo ad religionem dominantem, ut ejus Clerus velit dominari in conscientias, & habeat intentioni suæ inserviens brachium seculare, vel Principis, vel majoris partis populi. Hoc est, ut & intentionem dominandi habeat, & vires. Poterit ergo contingere, ut *duæ*, *vel plures religiones dominantes* sint in una Republica, si videlicet plures diversi cœtus sint, quorum singulorum Clerus velit conscientiis aliorum imperare, & potentia seculari sit suffultus. Tum ergo non mirari de-

debis, *si singulæ diverso respectu simul sunt hæreticæ & orthodoxæ.* Orthodoxæ, quatenus dominantur, & una alteram persequitur: Hereticæ, quatenus inter se dissentiunt, & una ab altera patitur. Uti vero hoc non potest non turbas multas dare in Rep. ita, si per pacta pacis Laici tolerantiam mutuam stipulentur, murmurante contra clero, pro orthodoxis singulæ habentur in sensu Juridico. In sensu Clericali vero singulæ orthodoxæ sibi, erunt, hæreticæ Clero alteri.,, Hactenus dicta dissertatio. Quod si quis forte communibus ferculis juris Canonici adsuetus hæc legens, sancto hæretificationis zelo commoveatur, & me athei, Arriani &c. convitio minimum in scrinio pectoris sui, increpet, eum rogo, ut, antequam id faciat, aut facere continuet, legat cum attentione Salviani Massiliensis (quem Gennadius Magistrum Episcoporum, Rittershusius in vita Salviani orbis Christiani magistrum, quia vitia totius Christianismi castigaverit, & fidei integritatem asseruerit, vocavit,) judicium de Arrianis & orthodoxis, *de gubern. DEi lib 5. p. m. 162. Barbaris traditio magistrorum suorum & doctrina inveterata, quasi lex est, qui hoc sciunt, quod docentur. Hæretici ergo sunt, sed non scientes. Denique apud nos sunt hæretici; apud se non sunt. Nam in tantum se Catholicos esse judicant, ut nos ipsos titulo hæreticæ appellationis infament. Quod ergo illi nobis sunt, & hoc nos illis. Nos eos injuriam divinæ generationi facere certi sumus, quod minorem Patre filium dicant: Illi nos injuriosos patri existimant, quia æquales esse credamus. Veritas apud nos est; sed illi apud se esse præsumunt. Honos DEi apud nos est; sed illi arbitrantur, honorem divinitatis esse, quod credunt. Inofficiosi sunt; sed illis hoc est summum religionis officium. Impii sunt; sed hoc putant veram esse pietatem. Errant ergo, sed bono animo errant, non odio, sed affectu DEi, honorare se Dominum atque amare credentes. Quamvis non habeant rectam fidem; illi tamen hoc perfectam DEi æstimant caritatem. Qualiter pro hoc ipso falsæ opinionis errore in die judicii puniendi sint, nullus potest scire, nisi judex. Interim idcirco eis, ut reor, patientiam DEus commodat, quia videt, eos, etsi non*

Illustratio sententiæ nostræ ex loco Salviani.

recte credere, affectu tamen piæ opinionis errare: maxime cum sciat, eos ea facere quæ nesciunt; nostros autem negligere quod credunt: ac per hoc illos magistrorum peccare vitio, nostros suo: illos ignorantes, nostros scientes: illos id facere, quod putent rectum, nostros quod sciant esse perversum. Et ideo justo judicio illos patientia DEi sustinet, & nos animadversione castigat: quia ignosci aliquatenus ignorantiæ potest; contemtus veniam non meretur. Adde ad hunc locum Salviani notas Rittershusii *p. 153. seq.* Nos saltem hic apponemus, quæ ad verba Salviani de objectione mutua erroris annotavit Rittershusius. *Sic Arnobius*, inquit, *lib. 1. advers. gent p. 42. & seqq. Non creditis scriptis nostris; & nos vestris non credimus scriptis.* Et rursum: *Falsitatis arguitis res nostras; & nos vestras arguimus falsitatis.* Lactant. *lib. 4. c. ult. Singuli quique cœtus hæreticorum se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant, &c.* Vide, an non similia hodieque fiant inter Christianos, qualia & Salvianus suo & Lactantius suo ævo facta testantur. Quod vero ipsam definitionem hæreseos a me traditam attinet, ea non displicuit B. Titio JCto Lipsiensi, qui *in jure privato Romano-Germanico libr. 9. c. 15. §. 18.* ita disserit. *Quid hæresis proprie sit, non satis liquet. vid. Brunnem.* J. E. l. 2. c. 18. §. 12. seqq. ibique *Stryk.* in not. *Ziegler.* ad Lancel. lib. 4. tit. 4. *De accurata tamen ejus definitione debent esse solliciti, qui pœnam illius defendunt, mihi, jus puniendi negaturo, sufficit qualiscunque suppositio. Igitur juxta hypotheses religionis dominantis, in sensu latissimo eam supponam, quod sit* discessio a religione dominante, sine totali hujus negatione, *quo sensu fere definitur* in l. 2. §. 1. C. de hæret. Nec injucundum erit, adjicere quædam loca ex Burneti *Historia reformationis Anglicanæ lib. 1. p. 42. seq.* « Ce fut alors, que le Clergé s' abandonna au génie de la Religion, qu' il suivoit: son autorité étant affermie par des loix sevéres, son insolence & sa cruauté ne reçurent plus de bornes. Manquoit-on, mesme aux apparences du respect qu' il croyoit luy estre dû, ou bien ne vouloit-on pas luy céder ce qu' il demandoit, c'

& Rittershusii,

item, B. Titii,

denique Burneti.

en

en estoit assez pour estre soupçonné d' héréfie, pour estre traîné en prison, & pour avoir à répondre devant des parties passionnées & toute-puissantes. De là nâquirent de grands abus, & ensuites de grandes plaintes &c. Les Constitutions de l' Eglise ayant attaché le nom d' héréfie à beaucoup de choses, le Clergé trouvoit sans peine un prétexte contre ceux qu' il haissoit; & au pis aller, s' il ne pouvoit leur attribuer des héréfies positives, il travailloit à les rendre hérétiques par des consequences.,, Idem *libr. 2, p. 129.* " Chaque Ecclesiastique prenoit soin de publier, que la conduite des Communes ouvroit la porte à l' héréfie; & que du moment qu' on voyoit des gens, murmurer contre les abus, ou entreprendre de leur chef une Réformation, on pouvoit conclure, que la Religion estoit menacée de quelque nouveauté dangereuse &c. Et comme les mesmes Ecclésiastiques voulurent se soûtenir, defendre leurs privileges, & s' opposer au dessein où l' on estoit de travailler à une Reformation, ils fortifiérent les préjugez, & l' aversion, qu' on avoit conçus contre-eux. Au lieu que si le dessein de cette Reformation fust venu d' eux-mesmes, ou au moins s' ils l' eussent appuyé d' abord, leurs ennemis auroient pû n' estre point du tout écoutez. Mais leur malheur fut, qu' ignorant quel étoit leur veritable interest, ils crurent, qu' en défendant leur honneur, & leurs privileges, ils devoient aussi entreprendre la défense des abus & des excés, qui leur estoient imputez.,, Rursus *eod. libr. 2, p. 149.* " Il n' y a point de bon Catholique, *disoient-ils*, qui nie que dans toutes les questions douteuses, on ne doive suivre la tradition de l' Eglise. Or, quand mesme nôtre question seroit problématique, elle est décidée par les Papes, par les Conciles, par les Peres, & par les Docteurs de l' Eglise. Que si des particuliers soûtiennent aprés cela, qu' ils entendent mieux l' Ecriture, que ne fait le reste du monde c' est introduire l' héréfie.,, Porro *eod. lib. 2. p. 216.* " Encore n' avoit-on pas determiné, ce qu' on entendoit par héréfie: on avoit dit seulement en général, *ce qui estoit contraire à l' Ecriture, ou aux Constitutions canoniques.* Or cela souffroit une grande ambiguité, par laquelle beaucoup de personnes, ignorant ce que c' estoit que héréfie,

vel sequuntur. Schismatici sunt, (155) qui se ab unitate Ecclesiæ per inobedientiam (156) separant. (157) Licet

sie, couroient un risque continuel. De plus, les Juges Ecclesiastiques procedoient, souvent, sans qu' il y eut ni accusation, ni delateurs; ce qui n' avoit jamais esté pratiqué, dans les crimes de léze-majesté. Enfin, on faisoit passer, sous le nom de constitutions canoniques, plusieurs ordonnances de Papes, qui n' estoient fondées, sur aucun précepte divin.„ Confer eundem *lib. 3. ab initio p. 242.* T.

Alia descriptio schismaticorum.

(155) Schismatum nomine notantur animorum & voluntatum distractiones, quibus Ecclesiæ corpus quasi violatur. Hæreses autem sunt opiniones atque sententiæ non a DEO revelatæ, sed electæ ab hominibus adversus veritatem orthodoxæ fidei, & sacrum catholicæ pietatis canonem *Rainold. prælect. 1. Hæretici*, inquit Augustinus *de fid. & symb. c. 10. de DEO falsa sentiendo ipsam fidem violant: Schismatici autem dissensionibus iniquis à fraterna charitate dissiliunt, quamvis ea credant, quæ credimus.* Add. *c. inter 24. q. 3.* Hæresis igitur & schisma etsi in eo conveniant, quod ex utroque unitas & communio Ecclesiæ violetur, origine tamen inter se differunt. Hæresis enim lædit regulam fidei ipsaque Christianæ professioni fundamenta evertit; Schisma vero disciplinam Ecclesiasticam labefactare & Episcopalem autoritatem concutere nititur. Sed ea tamen est schismatis indoles, ut si inveteratum fuerit, in hæresin desinat. Et nullum schisma non sibi aliquam confingit hæresin, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur. Petr. de Marca *de concord. sacerd. & imp. lib. 4. c. 8. n. 3.* Z.

Declaratio Lancelotti ex Simanca.

(156) Propius ad mentem Lancelotti accedit doctrina Simancæ relata a Limborchio *Hist. inquis. lib. 3. c. 7. p. 199. Schismatici vel sunt consummati hæretici, vel hæreticis confines, qui tantummodo ab unitate Ecclesiæ & Summi Pontificis obedientia recedunt; hi parum ab hæreticis distant; nam credunt extra Ecclesiam esse*

cet autem inter hos a principio quædam videatur esse diversitas, nullum tamen est schisma, quod sibi aliquam tandem hæresim non confingat, ut ab Ecclesia recte recessisse videatur. (158)

Schisma-

se veram salutem, & vera sacramenta, aliaque plura quæ schisma sequi solent. Hi iisdem fere pœnis coercendi sunt, quibus hæretici puniuntur. Alii culpa carent, & justam excusationem habent: hi sunt, qui probabili aut insuperabili ignorantia ducti, putant aliquem summum esse Pontificem, qui recte electus non est: quod tunc evenire solet, cum propter ambiguam electionem duo aut plures de Pontificatu contendunt, & alioqui bona fide quendam illorum pro vero Pontifice habent, qui tamen juste electus non est. T.

(157) Rursus alii Schismaticos ab hæreticis ita differre statuunt, quod Schismatici & Hæretici conveniant in eo, quod utrobique adsit error in articulo fidei, in eo differant, quod hæretici errent in articulo fundamentali, Schismatici in non fundamentali, contra quos disputavi in *dicta differt. an hæresis sit crimen* §. 4. p. 9. *seq.* Hæc omnia, quæ hactenus de differentia schismatis & hæreseos tradidi, docent, æque incertam esse differentiam (quoad usum juris Canonici) schismatis & hæreseos, ac definitionem hæreseos; adeoque differentiam illam iterum dependere a solo arbitrio Cleri, quorsum & spectant verba *ibidem p.* 11. *Sic hactenus statuere ex ipsis rerum circumstantiis coactus fui, affectus Cleri, si non omnium, saltem plerarumque hæresium causas fuisse. Atque illos quidem Clericos, qui moratiores audire voluerunt, adversarios Schismaticorum nomine, tanquam hodie non adeo invidioso insignivisse, rusticiores contra & consortio hominum civiliori parum assuetos, vel levissimum a se, aut præceptoribus, vel amicis dissensum, tanquam hæresin traduxisse.* T.

Alia differentia Schismaticorum ab hæreticis.

Genuina differentia.

(158) Neque quisquam fere discedit a fidei sinceritate, quin, si

Schismatum causa.

Schismatici excommunicatione, depositione, bonorum confiscatione, & a se gestorum annullatione puniuntur.

a) c. 1. & per tot. tit. de schismat. in 6.

§. 2. Utrumque *a*) vero crimen (159) atrocis-

---

si asseclas inveniat, etiam ab Ecclesia veritatis columna secessionem faciat. Conf. Reinold. *d. l.* Ex mente Optati Milevitani *lib. 1. adv. Parmen.* hæ fere sunt schismatum causæ: Iracundia, livor, æmulatio, ambitio, avaritia &c. Z.

ad §. 2.

Hæresis non est crimen. (159) Postquam in notis ad §. *1.* vidimus, quomodo hæresis & schisma in sensu juris Canonici definiri debeant, jam facile demonstrari potest, quod nec hæresis nec schisma (in illo sensu) ad criminum classem pertineant. Et quemadmodum jam in *nota 154.* præcipua argumenta eo ducentia sunt adducta, reliqua vero ex dicta dissertat. *an hæresis sit crimen* §. *10. seq.* peti possunt, ita saltem hoc loco pro illustranda sententia nostra adducemus consensum a-

Consensus B. Titii. liorum. Prodeat igitur in scenam B. Titius, qui *d. l. 9. c. 15. §. 19. ad 27.* assertionem illam evidenter probavit, & ad objectiones etiam nostratium vel limitationes accuratissime respondit. *Non posse*, inquit, *hæresin ab hominibus puniri*, *ex* indole religionis *ultro apparet*; *hæc in animo consistit præcipue*, *solis autem actibus externis neutiquam absolvitur*, *hi tamen*, *ex scitis religionis christianæ*, *nihilominus sunt necessarii. Cum igitur imperium humanum*, *invito sententiam ingerere*, *ac serium animi applausum excitare*, *& consequenter actus externos*, *quos repudiat animus*, *præcipere*, *vel quos hic necessarios existimat*, *prohibere nequeat*, *hinc liquet*, *religionem tam internam*, *quam externam*, *esse liberam*, *ac imperio humano neutiquam subjectam. Neque distinguere licebit inter religionem* veram *&* falsam, *ut illam*, *non hanc*, *liberam velimus dicere: Nam quid verum aut fal-*

falsum sit, id rationibus, non vi, expediendum est, nec poterit, vera licet sententia, per vim invito ingeri. Est etiam distinctio illa nimis periculosa, cum experientia testetur, religionem dominantem, semper velle esse veram, hinc in cæteras, velut falsas, admissa illa doctrina, dominatum exercebit, ex quo quantæ calamitates, in genus humanum, redundent, nemini, rerum civilium perito, potest esse incognitum. Ex illa religionis libertate, necessario quoque ejus, a pœna humana, sequitur immunitas, nam, cessante imperio, cessat etiam pœna add. Grot. de J. B. P. l. 2. c. 20 §. 48. seqq. *Dn. Thomas.* Fürstenrecht p. 1. posit. 18. §. 1. pag. 192. *Ratio hæc generalis est, hinc immunitas, quoad quamvis hæresin, quam enormis illa sit, & quamlibet pœnam, quam levis etiam fuerit, asseri debet. Non possunt igitur hæretici morte, dolore, infamia, carcere, relegatione, multa, vel quavis alia pœna, puniri, hinc etiam honesta sepultura ipsis non est deneganda* v. l. 9. C. de hæret. *talis tamen sepeliendi ratio, quæ testimonium, de defuncti salute, quodammodo involvat, ipsis recte negatur, quemadmodum etiam ceremoniæ temperari possunt, in quem sensum accipienda videtur doctrina Carpzovii* J. E. l. 2. D. 383. *add. Thomas.* d. l. §. 5. 6. *Hæc licet certa sint, communiter tamen hæreticorum pœna defenditur. Hæreticos etiam morte puniri posse, Pontificii doctrina & praxi ostendunt, nec ex rationibus suis, iuxta quas religio est fulcrum dominatus Clericalis, aliter agere possunt. Eandem sententiam quibusdam Reformatis tribuit Carpz.* Pr. Crim. qu. 44. n. 28. *Scriptores Lutherani communiter censent, hæreticos puniri quidem posse, sed non morte, nisi sint blasphemi vel seditiosi v. Carpz.* d. l. *Muller.* atheism. devict. p. 2. c. 4. *add. Brunnem.* J. E l. 2. c. 18. § 12. seqq. *Verum sicut durior sententia, sine dubio ex papatu est, ita mitior altera, ad eius reliquias, maximam partem, quoque est referenda; Rationes sane, quæ ei defendendæ afferuntur, parum solidæ sunt. Nimirum* (1) hæresis multa mala introducit, ac regnum Turcicum in specie inde ortum est. *Mala spiritualia per hæreses utique producuntur, sed*

iis media spiritualia, sive solida doctrina & preces, non vis & pœnæ humanæ opponi debent; Quod vero ex hæresi, etiam multa temporalia, ac in specie regna tyrannica dependeant, illud utique gratis dicitur, cum illa potius, inconsultis & violentis hominum improborum consiliis, originem debeant. Quod vero (2) Magistratus curare debeat, quo vera religio & cultus vigeat, *id quidem non negabo, licet nonnulli curam illam Magistratui abjudicent, sed contendam, fini illi adhibenda esse media legitima, nempe solidam doctrinam, amore & mansuetudine temperatam, non vim & pœnas.* (3) Exemplum Lutheri ad Carolum V. provocantis, ut & ejus, aliorumque testimonia *intempestive allegantur v. Carpz.* d. qu. 44. n. 16. 32. seqq. *cum pœnam hæreticorum solide potius evertant. Non majoris momenti est, quando* (4) hæretici, non ob errores, sed contumaciam puniri dicuntur, *nam sicut hæresis ipsa, vel eius assumtio, pœnis humanis non subiacet, ita constans eius defensio, pro delicto punibili, haberi etiam non potest. Neque illud cum effectu allegare licet, quod* (5) Ecclesia hodie plus juris, in puniendis hæreticis, habeat, quam olim, cum Magistratus politicus ejus pars sit, *nam defectus iuris puniendi, non dependet a* subjecto, *sed* objecto, *sive* religione, *eiusque* libertate, *quæ ratio semper obtinet, in quemcunque etiam statum Ecclesia perveniat. Illud porro falsum censeri debet, quod* hæretici blasphemi morte puniri queant *v. Carpz.* d. qu. 44. n. 48. *cum enim id, de quo male loquuntur, pro re divina non habent, hinc ne quidem dolus & vera blasphemia subest, præterea, ne hanc quidem recte morte puniri, antea ostensum est*, v. §. 11. seqq. *Illud rectius dicitur, quod* hæretici seditiosi, ultimo etiam supplicio, recte coerceantur, *modo vera sit seditio, nam crudelitas sæpe prætextum quærit, ac negatum iniusto conscientiarum dominatui obsequium, seditionem interpretatur. De eo quoque non dubitandum, quin hæretici, ob alia delicta punibilia, puniri queant, & quod minister ecclesiæ, in hæresin prolapsus, a munere suo ob defectum conditionis, excludi possit*, v. §. 6. *Ex asserta hactenus religionis libertate, etiam sequitur, quod hæretici, qui turbas*

bas non dant, in Societate civili, recte tolerentur, vel in eam recipiantur, ut &, quod consueta humanitatis & socialitatis officia, ipsis quoque præstari possint, imo suo modo debeant. Potest tamen hæreticis etiam receptio negari, vel emigratio innoxia iniungi, modo illi alibi commode habitare queant, ac rationes iustæ receptionem vel tolerantiam dissuadeant, sed raro modus exacte hic servatur. Celeberrimus Leibnizius *in Epistola ad Autorem des dissertations historiques sur divers sujets p. 176.* paucis verbis includit discursum prolixiorem Titii. „ L' histoire des Anti-Trinitaires modernes est assez curieuse. Il semble que ces Italiens & ces Espagnols, qui sont les auteurs de cette Secte, ont eu envie de rafiner en matiere de Reformation sur les Allemans & sur les François; mais ils ont presque aneanti nôtre Religion, au lieu de la purifier. Il est vrai que la rigueur exercée contre eux, & particulierement contre Servet, est inexcusable. Il n' y a que la mauvaise volonté qui puisse être punie & nullement l' erreur: *Errantis pœna doceri.* On a quelque droit de prendre mesures pour empêcher la propagation d' une erreur pernicieuse; mais aussi c' est tout ce qu' on a droit de faire, & ces mesures doivent être les plus douces, qu' il est possible. „ Add. Limborch. *de orig. & progress. inquis. lib. 1. cap. 1.* cujus summa est: Doctrinam Jesu Christi omni persecutioni religionis causa esse adversam. In *capite 2.* adducit testimonia Tertulliani, Cypriani, Lactantii idem inculcantia. Capite 6. vero modeste contra Augustinum modo persecutionem dissentientium impugnantem, modo eandem defendentem disputat, eique potissimum locum Salviani jam supra *not. 54.* adductum, opponit. Sed audienda tamen etiam est altera pars, & quasnam rationes afferant Pontificii, cur dissentientes seu hæreticos punire malint, quam docere. *Rationem autem,* inquit Limborch. *lib. 3. c. 2. p. 176. cur pœnis adeo sævis cum hæreticis sit agendum, non autem ex Scriptura convincendi sint errores & falsæ doctrinæ, lepidum sane adfert Simancas* de Cathol. Instit. Tit. 59. §. 11. Non est in Scripturis adversus hæreticos constituendum certamen, in quibus aut incerta, aut parum certa victoria est. *Non mirum itaque*

Celeb. Leibnizii.

Limborchii.

Ratio jucunda dissentientium Canonistarum.

taque, doctrinas, quæ scripturarum præsidio destituuntur, vi ac suppliciorum atrocitate defendi, ac pœnæ metu exprimi confessionem, quæ, quoniam rationum pondere ac claris Scripturarum testimoniis destituta est, animo persuaderi nequit. Originem vero & progressum doctrinæ, quod hæresis sit crimen, omnium optime tradidit Limborch. *d. l. 1. c. 3. seq.* ex quo potissima referemus. Postquam Constantino Imperatore ad religionem Christianam converso rerum summa penes Christianos fuit, mox fortuna mutata magna etiam in doctrina & moribus mutatio facta est, & degeneres posteri majorum vestigiis relictis Ethnicam crudelitatem, imo Ethnica sæviorem, tandem in Ecclesiam reduxerunt. Primam occasionem dedit contentio inter Alexandrum Alexandriæ Episcopum, & Arium ejusdem Ecclesiæ Presbyterum. Ea cum ad Imperatorem Constantinum esset delata, primum Imperator per epistolam utrumque graviter reprehendit &c. Postea vero, sive Episcoporum quorundam hortatu, sive quod ita imperii sui rebus conducere credidit, Concilium Nicænum convocavit, ut illius auctoritate Arii sententia condemnaretur. Illius Synodi gesta omnium optime Eusebius, qui illi interfuit, enarrare potuisset; verum ea æternæ maluit oblivioni tradere, & paucissimis tantum verbis illius exitum describere: quibus si jungamus, quæ apud Socratem paulo uberius de ea exstant, manifestum est, omnibus, qui decretis Synodalibus calculum adjicere detrectarent, exilii pœnam denuntiatam, cujus metu procul dubio (ut sunt res humanæ) plures, ut subscriberent, compulsi fuerunt: pauci antem exilii metu nequaquam territi, quia cum aliis Arium condemnare noluerunt, in exilium missi sunt, una cum Ario sententia Synodi condemnato. Addidit Imperator edictum, quo omnes ab Ario conscriptos libros flammis absumi jubet; constituta pœna mortis in quemcunque, *qui librum ab Ario compositum occultasse deprehensus sit, nec eum statim oblatum igne combusserit.* Postea in quoscunque dissentientes legem tulit, qua universa loca, in quibus cœtus suos peragunt, auferri præcepit, ac non tantum in publico, sed ne in privatis quidem ædibus, ac locis ullis privati juris conveniendi licentiam reliquit. Postquam semel

Origo & progressus doctrinæ de crimine hæreseos ex Limborchio.

Constitutiones Imperatoriæ.

ſemel ad duriora remedia deventum eſt, & poteſtas ſecularis pœnis civilibus animadvertere cœpit in illos, quorum doctrina Conciliorum ſententia condemnata fuit; quos infami hæreticorum nomine appellare, & plebi exoſos reddere mos fuit, intra unam pœnam ſeveritas non ſubſtitit; ſed mox aliæ aliis ſuperadditæ ſunt, ut ita doctrina a Concilio damnata, dum nullos habet propugnatores, penitus etiam exſtirpetur. A pœnis pecuniariis deventum eſt ad amisſionem bonorum, exilium, ac tandem ad cædem & ſanguinem &c. Primo namque conditæ ſunt leges contra hæreticos, quibus vetatur, ne eccleſias habeant, ne conventus agant, ne bona eccleſiaſtica posſideant, ne Epiſcopos conſecrent, ne ſacerdotes ordinent, ne teſtamenta ordinare, aut ex quibuslibet ſucceſsionibus aut liberalitatibus capere eis liceat, ne publicis officiis præficiantur, & qui has leges non cuſtodiunt, juſtis pœnis plectantur. Sequitur probatio dictorum (*cap. 3. p. 5. ſeq.*) ex Codice Juſtinianeo & Theodoſiano, item ex Epiſtola Marciani, quæ legitur poſt Concilium Chalcedonenſe. Tum *p. 8.* docet has leges Magiſtratus ſecularis ſuadentibus & approbantibus Epiſcopis editas eſſe, ne videlicet decreta & anathemata ſua bruta fulmina eſſent & contemnerentur, ut videlicet hæretici in exilium pellerentur atque ipſi vacuas poſſent occupare ſedes. In ipſo Concilio Nicæno tantam fuiſſe Epiſcoporum animi impotentiam, ut cauſæ principalis ob quam convocati fuerunt, obliti, alter alterum oblatis libellis ſupplicibus coram Imperatore accuſaverint, ut nemo dubitare posſit, eos poſtquam adverſarii ſui, quem oderant, condemnationem procurarint, Imperatorem omnibus viribus inſtigaſſe, ut condemnatum terris ſuis porro proſcriberet. Et Socratem quidem *Hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 3.* memorare, Theodoſium Synadenſem Phrygiæ Epiſcopum adverſus Macedonianos rectorum provinciæ & præfectorum prætorio aſſiſtentiam flagitantem. Romanos etiam Epiſcopos nequaquam veritos eſſe Imperatorum auxilium contra hæreticos implorare: quin & nonnunquam (*p. 9.*) ipſos Romæ, ubi rerum potiebantur perſecutionis autores fuiſſe, quod variis exemplis, ex ſeculo 5. & 6. adductis, probat. Ab Orthodoxis igitur didicerunt Arriani perſecutionem diſſentientium, qui adeo quan-

Suadentibus & approbantibus Epiſcopis orthodoxis editæ.

Hos imitati ſunt Arriani.

quando Imperatorem, a suis partibus stantem, nacti sunt, nullum sævitiæ genus omiserunt, & illos a quibus ejecti fuerant, crudeliore odio persecuti sunt. Et ne prætextus ipsis deesset, quo palliare has persecutiones possent, easdem leges a Catholicis contra se latas, inverterunt & contra Catholicos executi sunt. Et quamvis persecutiones Arrianorum admodum pathetice & terminis odiosis describant Patres Ecclesiæ, orthodoxorum tamen edicta non fuisse inania terriculamenta ex ipsorum, quæ supersunt, scriptis, satis manifestum est. Si vero ad manum nobis essent Arianorum scripta, forte in illis non mitiora legeremus de Orthodoxis, quam nunc in Orthodoxorum scriptis nobis narrantur de Arrianis. Verum severis contra illorum libros edictis omnia ipsorum monumenta prorsus extincta sunt, nihilque nobis de illorum temporum historia superest, nisi in Orthodoxorum scriptis. Hos vero, magni licet viri fuerint, ab affectibus humanis, odio, ira, vindictæ studio minime fuisse puros, & acta & scripta eorum testantur, præsertim quando cum adversariis & diversum de religione sentientibus res erat, testibus (*cap. 4. p. 13. seq.*) Socrate de sui temporis Episcopis *Hist. Eccles. l. 1. c. 24.* de Hieronymo, Erasmo *ad Martinum Dorpium & in Apologia contra sutorem*, Huttero *contra Paræi Irenicum p. 14.* de Augustino, scriptis propriis adversus Donatistas, de Athanasio, vel sola ejus epistola ad solitariam vitam degentes; de antiquis Græcis Patribus, Cunæo *præfat. ad Juliani Cæsares*, Melchiore Cano *lib. 11. loc. Theol. lib. 11. p. 663. & p. 650.* &c. Interim nec Ariani semper summam crudelitatem adversus orthodoxos exercuerunt, & orthodoxi etiam nonnunquam metu tantum suppliciorum terrere voluerunt, non vero ipsa supplicia arrogare, quorum utrumque exemplis probat *p. 15. 16.* Caput 5. *p. 16-20.* aliquot Patrum sententias refert, primario quidem persecutionem orthodoxorum ab Arianis factam, & potissimum pœnas capitales damnantium, sed rationibus plerumque ejusmodi adhibitis, quæ etiam monstrarent, impiam esse hæreticorum persecutionem ab orthodoxis procedentem, quem in finem plura ex Athanasio loca, item ex Hilario, Ambrosio, Gregorio Nazianzeno, Optato Milevitano, Chrysostomo & Hieronymo adducun-

Improbantibus quibusdam patribus omnem persecutionem religionis causa.

cuntur. Caput 6. *p. 21 - 28.* notat: Augustinum prioribus suis scriptis omnem vim, religionis causa adhibitam, damnasse: Videlicet; *contra Manichæi Epistolam fundamentalem, ab initio, in libro quæstionum Evangel. sec. Matth. cap. 12.* postea vero post acres & diuturnas cum Donatistis contentiones eatenus quidem perstitisse in priore sententia, ut mortem iis infligere nollet, sed eam hactenus mutasse, ut pœnas, quæ spem resipiscentiæ non præscinderent, hoc est, quascunque, sola morte excepta, non tantum non improbasse, verum & infligendas docuisse, ut ita pœnis illis territi ad amplectendam orthodoxam fidem compellerentur; nimirum *retract. lib. 2. c. 5. epist. 48. ad Vincentium ex hæresi Rogatiana epist. 1. ad Bonifacium virum militarem, epist. 204. ad Donatum, presbyterum Donatistam.* In eo igitur tantum constitit Augustini tantopere deprædicata mansuetudo, quod apud Proconsules intercesserit, ne pœna mortis Donatistæ afficiantur, interim quæcunque alia supplicia, sola morte excepta, exilium, ademtionem facultatis testamentum condendi, aut paternam adeundi hereditatem, ex alterius donatione quicquam percipiendi, cum aliis contrahendi, seu emendi & vendendi, & quæ his sunt similia, non tantum approbavit eis infligi, sed & ipse eos ad Proconsules detulit, ut si in opinionibus suis persistant, illis suppliciis puniantur. Cum tamen apertum sit, ejusmodi suppliciis vitam nonnunquam reddi ipsa morte acerbiorem, quod duobus exemplis recentibus similium persecutionum, Reformatorum in Gallia, & ex Historia persecutionis Bohemicæ illustrat *p. 26. seq.* Hæc omnia si quis cum priore Augustini sententia, conferat, merito exclamabit: O! quantum mutatus ab illo Augustino, qui ne in ipsos quidem Manichæos sævire voluit, memor pristini sui erroris, ex quo non nisi summa proximorum suorum patientia revocari potuit: Nunc vero quævis, sola morte excepta probat contra Donatistas supplicia, ut per ea etiam nolentes, ad Ecclesiam Catholicam compellantur, ut ita tandem volentes in illius societate maneant: nunc elaboratos istiusmodi coactis attribuit sermones & prætextus, quibus reditum suum ad Ecclesiam, vi ipsis & metu suppliciorum expressum, tanquam voluntarium ac sibi salutarem

Donec Augustinus priorem sententiam mutans, doceret, omnia licere contra hæreticos excepta sola morte,

Augustini autoritate potissimum nituntur Pontificii Dd.

rem palliare docentur. Sed supponamus, homines hosce credidisse, se ad doctrinæ suæ prædicationem præcepto divino obligatos, ac proinde ne DEO immorigeri sint, debuisse in patriam suam redire, ut doctrinam suam propagent: quid tandem in eos decernendum statuisset Augustinus? Omnia illius argumenta eo tendunt, ut, si de talibus contra edictum imperatorium in patriam suam redeuntibus constitutum fuisset legibus Imperatorum supplicium capitis, minime id improbaturus fuisse videatur. Et sane, qui post Augustini tempora hæreticos esse persequendos, quin & ultimo afficiendos supplicio docuerunt, non alia magis quam Augustini autoritate pugnarunt: & ut, quanti sibi sit hac in re Augustini autoritas, ostendant, etiam illius argumentis, quantumcunque insulsis, & manifeste a Scripturarum sensu recedentibus, tanquam validissimis, doctrinam adeo religionis Christianæ genio repugnantem, defendere solent. Imprimis autem, Augustino duce, distinctione hac uti didicerunt, quod hæreticis illicitum sit Ecclesiam, Ecclesiæ autem incumbat hæreticos persequi. Quæ nunc communis omnium hæreticidarum exceptio est, & qua unusquisque, qui potestate seculari armatus est, specioso prætextu a se dissentientes persequi & opprimere solet. Crescente interim ab illis temporibus Papæ Romani magis magisque potentia, etiam ipsis Regibus & Imperatoribus formidanda, (*cap. 7. p. 29.*) quidam fuere exorti, qui immensam illam Papæ Romani, in rebus fidei autoritatem, oppugnare cœperunt, illum non tantum errandi periculo cum reliquis Episcopis obnoxium esse contenderunt; sed & varios illius errores & illimitatæ potestatis abusus indicarunt & reprehenderunt, quos omnes infami hæreticorum nomine notatos, publici odii victimas voluit esse curia Romana. Tales fuerunt seculo duodecimo, qui Albigenses & Valdenses dicuntur, quorum dogmata partim communia, partim singularia exponuntur *cap. 8. p. 30 - 37.* & probatur adeo, duas distinctas sectas non unam eandemque Albigensium & Valdensium fuisse, item scriptores Pontificios plurima de ipsis fuisse mentitos. Omne igitur Paparum studium fuit, doctrinam, immensæ ipsorum potestati inimicam, in herba opprimere, & persecutiones contra Albigenses & Valden-

Persecutio Albigensium & Valdensium seculo 12.

denses finiente seculo 12. potissimum jussu Innocentii III. institutas memorat caput 9. *p. 38.* Porro cum Episcopi, quibus censura in hæreticis demandata erat, viderentur aut isti muneri non satis idonei aut negligentiores, nec eodem, quo Papa contra hæreticos fervore grassarentur, Papa circa annum 1200. instituit ordines Dominicanorum & Franciscanorum, qui contra hæreses prædicarent. Dominicus cum suis sequacibus missus est in partes Tholosanas seu Galliam Narbonensem, ubi maxima cum vehementia contra hæreses ibi prædicavit, unde & illius ordini Prædicatorum nomen adhæsit. Franciscus autem cum suis in Italia hæreticos oppugnavit. Mandatum porro eis dedit Papa, ut Principes & populos Catholicos ad exterminandum hæreticos excitarent, in omnibus locis numerum & qualitatem hæreticorum, nec non Catholicorum zelum, & Episcoporum in extirpandis hæreticis diligentiam inquirerent & Romæ fideliter renuntiarent. Inde Inquisitores sunt appellati. Quæ latius exponit cap. 10. *p. 39. seq.* simulque probat, Dominicum primum fuisse inquisitorem & inquisitionem Tholosæ primo introductam circa annum 1208. vel 1212. vel 1215. & quidem temporibus Innocentii III. item Dominicum fuisse hominem crudelem & sanguinarium, qui rationem excogitaverit, quæ sub gratiæ & benignitatis specie, maxime immanem crudelitatis speciem tegeret, nimirum, ut ad Romanæ Ecclesiæ fidem conversis, pœnæ quædam per modum salutarium pœnitentiarum imponerentur, conversique hoc modo ab excommunicatione liberarentur. Has vero pœnitentias non sponte fuisse susceptas, sed metu gravioris supplicii, videlicet rogi & ignis. Ipsas etiam pœnitentias istas salutares maxima cum pœnitentium miseria fuisse conjunctas; aut enim detrusos fuisse in carcerem perpetuum, ut in pane doloris & aqua tribulationis miseram traherent vitam, aut signatos fuisse tam in tergo, quam pectore crucibus, quibus tanquam insigniti omnium contumeliis & injuriis exponerentur, simulque flagellatos esse publice coram toto populo vel in platea vel in Ecclesia &c. Caput 11. *p. 41. seq.* refert historiam bellorum contra Raymundum patrem & filium Comites Tholosanos, qui tantam hominum multitudinem expellere nolebant, & adeo

Origo inquisitionis contra hæreticos initio seculi 13. sub Innocentio III.

Ejusque progressus eodem seculo 13.

deo pro fautoribus hæreticorum habebantur. Caput 12. *p. 46. seq.* exponit celebrationem quorundam conciliorum & leges Imperatoris Friderici II. seculo 13. quibus inquisitionis officium valde promotum fuit. Caput 13. *p. 51. seq.* narrat, quomodo eodem seculo 13. inquisitio in Arragoniam, Galliam, Tholosam & Italiam introducta fuerit. De obstaculis, quæ ab initio experta fuerit inquisitio agit cap. 14. *p. 54. seq.* partim, quod tribunal inquisitionis novitate sua populis ingratum fuerit, partim, quod revera tribunal hoc inquisitionis opportunum fuerit medium, omnibus inimicis prætextu hæreseos opprimendis, quo nonnunquam Politici pariter atque Ecclesiastici abusi fuerint; partim, quod Pontifices, Reges atque Principes, imo ipsos Imperatores, si non omnia ex arbitrio Paparum facerent, hæreseos nota infamarent, & contra eos tanquam hæreticos procederent &c. Feliciores & minus impeditos Inquisitionis progressus potissimum in Italia, refert cap. 15. *p. 58. seq.* mortuo videlicet Friderico II. tempore interregni, ejus vero introductionem in variis locis extra Italiam eodem seculo 13. recenset cap. 16. *p. 61. seq.* nimirum in Comitatu Tholosano, in universo regno Franciæ, in Sardinia, Syria, Palæstina, Servia, Arragonia, Germania, Austria, Hungaria, Polonia &c. Caput 17. *p. 63. seq.* exponit peculiarem rationem Inquisitionis Venetæ ex Paulo Veneto, & quomodo prudenti temperamento Senatus Venetus solis Ecclesiasticis inquisitoribus potestatem inquirendi non reliquerit. Caput 18. & 19. *p. 65. seq.* sistit inquisitionem contra Apostolicos, Templarios, alios que; item contra Beguinos sive Monachos quosdam Franciscanos circa initium seculi 14. Processum contra Matthæum Galeacium Vice-Comitem Mediolanensem aliosque eodem seculo recenset cap. 20. *p. 71. seq.* De inquisitione introducta in Poloniam & restaurata in Gallia agit cap. 21. *p. 72.* De Wicleffo & Husso & inquisitione contra Hussitas seculo 14. caput 22. *p. 73. seq.* De inquisitione in Valentia Flandria & Artesia seculo 15. cap. 23. *p. 76.* De inquisitione a Ferdinando & Isabella in universa Hispaniæ regna potissimum adversus Mauros & Judæos eodem

Seculo 14.

Seculo 15.

dem

dem ſeculo 15. introducta ejusque progreſſu, caput 24. *p. 77. ſeq. & ſeculo 16.* De inquiſitione Luſitana ſeculo 16. adverſus Judæos ex Hiſpania pulſos, caput 25. *p. 86. ſeq.* De conatu introducendi inquiſitionem eodem ſeculo 16. in regnum Neapolitanum caput 26. *p. 94.* De progreſſu inquiſitionis Siculæ, Sardicæ & Mediolanenſis caput 27. *p. 95.* De reductione inquiſitionis tempore reformationis in Germaniam & Galliam caput 28. *p. 96.* De ſex Cardinalibus Romæ conſtitutis inquiſitoribus generalibus caput 29. *p. 98.* De Inquiſitione Hiſpanica contra quosvis hæreticos præter Judæos & Mauros caput 30. *p. 101.* Denique de inquiſitione Belgica eodem ſeculo 15. caput 31. *p. 104.* Quæ hactenus ex Limborchio de origine & progreſſu doctrinæ de crimine & pœna hæreſeos excerpſimus & iſte fuſius explicat, in ſummam contracta deprehendes apud Burnetum *Hiſtor. Reform. Anglic. Part. 1. lib. 1. p. 37. ſeq.* Confer *Part. 2. lib. 2. p. 447. & p. 456.* ubi notabile eſt, quod etiam ex ipſis Pontificiis cordatiores agnoſcant injuſtitiam perſecutionis hæreticorum.

Alii autores de origine & progreſſu inquiſitionis agentes, videlicet Burnetus.

"Un Cordelier nommè Alphonſe, qui ètoit ſon Confeſſeur, prêcha un jour vigoureſement devant luy, contre les executions capitales, qui n' avoient point d' autre fondement que la Religion. Il attribua poſitivement aux Evêques, les cruautez, dont on ſe plaignoit. Il ajouta, que ce n' eſtoit pas, dans la parole de Dieu, qu' ils avoient apris, à en uſer de la ſorte; que cette parole divine leur recommendoit, d' inſtruire, dans un eſprit de doucer, ceux qui leur eſtoient oppoſez; & qu' ils n' y avoient jamais dècouvert, qu' on duſt les bruler, pour des matiéres de conſcience. L' ètourdiſſement, où tombérent les Evêques, à ce diſcours, où ils ſe voyent blamez par les Eſpagnols, interrompit les ſupplices, pour quelques ſemaines. Mais c' eſt une remarque de tous les temps, que quand une fois les Eccléſiaſtiques de la Communion du Pape ont trempè leurs mains dans le ſang, ils deviennent générablément parlant, les plus cruels & les plus brutaux des hommes. Auſſi, rien n' eſtant capable, de retenir les Evêques de Marie, ils réſolurent de ſe charger hautement, de tout le blame de ces rigueurs, plutoſt

 que

que de consentir, que les Protestans ne fussent plus persécutez. „

Paulus Sarpius. Adde Pauli Sarpii *historiam de origine, legibus & usu officii inquisitionis in civitate Veneta*, quæ extat in *Tom. II. operum ejus*, ubi multa etiam deprehendes, quæ pertinent ad historiam totius tribunalis inquisitorii, quæ inde excerpsit & *Historiæ Universali* inseruit Boxhornius *p. m. 757. seq* edit. Lipsiensis. *Hujus adversarius anonymus.* Rarior est liber ab anonymo huic scripto Pauli Servitæ oppositus, & in Italia quidem, sed absque adjectione loci & temporis in forma quarta editus, constans paginis 349. Titulus est: *Risposta all' historia della sacra inquisitione, composta gia dal R. P. Paolo Servita &c.* Intentio autoris est ostendere, quod Paulus Servita ex odio, malignitate & vindicta contra religionem Catholicam, Autoritatem summi Pontificis Curiam Romanam & sanctum officium inquisitionis, totum librum suum mendaciis repleverit, causamque odii hujus potissimam esse, quod ipse a Fratribus Ordinis sui ter coram officio Inquisitionis denunciatus fuerit, & ibi steterit. Quamvis autem secundum ordinem capitum Sarpii ostendere illa præsumta mendacia voluerit, cuivis tamen facile apparebit, autorem in illa responsione commisisse meras petitiones principii, præsupponendo videlicet summam Pontificum autoritatem, item necessitatem, utilitatem, probitatem officii inquisitionis & inquisitorum, aut eam probando autoritatibus hominum sputa Pontificis & Inquisitorum lingentium. Quodsi vero ratione circumstantiarum historicarum aliquod dubium remansurum sit, facile tamen illud tolli poterit vel ex ipso Sarpio, vel ex collectaneis Limborchii. *Autor alius anonymus scripti satyrici quidem, sed valde ingeniosi.* Prodiit etiam anno 1681. opusculum Italicum duobus Tomis constans, in forma duodecima, quod quamvis præ se ferat in titulo, quod Coloniæ sit publicatum, videntur tamen typi prodiisse ex typographia Italica. Primus tomus absolvitur paginis 342. posterior 329. Titulus est: *L' inquisitione processata, opera Storica e curiosa.* Ipsum opus doctrinam de origine, processu & abusu inquisitionum non historice tractat, sed inventione & fictione poëtica utitur, multa tamen ibi exhibentur maxime notabilia, & quæ frustra quæsiveris in autoribus hactenus ci-

citatis. Res patebit ex rubricis utriusque tomi, quas hic exhibeo. In primo tomo tractantur sequentia: "Persuasiva di Christo alla religione Christiana, affinche dica, e deponga il Tiranno, che la tiene in ischiavitudine, e priva di quella liberta, ch' egli le comprò col contante del proprio sangue p. 1. Doglianze della Religione Christiana contro l' Inquisizione, dove si vedono esposte l' origine, ed i progressi di quella l' enormità di cui è cagione, ed il timore, che ispira ne' Christiani, per lo quale la gloria dell' Altissimo viene sminuita. p. 6. Ordine di Cristo alla Giustizia per iscendere in terra, e pigliari le debite informazioni contro l' Inquisizione, affinche, gastigata secondo i misfatti da essa commessi, la Religione Cristiana rimanga nella primiera liberta, compratale da Cristo. p. 16. La giustizia, scesa à terra, e capitata in Ispagna ode da un Ministro di Stato la natura dell' inquisizione, che viene comparata co' Tiranni antichi, de' quali riporta vittoria di fierezza. Indi ode lo sprezzo del mondo fatto di Carlo Quinto Imperadore, la sua morte, e le accuse dell' inquisizione contro il suo Testamento, la prigionia de' suoi Ministri di conscienza, e la morte di Don Carlos Unigenito del Rè Filippo Secondo di Spagna, sacrificato dal Padre all' Inquisizione, che lo volle veder morto, perche lo temeva, vendendolo aglieno di compiacerla. p. 21. Il Reggente d' Italia nella Corte di Spagna racconta alla Giustizia l' Uficio dell' Inquisizione, e lo stato, nel quale essa era, quando fù istituita e l' usurpazione, che indi hà fatto, siasi per negligenza de' Prencipi, come colla propria scaltrezza. p. 45. La Giustizia ode in un conseglio di Stato di Spagna la tyrannide dell' Inquisizione, con varie cose, che l' aggravano mortalmente. p. 60. Relazione, che Don Giovanni d' Austria fà delle discordie, che avuto aveva col Padre Everardo Nitardi, ora Cardinale, mentr' era Primo Inquisitore, le quali discordie avrebbero roversciato la Monarchia Spagnuola, senza l' attenzione di Don Giovanni. p. 78. Discorso d' un' Inglese, nel quale si parla della poca fe dedell' Inquisitione verso Marc' Antonio de Dominis Arcivescovo di Spalatro, colla relazione della congiura famo-

sa delle polveri sotto il Rè Giacomo, e della scoperta di tal congiura; con un reguaglio dell' ultima cospirazione patrata dall' Inquisizione e Maneggiata da' Giesuiti, che fù scoperta l' anno 1678. da Tito Oates. p. 154. Racaonto fatto da un Olandese dell' origine delle Provincie Unite de' Paesi Bassi, e della crudelità poste in atto in quelle Provincie dall' Inquisizione, dal Duca d' Alva il crudele, e da tutta la nazione Spagnuola. p. 240. Doglianze d' uno Spagnuola, che si trovava in Brusselle contro l' Inquisizione, nelle quali si vede, che l' Inquisizione è cagione dello scadimento della Monarchia Spagnuola nella Fiandra, solo perche non hà voluto che si aiutassero gli Olandesi, perche nemici all' Inquisizione. p. 258. Narrazione d' un Cavaglier Veneziano, nella quale si vede l' odio, che l' Inquisizione porta à quello Stato perche con ragione s' oppone alla sua Tirannide, ed alla sua usurpazione, per lo che l' Inquisizione le suscita mille turbolenze, e volle far perire col sangue, e col fuoco quella Serenissima Republica colla famosa Congiura che fece fare à Don Alfonso della Cueva Ambasciador di Spagna l' anno 1618. p. 265. Trattenimento di due ministri dell' Imperadore, dal quale si raccoglie, che l' Inquisizione è la causa che l' Ungaria geme sotto il peso della Guerra, quasi sul punto di vederla più tosto soppostà all' Impero del Turco, che abitata da' Protestanti, per altro fedelissimi al loro Sovrano. p. 273. Torbidi suscitati dall' Inquisizione contro il Duca di Lorrena per il Matrimonio colla Contessa Contacroi, che furono cagione della perdita dello Stato al Duca, e d' un danno incredibile a' suoi sogetti. p. 267. Opposizione fatta da' Genovesi all' Inquisizione, e la causa, per la quale i Francesi cannonarono San Piètro d' Arena l' anno passato. p. 273. Lamento d' un Pittore Protestante, che sotto pretesto di Religione fù incarcerato da un' Inquisitore, solo per isforzarlo à pignergli varii quadri. p. 278. Narrazione d' un Protestante dalla Valli del Piemonte delle persecutioni sofferte dall' Inquisitione, e della crudeltà commesse in quelle Valli l' anno 1655. nel qual' anno vi si fecero stragi cruente, ed immunità si barbare, che mai ne fecero simili gli antichi

Ti-

Tiranni, e nella qual' occasione si viddero, mancanza di fede, frodi, e tradimenti grandi. p. 290. Rifiuto del Governatore di Pinarnolo d' incarcerare l' inquisizione all' istanza della Giustizia, dove si vedono le stragi, che fece in Francia per secondare il disegno di Filippo Secondo Rè di Spagna d' impadronirsi della Francia, ed infine la morte, che fece dare al grand' Arrigo Quarto, che solo poteva rintuzzare l' orgoglio all' Inquisizione. p. 316. Avvisi d' un Prete Romano del potere che hà l' Inquisizione nella Corte di Roma, e dell' affinità d' interessi, che hà co' quelli del Papa, non potendosi offender' una senza l' altro, già che questo sossiste per quella. p. 321." Tomus vero secundus sequentes materias exhibet: "Doglianza d' un Libraro contro l' Inquisizione circa la tirannide esercitata da questa contro chi vende libri, perche non vuole, che la verità sia propalata al mondo. p. 4. Relazione della cospirazione de' Catolici Romani contro il Rè, il Governo, e la Religione Protestante d'Inghilterra, nella quale si scoprono tutti gl' intrichi suggeriti loro dall' Inquisizione, li nomi degli Uficiali, e Cospiratori, che sono stati denunciati da Tito Oates, detto il Gran Denunciatore. p. 8. Racconto fatto da un Cittadino, Genovese della cospirazione che fece il Conte Giovanni Luigi Fieschi contro la sua Patria, istigato dall' Inquisizione, e dal Rè Francesco Primo sotto il motivo di spegnere la grandezza, e l' autorità d' Andrea, e Giannettino Doria; nel quale racconto vi si vedono tutte le particolarità di quella. p. 147. La Giustizia s' incamina verso Milano, mà le viene impedito l' ingresso nello Stato, ed un Commandante ne adduce li motivi, che sono, perche Gli Spagnuoli sono amici dell' inquisizione ch' essa persequita. p. 198. Difficultà proposte alla Giustizia da Serenissimo Duca di Parma circa la sua impresa contro l' Inquisizione, ed assieme le doglianze del detto Serenissimo contro il Papa per il suo Ducato di Castro, toltogli dal Papa, e per la Città Capitale di quel Ducato, che fù distrutta da Innocenzo Decimo, non potendo egli rimediare per teme dell Inquisizione, che fà passare per infedele, chi s' oppone a' voleri del Papa. p. 205. Dis-

cor-

corso del Duca di Modena, nel quale si vede l' usurpazione fatta da' Papi del Ducato di Ferrara, appartenente alla Casa d' Este, e la cagione perche non può ricuperarla. p. 214. Trattenimento d' un Cortigiano del Duca di Modena, colla Giustizia, dove si vede la cagione della Costruzione del Forte detto Vrbano. p. 220. Ragionamento d' un Cavagliere Bolognese, dal quale si vede, che la Corte di Roma hà introdotto un Fisco scaltro col mezo dell' Inquisizione contro i privilegi concessi à quelque Città di non avervi fisco alcuno. p. 222. Alterigia Grande de' Ministri dell' Inquisizione nella Città di Firenze, che cagiona gran dolore a' Firentini, ed allo stesso Serenissimo Gran Duca. p. 231. Vigilanza Tirannica dell' Inquisizione nella Città di Livorno, espressa da un mercante straniero. p. 236. Cagione della rotta che diedero li Francesi agli Olandesi, che andavano al soccorso degli Spagnuoli contro la Città de Messina nell Regno di Sicilia. p. 240. Spogliata la Giustizia sul confine dello Stato Ecclesiastico de' suoi arnesi, si adducono le cagioni di questo. p. 245. Sendo stata la giustizia imprigionata in Roma ad istanza dell' inquisitione, e spogliata per pagare le sportole, viene consolata da uno scrivano. p. 249. Racconto fatto alla Giustizia dal Cavaglier Gioseppe Francesco Borri Milanese delle persecuzioni tolerate dall Inquisizione, delle particolarità della sua vita, e di tutti li capi addossatigli dall' Inquisizione. p. 251. Memoriale dato dall Inquisizione al Papa; affinche facesse incarcerare la Giustizia, nel quale si vedono li servizi, che l' Inquisizione fà al Papa per mantenerlo nella dignita, credito, e splendore, nel qual' è appo le Nazion si interne, che straniere. p. 312. Contezza, che la Giustizia dà ad un Nobile Veneto di quanto le è successo in Roma da che fù imprigionata, e posta nel Castello Sant Angelo. p. 323. Ricerdo lasciato al mondo dalla Giustizia, mentre trovandosi esposta in questo spicca il volo per ritornarsene al Cielo. p. 326. Avviso portatò al Ciele da un' Angelo, della Continuazione del potere dell' Inquisizione sotto gli auspici Papali. p. 327." Denique ad tradita a Limborchio supra excerpta de origine & progressu inquisitionis commentarii loco esse poterit Basnagii Historiæ

Histoire de l' Eglise de Monf. Basnage.

cissimis (160) pœnis (161) Ecclesiastica disciplina prosequi-

storiæ Ecclesiasticæ *liber 24.* integer, potissimum vero quod originem inquisitionis attinet *caput 9.* Cum tamen hoc opus in multorum manibus sit, illud excerpere hoc loco supersedeo. Confer dissertationem nostram *de origine processus inquisitorii* §. 55. T.

(160) Cur vero atrocissimis, quia videlicet crimen hæreseos est crimen atrocissimum. Ita enim vocatur a Lancelotto §. 13. & notabilis est præter alios textus in *cap. quid in omnibus C. 32. qu. 7. Quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui a DEo aberrant, etiamsi sobrie vixerint.* Adde *cap. 30. C. 24. q. 3. Quid autem iniquius est quam impia sapere, & sapientioribus doctioribusque non credere?* Imo quid verbis opus est, cum nostrates & Theologi & JCti communiter hoc assertum Juris Canonici repetant. Ita enim textibus illis & similibus juris Canonici nixus Carpzovius *Part. I. Pract. Crimin. qu. 44. n. 2. Nefandum ergo*, inquit, *crimen hæreseos est, gravissimum atque atrocissimum, quippe quæ non in homines, ut pleraque iniquitas & malitia, sed in Autorem Deum, communemque omnium parentem ac Dominum detestabilis atque execranda nequitia est.* Quod vero majorem in illo syllogismo attinet, atrocissima crimina atrocissimis pœnis esse coercenda, et hanc agnoscit idem, dum ex ea conclusionem circa pœnam hæreseos ita format *ibid. n. 8. Quanto magis ergo hæretici in gremio Ecclesiæ constituti a vero fide aberrando delinquunt, quantoque majus scandalum præbent errori circa fidei articulos pertinaciter inhærendo, eosque malitiose oppugnando, tanto gravius in ipsos animadvertere debet Magistratus, tantoque diligentius prospicere, ut sincerum divini cultus exercitium vigeat, nec per Pseudo-prophetas corrumpatur vel invertatur, sed hæreses plane exterminentur.* Eumque in finem citat etiam Johannem Gerhardum, Johannem Affelmannum, Balthasarem Meis-

Hæresis an crimen atrocissimum?

Affirmat Carpzovius,

& gravioribus pœnis coercendam esse concedit.

Meisnerum & Petrum Wesenbecium, Theologos & JCtos celebres Lutheranos. Astute hanc confessionem nostratium arripuit quidem scriptor Pontificius, qui sub nomine Hierothei Baronowsky latere voluit, & anno 1673. scriptum Germanicum sub titulo des Gerechtfertigten Gewissens Zwangs/ id est, demonstrationes, quod iure ad fidem per pœnas atroces cogi possint ac debeant hæretici, edidit, dum *cap. 1.* ad priorem illum Carpzovii locum provocat, & postea in eo totus est, ut *p. m. 159. seq.* pro deducenda veritate asserti, hæresin esse crimen gravissimum, demonstret, eam esse furtum & homicidium spirituale esse sacrilegium, esse scortationem & adulterium spirituale, esse gravius crimen falsatione ac depravatione monetæ, esse blasphemium, esse rebellionem, esse denique Apostasiam & transitum ad idololatriam. Jam videamus quid ad ista respondeat Samuel Pomarius, qui Wittebergæ anno 1674 scriptum istud sub titulo: Bewiesener Ungerechtester Gewissens-Zwang/ refutare voluit. Initio urget *p. 206.* adversarium fraudulenter allegasse Carpzovium, omittendo, quod Carpzovius pertinaciam requirat ad hæresin, & quod neget *n. 10. seq.* hæreticos pœna capitali esse puniendos; tum prolixe a *p. 207.* ad *238.* refutat vel comparationem hæreseos cum criminibus aliis modo nominatis vel illationem adversarii ad comparationem hæreseos cum illis delictis intuitu pœnæ capitalis. Equidem quod Carpzovium attinet, metuendum, ne impartialis Lector palpet, istud effugium de doctrina Carpzovii non plene recensita, impingere in methodum sinceræ disputationis. Major propositio: atrocia delicta atrocibus pœnis esse punienda negari non potuit a Pomario, & Carpzovius etiam eam admittit, quamvis & hic autor ille fictitius, ne quidem Carpzovii auctoritate usus fuerit. De minore propositione, quod hæresis sit crimen gravissimum, saltem adduxerat testimonium Carpzovii, neque id negari potest. Etsi igitur omiserit annotare, quod Carpzovius neget, hæresin esse capite puniendam, tamen ista responsio, si vel ipse Carpzovius ea fuisset usus, concessis præmissis negaret conclusionem, quod parum conveniens est officio ingenui disputatoris. Sed hoc est pene commune vitium nostratium, in hac materia de hæresi, quod doctrina eorum

Quod astute arripuere Pontificii.

Responsiones communes nostratium.

Parum sufficientes.

eorum minus cohæreat quam doctrina Canonistarum. His hæresis crimen,& quidem crimen atrocissimum est, unde & pœnas atrocissimas eidem imposuerunt. Nostrates modo dicunt hæresin esse crimen, modo negant, aut declarationibus suis & limitationibus doctrinam de hac assertione magis implicant, quam explicant. Eadem est ratio quæstionis; an hæresis sit crimen atrox nec ne? item an hæretici sint puniendi nec ne? & si puniendi, an pœnis capitalibus an minoribus? Unde si Pontificii nostratibus, adversus ipsos ob spiritum persecutionis erga dissentientientes invehentibus objiciant, quod nec nostrates a spiritu persecutionis sint immunes, frequens est responsio, nos a persecutione & coactione conscientiarum esse alienissimos, cum non interficiamus hæreticos sed saltem minoribus pœnis eos afficiamus, quasi minores capitalibus pœnæ non eum in finem inferantur, ut vel inviti dissentientes recedant a doctrinis suis, quas hæreticas dicimus. Me non ex affectu hæc scribere, sed plane rem ita se habere vel sola illa *qu. 44.* apud Carpzovium docere potest, & integer tractatus Pomarii adversus illum fictitium Hierotheum Baronowsky, vbi istæ fluctuationes fere sunt perpetuæ. Nos istis ambagibus & non cohærentibus responsionibus haud opus habeamus. Ostendimus, hæresin plane non esse crimen, ergo exinde sua sponte sequitur, etiam non esse crimen atrox, multo minus atrocissimum. Ad comparationes cum aliis criminibus respondemus duobus verbis. Simile non probare sed illustrare, simile non esse idem, simile non extendendum esse ultra tertium. T. *Nostræ responsiones breviores & firmiores.*

(161) Mentem Canonistarum eleganter illustrat Burnet. *Hist. de la Reform. en Anglet. lib. 1. p. 39.* "Le feu fut jugé la punition la plus propre pour les Heretiques, parce qu' elle étoit deja affectée, au sortilége, aux enchantements, & au péché le plus contraire à l' institution du mariage: ainsi, pour donner à l' héresié un air tout-à-fait, affreux, il falloit lui infliger le plus affreux des supplices. D' ailleurs, cette punition laissoit l' idée du feu éternel, qui dans la pensée des nouveaux Inquisiteurs, ne pouvoit manquer d' estre le partage des miserables, dont ils condamnoient les corps aux flames *Illustratio dictorum ex Burneto.*

ſequitur : (162) nam ſchiſmaticos (163) excommunicatio-

---

temporelles. Et certainement, la conſequence en auroit eſté asſez juſte s'ils euſſent ſçû forcer Dieu à exécuter cette derniére partie de leurs jugemens, comme ils contraignoient les Magiſtrats d'en exécuter la premiére partie. Quoy qu' il en ſoit, ils publioient, qu' infailliblement Dieu confirmeroit leurs Arrets, ſelon cette célèbre promeſſe de l'Evangile, *ce que vous lierez en terre, ſera lié au Ciel.* Du reſte, parce qu' il auroit eſté, ou difficile, ou dangereux de combattre ce qu' ils avançoient avec une ſi grande aſsûrance, on tâchoit de ſe perſuader, que l' exécution viſible de leurs ſentences ſeroit ſuivie de l' exécution inviſible des meſmes ſentences. En général, ce qu' ils condamnoient comme héreſie, paſſoit pour la choſe du monde la plus pernicieuſe „ T.

Summa doctrinæ communis noſtratium. (162) Practica hæc eſt Pontificiorum vulgatisſima, ut, qvisquis non facit cum Romana Eccleſia, atrocisſimis ſuppliciis ſubjiciatur, & morte ſua animi ſenſa expiet. Cum tamen ante omnia huc maxime annitendum ſit, ut in gremium Eccleſiæ reducantur, qui diverſum ſtatuunt, & ex ſacris literis rectius informentur, placide ſimul admoneantur, & nihil omittatur, quod ad reſtitutionem facere posſit. *Res pietatis*, inquit Maximilianus II. Imperator in litteris ad Lazar. a Schvvendi, *gladio non vult dijudicari, neque tractari;* nec enormius peccatum dari poteſt; ejusdem Maximiliani judicio, quam in conſcientias imperium exercere velle. Certe, ut credas, intellectus principaliter debet erudiri & induci. Utcunque enim voluntas promptam & paratam ſe oſtenderit, niſi tamen intellectus ante perſuaſus fuerit, aut nulla aut hypocritica elicietur fides. At ſolis mandatis, nulla accedente doctrina fidem exigere, eſt velle imperare intellectui, qui leges non audit. *Quis enim mihi imponat neceſſitatem*, inquit Lactantius *l. 5. c. 19. vel credendi quod nolim, vel quod velim, non credendi; nihil tam voluntarium, quam religio, in qua ſi animus averſus, jam ſublata, jam nulla eſt*

cationis sententia Canones insectantur : & si nec sic re-

---

est, &c. Et quanquam præcesserit institutio, ad credendum tamen id, quod ita propositum est, per supplicia cogere non licet. Objectum enim, quod proponitur ratihabendum, & paritio, i. e. ratihabitio cujuscunque veritatis supernaturalis sive theologicæ, non per naturam, in quam solam magistratui imperium est; sed per solam supernaturalem gratiam cognosci & præstari potest. Non potest igitur Magistratus pœnis propositis adigere subditos, ut aliter credant; potest tamen prohibere, ne sententiam diversam in vulgus proferant, & Ecclesiæ scandalum præbeant, addita etiam pœna, si quid adversum commiserint, *c. resecanda 24. qv. 3. l. 1. C. de SS. Trin.* Eadem ratione potest prohibere princeps, ne seditiose aut turbulente vel oppugnetur verum vel defendatur, cum actus hi omnes sint voluntatis opus & ab arbitrio humano pendeant, atque ideo imperio subjaceant. Quin potest Princeps etiam ultimum supplicium decernere, sicubi fuerint hæretici, qui seditiose dogmata sua spargant, aut blaspheme divino numini insultent; non quidem propter hæresin, sed propter blasphemiam aut excitatam seditionem; Carpz. *in pr. crim. p. 1. qv. 44. n. 41.* Extra hoc casus vix erit, ut capitis supplicium inferre liceat hæreticis. Imo vero, ut loquitur Maximilianus II. Imp. *d. l.* ipsis rerum argumentis & eventu ipso expertum est, suppliciorum crudelitate, sectionibus & ustionibus non posse hanc rem confici. Add. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 20 n. 50.* Z.

(163) Quæ supra *nota 155. 156. 157.* de incerta differentia Schismaticorum ab hæreticis ex doctrina Canonistarum jam notata sunt, illustrari possunt ex iis, quæ Gonzalez Tellez notavit *ad cap. 2. de Schismat. n. 3. 4. 5.* ubi *d. n. 5.* docet, in effectu ex mente Canonistarum schisma æque grave crimen esse, ac hæresin, ac æque atroci pœna mortis esse puniendum: Id est, ut dixi *d. not. 157.* quicquid placet Pontificiis, schisma, hæresis, blasphemia est. Ita enim Bo-

Schismaticorum definitio arbitraria ad lubitum Papæ.

resipuerint, ab omni ministerio Ecclesiastico deponentur, adhibito etiam, si necesse fuerit, brachii secularis auxilio, ad illorum insolentiam coercendam, cum omnium etiam bonorum confiscatione. Ordinationes quoque (164) ab his factas, & dignitatum sive beneficiorum concessiones, alienationes rerum Ecclesiasticarum, omni penitus firmitate carere voluerunt.

Hae-

Bonifacius VIII. *cap. un. de schismat. in 6. Deposuimus dictum Jacobum & Petrum* (de Columna) *a Cardinalat.bus ejusdem Ecclesiae, & ab omni cardinalatus commodo & honore, ipsosque iudicavimus SCHISMATICOS & BLASPHEMOS, & tanquam HÆRETICOS puniendos &c.* Adde Platinam *in vita Bonifacii 8. circa finem.* Joh. Rubeum *in vita Bonifacii 8. lib. 1. cap. 21 p. 222.* T.

Objectio. (164) Imo firmitate sua non carent, si modo aliqua DEO colligatur Ecclesia, & retineantur substantialia ac fundamentalia doctrinæ Christianæ, ut maxime ministerium non sit ab omnibus erroribus liberum. Gerhard. *loc. de minister. Eccles. n. 155. seq.* Et ne quidem olim pro irritis habebantur ordinationes ab Arianis factæ. Refert Luitprandus *l. 1. c. 8.* ordinatos a Formoso Papa ab Sergio depositos & iterum ordinatos fuisse. *Quod quam male egerit,* inquit, *pater sanctissime, animadvertere poteris, quoniam & hi, qui a Juda Domini nostri Jesu Christi proditere ante proditionem salutem s. benedictionem apostolicam perceperunt, ea post proditionem propriique corporis suspensionem minime sunt privati, nisi quos improba forte defœdarant flagitia. Benedictio siquidem, quae ministris Christi impenditur, non per eum, qui videtur, sacerdotem infunditur, nec enim qui rigat est aliquid, &c.* Add. Christ. Justell. *Cod. can. Eccles. univers. p. 143.* Z.

ad

Hæretici, nisi hæresin abiuraverint, omni Ecclesiastica prærogativa nudati traduntur seculari curiæ puniendi.

§. 3. In hæresi *b*) autem deprehensi, (165) præter perpetui vinculum anathematis, si clerici sint, vel religiosi, totius ordinis Ecclesiastici prærogativa exspoliandi erunt, (166) & omni officio, & beneficio nudati, (167) secularis relinquentur arbitrio potestatis,

b) *c. ad abolendam. &c. excommunicamus §. 1. eod. tit.*

---

ad §. 3.

(165) I. Christus non alium agendi cum hæreticis modum præscripsit, quam ut ab illis caveamus *Matth. VII. 15.* ut a fermento seu falsa doctrina ipsorum caveamus *Matth. XVI. 6. 12.* ut eos qui semel atque iterum commoniti Ecclesiam non audiunt, pro Ethnicis & publicanis habeamus *Matth. XVIII. 17.* Non igitur debet hæreticorum qua talium pœna ad capitale supplicium extendi, sed spiritualibus potius armis confodi debent, & extirpatio eorum soli DEO, Domino vineæ, committenda est, præsertim cum nec alius modus in primitiva Ecclesia observatus fuerit. Z.

Objectio alia.

II. Quæ hic de hæreticis capitaliter non puniendis monuit Zieglerus, ad ea repete monita *nota 160.* de doctrinis communibus nostratium. Si hæretici spiritualibus armis confodi debent, & extirpatio eorum soli Deo Domino vineæ committenda est, ut docet Zieglerus, nulla pœna temporalis adversus hæreticos locum habere debet. T.

Monitum ad illam.

(166) Degradatio ex mente Canonistarum ideo præcedere debet, ne in Clericum extendatur jurisdictio Magistratus secularis. Z.

Degradatio cur inventa.

(167) De degradatione ex professo jam supra actum *lib. 1. tit. 20.* Adde hoc libro *notam 60.* Modum degradandi describit Limborch. *Hist. inquis. lib. 4. cap. 34. p. 349.* Ab degradationem actualem faciendam olim requirebatur certus numerus judicum; nam

Remissio.

Modus degradandi, oppositus

modo ordinandi.

nam ad audiendum Episcopum duodecim Episcopi, ad Presbyterum sex Episcopi, ad Diaconum tres Episcopi requirebantur. At quia in casu hæresis ad exauthorandum Religiosum jam per judices fidei judicatum difficulter tot episcopi convenire poterant, juxta potestatem a Gregorio IX. datam, convocat Episcopus Prælatos, Abbates, & viros Religiosos suæ diœcesis, ut ad diem ipsius traditioni destinatum adsint; ipseque Episcopus Pontificalibus indutus, & Prælatis suæ diœcesis ipsi assistentibus, ipsum degradandum omnibus suis vestimentis indutum, non aliter ac si ministraturus esset, coram se constituit, & a suo Ordine degradat, incipiendo a superiore, & per gradus descendendo ad infimum; Et sicut conferendo Ordines utirur Episcopus verbis ad hoc per Ecclesiam ordinatis: ita degradando in qualibet deposirione, & casulæ, & stolæ, & aliornm, utitur quibusdam verbis plane contrariis, quibus se illi hunc ordinem auferre testatur. Ita ut collatio Ordinum, & degradatio, fiat ordine & ritibus directe sibi invicem oppositis: Ordines enim, quando conferuntur, Initium fit ab infimo, & tandem per gradus confertur supremus. Primo confertur ordo Ostiarii his ritibus & verbis. Episcopus claves ex altari acceptas ei tradens quem Ostiarium vult constituere: *sic age*, inquit, *quasi Deo redditurus rationem pro his rebus quæ his clavibus recluduntur*. Lectorem ordinat Episcopus hoc ritu: præsente populo in ejus ordinatione librum, quo descripta sunt quæ ad hanc functionem pertinent, illi tradens, inquit: *Accipe & esto verbi DEi relator, habiturus, si fideliter & utiliter impleveris officium tuum, partem cum iis, qui verbum DEi bene ministrarunt ab initio.* Exorcistam Episcopus instituit, illi porrigendo librum in quo exorcismi continentur, usus ea formula verborum; *Accipe & commenda memoriæ, & habe potestatem manus imponendi super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos.* In Acolythi ordinatione hic ritus servatur: Postquam Episcopus ordinandos officii sui diligenter admonuit, lumina eorum singulis tradit in hunc modum: *Accipe ceroferarium cum cereo, & scias te ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, in nomine Domini:* Deinde

inde

inde etiam urceolos vacuos, quibus aqua & vinum in sacrificio ministratur: *Accipe urceolos ad suggerendum vinum & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini.* Subdiaconos ordinaturus Episcopus, legem perpetuæ continentiæ huic ordini impositam esse admonet, edicitque neminem in Subdiaconorum ordinem cooptandum esse, cui ultro hanc legem accipere non sit propositum: Deinde post solemnem litaniarum precationem, quæ Subdiaconorum munera & functiones sint, enumerat atque exponit. His peractis eorum singuli, qui ordinantur, ab Episcopo quidem calicem & sacram patenam accipiunt; ab Archidiacono vero, ut intelligatur Subdiaconum Diaconi officio subservire, urceolos vino & aqua plenos, una cum lebete & linteolo, quo manus absterguntur, dicente Episcopo: *Videte cujusmodi ministerium vobis traditur; ideo vos admoneo, ut ita vos exhibeatis, ut DEo placere possitis.* Adduntur præterea aliæ preces. Ad extremum, cum Episcopus sacris vestibus Subdiaconum ornavit, ad quarum singulas propria verba & ceremoniæ adhibentur, tradit ei Epistolarum librum, ac dicit: *Accipe librum Epistolarum, & habe potestatem legendi eas in Ecclesia sancta DEi, tam pro vivis, quam pro defunctis.* In Diaconi ordinatione pluribus & sanctioribus precibus utitur Episcopus, & alia addit sacrarum vestium ornamenta: Præterea manus ei imponit: Denique Evangeliorum librum ei tradit his verbis: *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia DEi, tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini.* Sacerdos hisce ritibus ab Episcopo ordinatur: Primo, manus ei, una cum omnibus Sacerdotibus qui adsunt, imponit; deinde stolam humeris aptans eam ante pectus in crucis formam componit: postea manus sacro oleo inungit, tum calicem cum vino, & patenam cum hostia tradit, dicens: *Accipe potestatem sacrificium offerendi DEo, Missasque celebrandi, tam pro vivis, quam pro defunctis.* Ad extremum manibus iterum capiti ejus impositis: *Accipe*, inquit, *Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta sunt.* Degradatio fit verbis & ritibus plane contrariis: Exemplum illius habemus in Libro Sententiarum

Inquisitionis Tholosanæ, fol. 137. in Joanne Philiberto Presbytero, qui Valdensium se communioni adjunxerat, quemque jussu Papæ Archiepiscopus Tholosanus (quoniam Episcopus Auxitanus cujus Diœcesi subjectus erat obierat) præsentibus aliis Abbatibus, Prælatis aut eorum Vicariis, omnibus suis Ordinibus degradatum curiæ seculari tradidit. Postquam enim constitutus fuit in vestibus sacerdotalibus, omnia illi ornamenta, certis quibusdam adhibitis verbis, ablata sunt. Calix & Patena: *Auferimus tibi calicem & patenam, teque exuimus & privamus officio & potestate offerendi Deo sacrificium, & missam quamlibet celebrandi.* Stola Sacerdotalis. *Auferimus tibi orarium sive stolam sacerdotalem, cum jugum Domini suave repræsentatum in illa portare contemseris, & stolam innocentiæ observare.* Dalmatica. *Auferimus tibi Dalmaticam Diaconalis officii ornamentum, cum ipsam non portaveris in indumentum lætitiæ & vestimentum salutis.* Liber Evangeliorum. *Auferimus tibi librum Evangeliorum, teque in Ecclesia Dei legendi officio & potestate exuimus & privamus.* Stola Diaconalis. *Auferimus tibi stolam Diaconalem, teque exuimus & privamus potestate Diaconale officium exercendi.* Calix, patena, urceolos, aqua, manile, manutergium. *Auferimus tibi calicem, patenam, urceolum, aquam, manile, manutergium, subdiaconatus officii instrumenta, teque illorum usu exuimus & privamus.* Tunica subdiaconalis. *Auferimus tibi tunicam subdiaconalis officii ornamentum, cum illa usus non fueris ad justitiam & salutem.* Manipulus. *Auferimus tibi manipulum subdiaconatus officii ornamentum, teque exuimus & privamus ministerio designato in illo.* Liber Epistolarum. *Auferimus tibi librum Epistolarum, teque exuimus & privamus potestate legendi eas in Ecclesia sancta Dei.* Ceroferarium. *Auferimus tibi ceroferarium, teque exuimus & privamus officio luminaria in Ecclesia accendendi.* Urceolus. *Auferimus tibi urceolum, ne de cætero ea utaris ad suggerendum vinum & aquam in eucharistiam sanguinis Christi.* Liber exorcismorum. *Auferimus tibi libellum exorcismorum, teque privamus & exuimus*

mus

tis, (168) animadversione debita puniendi, (169) nisi

mus potestate manus super energumenis, sive baptizatis, sive catechumenis, imponendi. Liber cum quo fuit Lector. *Auferimus tibi codicem quem cum lectoratus ordine suscepisti, teque exuimus & privamus potestate illum legendi de cætero in Ecclesia sancta DEi.* Claves. *Auferimus tibi claves Ecclesiæ, teque exuimus & privamus officio & potestate custodiendi res quæ ipsis clavibus recluduntur, & portas etiam Ecclesiæ aperiendi sive claudendi, Auctoritate DEi Omnipotentis Patris & Filii, & Spiritus Sancti, ac etiam potestate nobis, ut præmittitur in hac parte commissa, auferimus tibi habitum clericalem, & te ab omni Sacerdotali & alio quolibet ordine deponimus ac etiam degradamus, teque spoliamus & exuimus ab omni honore, beneficio ac privilegio clericali: & nihilominus pronuntiamus & dicimus nobili viro Domino Guiardo Seneschallo Tholesano hic præsenti, ut te in forum recipiat degradatum: Ipsum tamen instanter requirimus & rogamus, ut citra mortis periculum & membri mutilationem suam circa te sententiam moderetur.* Post hæc radatur sibi caput, antequam ipsum recipiat curia secularis. Hactenus Limborchius. T.

(168) I. Dicuntur tunc tradi brachio seculari: Nec enim alio loco hic habentur Magistratus, quam tortorum & carnificum, qui sententias inquisitionis exequantur. Sed in clericis præcedit degradatio, quæ quidem non alio fine adhibetur, cum character sit indelebilis, quam ne videatur Magistratus Jurisdictionem suam in hominem illius ordinis exercuisse. Extat degradationis forma in Pontificali *fol. 206. verso*, ubi rubrica ita habet: *Degradandus indumentis Sacerdotalibus si Sacerdos sit, indutus, vel Diaconalibus si sit Diaconus, & sic de reliquis ordinibus & indumentis, offertur Pontifici,* id est episcopo: *Pontifex vero quasi exequendo sententiam depositionis in illum dudum prolatam, præsen-*

Iterum ratio degradationis inventa, & ritus.

ſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catho-

ſente judice ſeculari, cui degradandus debet relinqui, publice abradit cum vitro, vel cultello, vel alio hujusmodi leviter, ſine ſanguinis effuſione, loca manuum illius, quæ in collatione ordinum inuncta fuerunt, & etiam tonſuram ſi velit; Et conſequenter ſeriatim & ſigillatim detrahit illi omnia inſignia, ſive ſacra ornamenta, quæ in ordinum ſuſceptione recepit, & demum exuit illum habitu Clericali, & induit laicali, dicens publice judici ſeculari præſenti, ut illum propter ſcelera ſua ſic depoſitum, degradatum, expoliatum, & exautoratum, in ſuum ſi velit forum recipiat. M. *p.236.* Adde ſupra *p. 265. & 271.*

Uſus hujus hiſtrioniæ apud Proteſtantes. II. Sed ſi degradatio ideo eſt inventa, ut Zieglerus & Mareſius docent, ne in Clericum extendatur jurisdictio Magiſtratus ſecularis, cur degradatio adhuc apud nos in uſu eſt? Eſſe enim in uſu teſtatur Stryk. *ad Brunnem. p. 755.* & patet exemplo paſtoris ob crimen falſæ monetæ 6. Junii 1707. Hanoveræ degradati, quod refert der Neubeſtellte Agent de anno 1708. *p. 375. ſeq.* Reſpondet equidem Strykius *d. l.* hoc apud nos non eſſe neceſſitatis, conducere tamen, ut dignitas ordinis clericalis apud plebem illibata maneat. Mallem dicere pertinere hunc uſum ad reliquias artis hiſtrionicæ, ut Voetius nominat, Papatus. Optandum eſſet, ut miniſterio Evangelico apud Lutheranos major honor exhiberetur, quam fieri ſolet communiter, qua de re conqueſtus ſum *in diſſert. de offic. princ. Evang. circ. aug. ſalar. & Honor. Miniſtr. Eccleſ. §. 5. & 6.* Galli clero ſuo magnos honores exhibent, & tamen ſupra *p. 270.* ex Zieglero notavimus, apud eos Clericos gravioris delicti reos capite nonnunquam plecti a judice Laico, nulla degradationis ſolennitate præmiſſa &c. T.

Differentia juris civilis & Canonici. (169) Secularis autem iudex cauſam de novo examinare debet, *Novell. 123. c. 21.* quanquam id communiter negent Canoniſtæ,

tholicæ unitatem recurrere, & errorem ſuum publice abjurare, (170) & congruam ſatisfactionem (171) exhibere conſenſerint. Laici vero, (172) niſi (prout dictum eſt) abjurata hæreſi & ſatisfactione exhibita, ad fidem redierint orthodoxam, ſecularis judicis arbitrio relinquentur, (173) debitam pro qualitate facinoris ultionem recepturi. (174)

Bo-

ſtæ, quibus Magiſtratus civiles tantum executores ſunt, & veluti miniſtri poteſtatis Eccleſiaſticæ Z.

(170) Manifeſtum hæreticum publice abjurare debere, non manifeſtum autem aut ſuſpectum tantum, coram tribus aut quatuor teſtibus, tenet Jacobus Menoch. *de arb. jud. quæſt. caſ.* 372. Abjurationis talis exemplum extat in *c. Ego Berengarius* 42. *de conſecrat. diſt.* 2. Z. *Abjuratio publica & privata.*

(171) Tolerari poterit illa, ſi meriti abſit opinio. Utique enim faciet tum ad eluendum coram Eccleſia ſcandalum. Vid. quæ dixi *lib. 2. tit. de pœnitent.* Z. *Declaratio.*

(172) Nullam hic inter Clericos & Laicos facit autor differentiam aliam, quam quod Clerici prius debeant officiis & dignitatibus exui, atque omnino degradari, quam ſeculari judici tradantur. Z. *Alia.*

(173) *Fatemur nos cum Bellarmino, non debere Epiſcopum accuſatorem agere in cauſa ſanguinis: ſed nequaquam concipere poſſumus, qua ratione Epiſcopus, cui illicitum eſt accuſatorem agere, poſſit non tantum hæreticos excommunicare, ſed &, quod urget Bellarminus, relinquere judici ſeculari, & hortari etiam judices, ut munere ſuo fungantur. Hoc enim majus quid eſt, quam accuſatorem agere. Accuſator enim crimen probare intendit, ut eo probato judex ſententiam pronuntiet. Quando vero Epiſcopus reum ſententia ſua pronuntiavit hæreticum, &* *Male cohærere jus Canonicum.*

ju-

judici sæculari tradit, necessitatem imponit judici, hæreticum damnatum, sine ullo ulteriore examine, supplicio ignis interimendi; &, si hic aliquantum cunctetur judex secularis, Episcopus eum hortatur, quin & excommunicationis pœna compellit, ut munere suo fungatur. Quis hic Episcopum ab hæretici sanguine ac cæde immunem pronuntiabit? Quis non videt, unicum necis hæretici causam esse Episcopum; Magistratum vero secularem instrumentum tantum cædis esse, Episcopo per omnia inserviens cæca obedientia, cuique illicitum est, sub qualicunque prætextu, obsequium Episcopo denegare? Quare si accusatoris partes in causâ sanguinis Episcopo suscipere illicitum est: multo magis illicitum censeri debet, damnatos hæreticos judici seculari tradere, & maxime judices hortari, ut munere suo fungantur. Hac non sine ratione Canonistis objicit Limborchius *Hist. Inquis. lib. 1. cap. 4. p. 10.* T.

Intercessio Cleri hypocritica pro Reo.

(174) Neque enim in arbitrio judicis est, ut pœnam hæretico declarato remittat per modo notata, quamvis Clerus pro reo intercedat, ut jam supra *ad libr. 1. nota 298. sect. 3. p. 271.* ex Maresio observavimus. Ne vero de affectata illa & simulata intercessione ulli dubium oriri possit, afferamus & alia autorum loca huc pertinentia. Anton. Mathæi. *Manuduct. ad ius Canon. lib. 3. tit. 3. p. 277. seq. Quodsi quæstio est de hæresi, judex ecclesiasticus & reum condemnat & causa cognita condemnatum, si sanguinis pœna irrogenda, rursum ad magistratum summo supplicio ab eo afficiendum remittit* cap. novimus de V. S. cap. ad falsariorum, c. cum non de judic. c. excommunicamus de hæret. &c. *Curiæ dicitur tradi* c. si quis sacerdotum II. q. 1. *id est, judici seculari commonito tamen prius etsi perquam ridicule, ut clementer cum reo agat.* *Petr. de Marc.* ad cap. Clericus 3. q. 4. n. 12. & n. penult. & ult. *Putant satis sic superque canonibus satisfactum.* Idem Anton. Matthæi. *tit. 4. p. 281. Per magistratus scilicet comburebant* (Clerici condemnatos) *De causa ipsi cognoscebant. Subjiciebant torturæ, truncabant, mutilabant. Magistratus ipsis ut minister, ut instrumentum sævitiæ. Atque ita adhuc hodie.*

Et

Et torquent ipsi & condemnant, petunt tamen, sed ridicule, ne acerbius magistratus potestatem exerceat, ne occidat, ne jugulet. Gaspar Scioppius *in Epistola de morte Iordani Burni*, quam edidit Autor *des entretiens sur divers sujets p. 287. seq.* dum sententiam in Brunum latam recenset, ita rem narrat *p. 297. Fere igitur biennio postquam hinc in inquisitionem devenit nupera die nona Februarii in supremi Inquisitoris Palatio, præsentibus Illustrissimis Cardinalibus S. Officii Inquisitionis (qui & senio & rerum usu & Theologiæ jurisque scientia reliquis præstant) & consultoribus Theologis & seculari Magistratu, Urbis Gubernatore, fuit Brunus ille in locum inquisitionis introductus, ibique genubus flexis sententiam contra se pronuntiari audiit. Ea autem fuit hujusmodi: narrata fuit ejus vita, studia & dogmata, & qualem Inquisitio diligentiam in convertendo illo & fraterne adhibuerit, qualemque ille pertinaciam & impietatem ostenderit: inde eum degradarunt, ut dicimus, prorsusque excommunicarunt & seculari Magistratui tradiderunt puniendum, rogantes, ut quam clementissime & sine sanguinis profusione puniretur.* Agmen claudat Limborchius *Histor. inquisit. lib. 4. c. 40. p. 365. seq.* *Similiter* in eod. capit. novimus de V. S. *mandatur ut Ecclesia pro eo, qui curiæ seculari puniendus traditur, efficaciter intercedat, ut citra mortis periculum sententia circa eum moderetur. Et licet Fridericus Romanorum Imperator lege sua caverit*; Apud nos pro talibus nemo intervenire præsumat, quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito convertemus: *nihilominus apud alienum forum pro eo intercedere possunt judices Ecclesiastici: & licet vetetur intercessio, quæ tendat ad favorem hæretici, vel ad impedimentum justitiæ; non tamen vetatur, quæ conducit ad vitandam irregularitatem, quæque ab ipso jure est nominatim præscripta. Verum difficultatem hanc plane sustulit solers Romanorum Pontificum industria, qua cautum est non modo circa Inquisitores, sed etiam circa consultores, ut irregularitatem securius evitarent. Nam Papa Paulus IV. Romæ die 29. Aprilis anno 1557. considerans*

Bona hæreticorum post latam sententiam confiscantur.

e) can. cum secundum eod. in 6.

§. 4. Bona quoque *c*) damnatorum propter hæ-

rans in congregationibus, quæ in causa hæresis coram ipso fiebant, intervenire solere pro maiori parte clericos sæculares & regulares in sacris & sacerdotio, ac in Episcopali, Archiepiscopali, vel alia majore dignitate forsan constitutos, ac nonnullos etiam Cardinales, & sæpe contingere juxta qualitatem casuum & delictorum, de quibus agebatur, eos contra reos sententiam dicere, ex qua membri mutilatio, seu sanguinis effusio, etiam usque ad mortem naturalem fuerit subsecuta; proinde eorumdem securitati & tranquillitati mentis & conscientiæ consulere volens, statuit ac decrevit, ut prædicti omnes, qui in judicando sibi assisterent, non solum in causis hæresis, sed etiam in quacunque causa criminali, quæ coram ipso tractata fuerit, vel tractaretur, sententiam possent dicere contra reos, que damnarentur ad quæstiones seu torturam, aut alias pœnas condignas, etiam usque ad mutilationem membri, & ad mortem naturalem inclusive, absque alicujus censuræ vel irregularitatis incursu. Idem decretum confirmavit postea Pius V. extendique voluit ad omnes inquisitores, eorumque Vicarios, Commissarios, & Consultores; ut testatur Umbertus Locatus in opere judiciali Inquisitorum circa finem, titulo de decretis. Itaque hodie stantibus his decretis, non videtur necessaria hæc protestatio, cum rei hæreseos actualiter traduntur seu relinquuntur curiæ seculari, ad hoc, ut Inquisitores evitent irregularitatem. Cæterum omitti eam nolunt, quoniam & communi jure, & generali fori Ecclesiastici consuetudine nititur, nec reiicienda sunt plura remedia quæ ad eundem fidem securius consequendum parari possunt. T.

ad

hæresim ipso jure, (175) & omni spe potiundæ hæreditatis filius adempta, (176) confiscata intelligentur: aut si Clerici fuerint, (177) Ecclesiis, (178) a quibus stipendia receperunt, applicabuntur. Confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum occupatio, facienda non erit, antequam super crimine sententia fuerit promulgata. (179) *c. excommunicamus §. damnati h.t.*

Ob

ad §. 4.

(175) Hac ratione dominium immediate ad fiscum a tempore commissi delicti transit, & cum illo fructus omnes jure accessionis tanquam mala fide a delinquente percepti. Vid. Franzk. *exerc. 14. qv. 7. num. 30. 31.* *Quid sit: ipso jure?*

(176) Jure civili non filii tantum, sed etiam deficientibus illis agnati orthodoxi admittebantur ad hæreticorum succesfiones. *l. 19. C. de hæret.* quod tamen mutatum quidam putant per rescriptum Friderici in *auth. Gazaros, C. eod.* Verum istud rescriptum dubiæ autoritatis esse dicit Antonius Matthæus *de criminib. tit de pœn. c. 2. n. 6.* ubi simul jura hæc Pontificia sollicitat, ea inprimis ratione, quod confiscationes bonorum ad Pontificem nullatenus spectent, cum Servator noster iis adeo se non immiscuerit, ut ne arbitri quidem officio fungi & dividere inter fratres hereditatem voluerit. Z. *Quid jure civili?*

(177) Confiscatio hæc intelligi debet de bonis Clerici patrimonialibus, non de bonis Ecclesiæ, cui inserviit ille. Tiber. Decian. *tract. crim, lib. 5. c. 44. n. 2.* Z. *Declaratio.*

(178) Non ubique hoc observatur; sed varie plerumque distribuuntur bona', ita ut pars nonnunquam cedat Ecclesiæ, pars inquisitoribus; pars Episcopo, Atque alibi id aliter usu venit. Vid. Sebast. Guazzin. *de confiscat. bon. conclus. 21. n. 14. seqq.* Z. *Praxis varians.*

(179) Tum demum scilicet licitum est apprehendere possessionem. Et hic illico post sententiam latam poterit judex secu- *Declaratio.*

Ob hæresim maritorum, dotes uxorum non sunt confiscandæ, nisi scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis.

§. 5. Sed & cum alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat, propter hæresim maritorum, uxorum Catholicarum (180) dotes *d*) confiscari non debent, (181) nisi forte cum viris matrimo-

d) *c. decrevit. de hær. in 6.*

---

laris etiam invito judice Ecclesiastico & cunctante bona condemnati publicare, eo quod jam ante ipso jure confiscata intelligantur. Tib. Decian. *d. l. n. 9.* Z.

ad §. 5.

Catholicorum titulus quo jure competat Pontificiis.

(180) Catholici titulum sibi soli tribui vult Ecclesia Romana, & ab reliquis omnibus hac nota distingui. Sed enim non alio respectu dicitur Ecclesia catholica, quam propter fidem & consensum cum tota Ecclesia seu cœtu omnium vere credentium per totum terrarum orbem diffuso. Jam certum est, in quamplurimis dogmatibus, quæ Pontificii magno numero doctrinæ de invocatione, pœnitentia, Eucharistia, & præsertim de pontifice suo, superaddiderunt, nullum inveniri consensum reliquarum Ecclesiarum, & hoc respectu neque catholicismum iis tribui posse, sive is capiatur respectu temporum, sive respectu locorum. Imo vero, dum negant illos esse catholicos, qui alia dogmata non admittunt, maximam Christianorum partem ingente injuria afficiunt, cum plures longe sint, qui dogmata illa ignorent aut improbent, quam qui profiteantur vel approbent. Z.

Ratio.

(181) Mansit enim mulier dotis domina *l. 4. ff. de collat. bon. l. 3. §. 5. de minor. l. 16. ff. de religios. l. 20. ff. de iur. dot. l. 7. l. 17. l. 10. ff. eod. l. 24. §. 5. ff. sol. matr.* & quanquam tale dominium in effectibus quibusdam constante matrimonio quieverit, plene tamen illud revivifcit, ubi vel solutum fuerit matrimonium vel mari-

monia contraxerint, quos hæreticos esse sciebant. (182)

Etiam post mortem bona hæreticorum confiscantur.

§. 6. Post mortem *e*) quoque (183) ob sceleris immanitatem (184) hæreticos pœna prosequitur: ideoque & si criminoso vivente nihil fuerit super bonorum confiscatione declaratum, nihil minus ad eam etiam ipso mortuo procedendum erit.

e) *c. accusatus s. pen. eod. in 6.*

Hæretici non possunt tradi Ecclesiasticæ sepulturæ. Et tumulantes eos excommunicantur, nec ante absolvuntur, quam propriis manibus exhumaverint.

§.7.

---

ritus ad inopiam reductus fuerit, vel bona ejus fisco applicentur. Add. *l. 2. C. ne ux. pro marit.* Z.

(182) Videtur enim tum mores mariti approbasse. Quemadmodum in simili ex nonnullorum sententia perdit privilegium prælationis in concursu mulier, quæ sciens Viro jam ante obærato nupsit, Carpzov. *1. const. 28. def. 84.* Z. *Ratio.*

ad §. 6.

(183) Quanquam mors delinquentis non aboleat confiscationem, quæ alias crimini debetur; tamen cum ipsa confiscatio non satis videatur convenire hæresi, quæ in intellectu consistit, multo minus conveniens erit tum, quando intellectus actiones in hac vita edere amplius nequit delinquens, & quando jam in proprium hujus rei judicium, ad tribunal scilicet divinum, translatus est. Z. *Objectio.*

(184) Sed debebat etiam Zieglerus respondere ad exceptionem Canonistarum, haud dubie objectionem ejus elidere volentium per rationem, quod hæresis sit crimen atrocissimum. Unde repete a nobis dicta ad hanc exceptionem supra *nota 160.* T. *Remissio.*

f) c. 2. in princ. eod. tit. in 6. §. 7. Ecclesiastica *f*) quoque sepultura (185) usque adeo carere debent, ut si qui eosdem credentes, (186) aut fautores eorum scienter Ecclesiasticæ sepulturæ tradere ausi fuerint, excommunicationis sententiæ subjacere debeant, nec antea absolutionis mereantur beneficium, quam propriis manibus (187) hujusmodi corpora extumulent, (188) & projiciant: (189) locus autem ille perpetuo carebit sepultura. (190) *De-*

---

ad §. 7.

Remissio. (185) Dixi aliqua ad *ad lib. 2. tit. 24. § non tamen 9. nota 760. p. 1101.* Z.

Credentes & Fautores qui? (186) Credentes hæreticorum dicuntur, qui eorum erroribus contra fidem assentiuntur, & implicite credunt, quod aliqui hæretici credunt. Fautores vero eorum dicuntur, qui illis opem præstant, ne a judicis ministris comprehendantur, aut comprehensi puniantur, aut quoquo modo illis favent in hæresi tuenda aut docenda, celando scilicet, dissimulando &c. Augustin. Barbos. *ad c. 13. X. de hæret. n. 20. 23.* Z. Adde infra *notam 208.*

Declaratio. (187) Solus tamen id forte non perficiet, nec levabit cadaver sua unius manu. Sufficiet ergo, si manum tantum admoverit. Z.

Limitatio. (188) Hoc tum demum admittit glossa, si ossa ipsorum possunt ab ossibus aliorum discerni. Z.

Sævitia Canonistarum. (189) Durum hoc est & dirum nimis atque sævum, uti omnia, quæ in causa hæreseos constituit jus Pontificium. Multa debentur humanitati, quæ non debentur homini; nec defraudandus est humo, qui inde ortum habet. Maxime autem faciunt hæ constitutiones ad excusandum id, quod a Stephano VI. & Sergio III. Pontificibus adversus Formosi cadaver commissum est. Vid. Luitprand. *l. 1. c. 8.* Z.

Absurditas jur. Canon. (190) Quasi vero hæretica pravitate, quæ plerumque intel-le-

Descendentes ab hæretico usque ad secundum gradum, ab hæretica usque ad primum, non possunt habere beneficium Ecclesiasticum, nisi pater aut mater decesserint emendati.

§. 8. Sed g) & eorum filii (191) ad beneficia Ecclesiastica, seu publica officia admittendi non erunt: quod quidem per paternam lineam usque ad secundum gradum, per maternam vero (192) usque ad primum tantum extenditur. Cum enim secundum legitimas sanctiones reis læsæ majestatis capite punitis, & bonis confiscatis eorum filiis vita sollummodo ex misericordia conservatur, (193) quanto magis, qui aber-

g) c. statutum eod. tit. in 6. c. vergentis vers. cum enim h. t.

lectum tantum hominis occupat, contaminari posset terra, ut metuendum sit, ne aliud cadaver ibi reponendum inficiatur. Et cur non potius ædes & habitationes hæreticorum diruuntur, ne futuri inhabitatores veneno hæreseos corripiantur? Z.

ad §. 8.

(191) Durum & hoc est, quod in filiis puniatur iniquitas parentum, si quidem ipsi innocentes fuerint & a crimine liberi. Z. *Alia duritiis.*

(192) Sed quid est, quod mitiget pœnam in descendentibus ex linea materna? nisi forte dicamus, hæresin infirmiores agere radices in fœminis, quam in masculis, & hinc minus metuendam ejus progerminationem in posteris. Sed enim ad innocentes etiam liberos & hæreseos crimine non infectos hanc pœnam porrigit jus Canonicum. Z. *Ratio & objectio.*

(193) I. Abstinere potuisset autor exemplo isto, quod plerique hodie reprehendunt JCti. Constitutio enim Imperatorum in *l. 5. Cod ad L. Jul. majest.* quam hic innuit autor semper credita fuit esse inhumana, sanguinaria, injuriosa, iniqua contra naturalem rationem, contra juris etiam divini & humani dispositionem. Au- *Inhumanitas l. 5. C. ad l. Jul. majest.*

 dr.

aberrantes in fide DEum offendunt, (194) muneribus

dr. Knichen *de Sax. nonprov. jur. verb. DUCUM. c. 5. n. 392.* Et quanquam sint, qui eam non omnino iniquam esse contendant, nunquam tamen satis diluuntur ea quæ ex adverso disputat Hugo Grotius *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 21. n. 13.* Tantum abest, ut probari ea debeat ab divini & Ecclesiastici juris interprete. Z.

Monita circa justitiam illius legis, II. Non confundendæ sunt in expositione *d. legis 5. C. ad L. Jul. Mai.* duæ quæstiones, quæ tamen communiter non solent accurate distingui. Una, an recte Imperator asserat, *debuisse paterno perire supplicio in quibus paterni criminis exempla metuuntur?* ad quæ verba hic respexit Lancelottus, quæ quæstio recte negatur cum Zieglero & Grotio ab eo allegato. Cum tamen Arcadius liberos reorum majestatis pœna capitali non afficiat, altera quæstio est, an adeo cum recta ratione pugnet constitutio ipsa Arcadii, ut communiter impugnatur? Circa hanc quæstionem sententiam meam latius exposui olim *in notis ad Strauchium* & repetii in notis ad Huberum *de jure civitatis lib. 3. sect. 2. cap. 5. §. 15. p. 646. seq.* ubi ostendi, duriora esse verba Imperatoris, eaque parum cohærentia, dum de speciali quadam lenitate gloriatur, quod vitam liberis perduellium reliquerit, qui tamen paterno debuissent perire supplicio, & in verbis tamen mox sequentibus de pœnis ab ipso illis impositis asserit, eas esse tales, ut ipsis & mors sit solatium, & vita supplicium; sed tamen simul ostendi, posteriora hæc verba figura non carere, cum pœnæ ab Imperatore liberis dictatæ, sint pœnæ improprie dictæ, partim quia non consistunt in positione mali, sed in privatione boni, partim quia non auferunt ipsis bona præsentia, sed saltem futura, quamvis non negaverim, rectius hodiernis moribus illam legem Arcadii intuitu filiorum non observari, etsi eandem repetierit de verbo ad verbum quisquis fuit autor Aureæ bullæ *c. 24.* T.

Objectio. (194) Si omnes, qui DEum offendunt, committunt crimen

bus, bonis, honoribus debent spoliari? cum longe sit gravius (195) æternam, (196) quam temporalem læ-

men læsæ Majestatis divinæ, omnia peccata erunt crimina læsæ majestatis divinæ, & adeo omnia peccata essent gravius punienda, quam crimen læsæ Majestatis humanæ, quod est absurdum. D. Justus Meyerus *in juris publici quæst. capitali p. 177.* adductus a Pomario *d. tractatu part. 1. p. 223. seq. Istud axioma verum non est: quicquid in criminibus læsæ Majestatis humanæ est constitutum, idem quoque in criminibus læsæ Majestatis divinæ locum habet: alias omnes, quotquot vivunt homines, aut vixerunt unquam, aut victuri sunt, pœnis illis obnoxii constituerentur, quia quotidie sæpe nimis peccando divina Majestas læditur.* T.

(195) I. Et tamen gravius punitur crimen læsæ majestatis humanæ, quam divinæ. Anton. Gomez *tom. 3. resol. c. 2. n. 13.* Z. *Alia objectio*

II. Quod intelligo eo intuitu, quod hic saltem filii in primo aut secundo gradu excludantur a beneficiis Ecclesiasticis. Alias respectu ipsorum delinquentium, hæretici ipsi gravius aut certe non mitius puniuntur, quam qui crimen læsæ majestatis commiserant. T. *Monitum ac cæmi*

(196) *Dividunt enim interpretes Majestatem in divinam & humanam. Divina læditur, si quis dicto, factove, impium aliquid & abominandum in SS. Trinitatem moliatur. Hanc igitur violant Blasphemi, apostatæ, & hæretici: unde & nonnulli crimen hoc definiunt, hæresin contra DEum Dominumque nostrum. Quam hæresin cum descriptio a nobis proposita excludat, consequens videbatur, angustiorem esse in re proposita. Verum, quicquid scribant interpretes, in eorum sententiam minime descendendum arbitror. Nam lex Julia Majestatis de majestate divina ne gry quidem habet. Tantundem constitutiones Imperatoriæ: ac ne Christiani quidem principes hæresin legi Juliæ subjiciunt. Comparant, fateor, crimini majestatis in* *An detur crimen læsæ majestatis divinæ. Sententia Antonii Matthæi.*

eo,

h) d. c. statutum §. hoc. lædere (197) majestatem. Hoc *h)* tamen intelligendum

eo, quod in mortem inquisitio extendatur l. 4. §. in mortem C. de hæret. *sed non comparant in omnibus, nec faciunt ex hæresi crimen majestatis. Adhæc, non quamcunque violationem numinis comparant crimini majestatis, sed apostasiam* l. 4. C. de Apost. *hæresin Manichæorum vel Donatistarum* d. l. 4. C. de hæret. & Manich. *Reliquis hæreticis conventicula quidem & templa in solo Romano negat* const. 5. ej. tit. *non tamen pellit civitatibus, non adficit ultimo supplicio, non extendit accusationem in mortem. Apollinaristas excipio, quos solo imperii Romani pellit* const. 8. C. eod. & ult. C. de apost. *Blasphemos quoque ultimo supplicio subdit* Nov. 77. *post mortem eorum non damnat, ac ne publicam quidem accusationem aperte concedit, ut* tit. præced. *dictum. Nec movet me, quod Pontifices de quacunque hæresi loquantur in* c. ad abolendam c. vergentis de hæret. *in hoc enim opere, non tam quid iure Pontificio, quam quid iure civili constitutum sit, cuius libros interpretamur, pensi babebimus. Erit ergo nobis hæresis Manichæorum atque Donatistarum, erit apostasia publicum crimen, nihil tamen pertinens ad legem Juliam maiestatis.* Ita de divisione Majestatis aut potius criminis læsæ Majestatis differit Antonius Matthæi *de criminibus ad lib. 48. ff. tit. 2. cap. 1. n. 2. p. 274.* cujus verba finalia intelligenda sunt, secundum hypothesin juris Justinianei. *Sententia nostra.* Nobis vero (qui firmiter persuasi sumus, Jus Justinianeum in doctrina juris publici, quorsum pertinet doctrina de criminibus & pœnis generaliter, nunquam receptum esse in Germania, omnium minime vero intuitu juris Ecclesiastici illud quadrare ad hypotheses Protestantium de jure principum circa sacra,) ne quidem hæresis Manichæorum atque Donatistarum est crimen publicum per supra dicta *nota 159. 160.* De Apostasia vero & blasphemia dicemus in sequentibus. T.

Quæ ulterius probatur. (197) At vero homines lædi possunt ab aliis hominibus in vita,

dum est de filiis & posteris eorum, qui tales esse, vel etiam decessisse probantur: non autem illorum, quos emen-

---

vita, honore, bonis corporis & fortunæ, DEus autem tanquam omnipotens & omnium passionum expers lædi nequit, unde vel hæc circumstantia docere debuisset Canonistas, etiamsi hæresis crimen esset, non tamen ad classem criminis læsæ majestatis referri posse. Nunc vero, cum hæresis ne quidem crimen sit, sua sponte cadit quæstio: an sit crimen majestatis, cum genere negato negentur omnes species. Sentientes hæc dubia quidam Canonistæ, istud crimen læsæ majestatis divinæ mutarunt in crimen læsæ Majestatis Ecclesiasticæ, vel certe crimen suum læsæ Majestatis divinæ sic exposuerunt. Huc spectant verba Hierothei Baronowsky in Gerechtfertigten Gewissens-Zwange *cap. 2. p. m. 165* Die Ketzerey ist ein Aufruhr, durch welche die Christliche Kirche zerrüttet und verwüstet wird: eine Beleidigung **der Göttlichen Majestät**, eine Rebellion und Befriegung der von GOtt gesetzten **Kirchischen Obrigkeit**, und aller heiligen Ordnung, durch welche alles Heilige untereinander geworffen wird rc. Wie nun für der Welt das gröste *crimen* ist das *crimen læsæ Maiestatis*, daß es auch gar dem Vater-Mord gleich geschätzet wird; so ist die Ketzerey noch viel grösser, weil sie die Göttliche Majestät beleidiget Sed nos quidem majestatem Ecclesiasticam diversam a Majestate Politica non agnoscimus, quod hanc vero attinet, propterea, quod Magistratus Politicus sit vicarius Dei in terris, crimen læsæ Majestatis humanæ non putamus transire in speciem aliam criminis læsæ majestatis divinæ. Quod vero Pontificii ita ratiocinentur non mirandum. Cum enim ipsis Papa DEi loco sit, & Papa jusserit ut ejus dictata pro articulis fidei habeantur, sua sponte videbatur sequi, quod, qui hæc dictata adorare nolunt, pro committentibus crimen læsæ Majestatis divinæ haberi debeant. T.

Novum effugium Canistarum Dei loco substituentium magistratum ecclesiasticum.

Ad quod respondetur.

emendatos (198) & Ecclesiæ unitati reincorporatos esse constiterit.

Qui receperunt pœnitentiam Ecclesiæ, vel recipere sunt parati, sunt reincorporandi: post abiurationem vero relapsi non sunt amplius reincorporandi, sed traduntur curiæ seculari: eis tamen non negatur sacramentum pænitentiæ.

§. 9. Sed videamus, qui & quando incorporari debeant: constat eos, qui pro culpa hujusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam acceptaverint, (199) eamque vel perfecerint, vel humiliter prosecu-

Declaratio duplex.

(198) Sive condemnati ante emendationem fuerint, sive sponte ante condemnationem ad Ecclesiam redierint, imo etsi ante peractam pœnitentiam obierint & saltem parati fuerint ad eam recipiendam. Augustin. Barbos. *ad c. 25. de hæret. in 6.* Quod ultimum tamen ad absolutionem ab crimine hæreseos sufficere nequit, quia scilicet nondum pœnitet, qui tantum paratus est pœnitere. Et quanquam pœnitentiæ vocabulum pro satisfactione & pæna imposita accipiatur, adjunctam tamen ea tum habebit opinionem meriti, per quam ipsa contritio misere corrumpitur. Z.

ad §. 9.

Monitum de disciplina externa.

(199) I. Anteverti jam dicere, talem pœnitentiam in papatu infici opinione meriti. Absque qua si esset, non contemni posset disciplina externa, quæ summa cum pietate observata fuit in Ecclesia antiqua. Vid. Chemnit. *in Exam. concil. Trid. part. 4. pag.* 724. Z.

Censura illius moniti.

II. Sed ipse tamen Zieglerus infra *ad tit. 12. §. 1.* notat, disciplinam hanc seu censuram Ecclesiasticam esse præcipuum fulcrum monarchiæ Papalis, & nos plura ad *illum & sequentes titulos*

cutioni ejus insistant, recipiendos esse. (200) Idem juris est, si pœnitentia nec peracta sit, nec imposita, dum tamen crimini obnoxij ad eam recipiendam parati fuerint. Quod si post *i*) abjurationem (201) erroris, vel postquam se proprii Antistitis examinatione purgaverint, in abjuratam hæresim reincidisse deprehensi fuerint, seculari judicio sine ulla penitus audientia (202) relinquendi erunt: licet si postmodum pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sint relapsis humiliter petita sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ deneganda. (203)

i) *c. super eod. tit. in 6.*

Quando quis dicatur relapsus.

§. 10.

---

los pro probanda hac assertione afferemus. Interim repete jam supra notata ad totum *titulum 5. libri 2.* T.

(200) Recipiebantur olim ut plurimum per manus impositionem, atque sic eis post exomologesin pax dabatur. Vid. *can. 57. in cod. Eccles. African.* Z. *Modus recipiendi.*

(201) Quæ interdum scripto aut libello fiebat, in qua simul professionem fidei suæ exponebant. Christoph. Justell. *ad cod. can. Eccles. univers. p. 144.* Z. *Abjuratio.*

(202) Id nimium est, sine causæ cognitione reum pro convicto habere, cum tamen multa sint, quæ a crimine intentato possint excusare. Z. *Nova durities.*

(203) Reincorporandi autem non sunt, uti habet rubrica hujus parapraphi. At hac ratione sequetur, sacramenta dari illis, qui sunt extra corpus Ecclesiæ. Et quidni vero incorporari debeant? cum, si veram & seriam pœnitentiam egerint, gratiæ divinæ restituantur & viva sint membra Ecclesiæ. De pœnitentia vero supervacuum erit hic denuo monere, eam sacramentum non esse. Z. *Objectio.*

§. 10. Relapsi autem (204) intelligendi sunt, non solum ii, quorum ante abjurationem crimen plene probatum fuerit, verum etiam *k*) ii, qui postquam accusati, vel vehementer suspecti (205) semel hæresim

k) *c. accusatus in princ. eod. tit. in 6.*

ad §. 10.

Relapsi quotuplices & eorum pœna.

(204) Relapsus dupliciter quis dicitur, vel in hæresin, vel in fautoriam hæresis. Relapsus in hæresin est, qui, postquam vel facti evidentia, vel confessione propria, vel testium legitima productione convictus fuit, hæresin publice abjuravit, iterum in eam incidisse convincitur. Licet itaque ille, qui in eundem errorem iterum atque iterum labitur, nulla pœnitentia solemni interveniente; aut abjuratione canonicave purgatione judicialiter facta, vere relapsus dici possit: at puniri non potest ut vere relapsus, ita ut tradatur curiæ seculari, modo velit pœnitere. Relapsorum autem quatuor sunt species. Prima quando quis incidit in eandem hæresin quam abjuravit &c. Secunda: quando labitur in hæresin, quam abjuravit, ut vehementer suspectus: ut patet in *cap. Accusatus: in prin. de hæret. lib. 6.* non vero, si iterum in vehementem hæresis suspicionem incidit: Tertia: quando post generalem hæresis abjurationem labitur in hæresin aliam ab ea quam in specie abjuraverat: *per cap. alleg. Accusatus. §. Cum vero.* Quarta: postquam abjuravit ut hæreticus, deducit, visitat, &c. hæreticos, dona eis mittit, seu favorem eis impendit; per *cap. alleg. Accusatus* §. *ille quoque.* Has relapsorum species latius exponit, & simul de relapsorum pœnis disserit Limborch. *Hist. Inquis. lib. 3. cap. 13. p. 215. seq.* T.

Monitum.

(205) Tales non possunt dici vere relapsi, cum convicti non fuerint de prima hæresi, sed dicuntur ita fictione juris propter præsumtionem vehementem primæ hæreseos, & quia nunc in eadem hæresi inveniuntur. Mascard. *de probat. conclus. 863.* Z.

(205)

ſim in judicio abjuraverint, & poſtmodum in eandem iterum reincidunt. Plane, ſi ex modica & levi ſuſpicione (206) ſemel quis abjuraverit, reincidens, quanquam

---

(206) I. Quæ ſit ſuſpicio levis aut vehemens, fere arbitrio judicis relinquendum eſt. Videndum autem, ne hic juris terminos excedat jus pontificium, quod nudam ſuſpicionem licet vehementem computet ad id, ut relapſus quis dici & gravius puniri queat; cum tamen ad condemnationem requirantur probationes luce meridiana clariores. Pertinet huc integer tractatus de delictis generantibus ſuſpicionem in fide, quem prolixe & operoſe exponit Thomas Hurtado *in reſolut. moral. tr. 5. per tot.* Z. *Suſpicio vehemens aut levis quæ?*

II. Vides hic iterum rem omnem dependere a nutu & mero arbitrio Inquiſitorum, ut in tota materia de crimine hæreſeos, unde parum prodeſt doctrina, quod leviter ſuſpectus non poſſit puniri ut relapſus, cum in arbitrio judicis ſit, an non eum pro vehementer ſuſpecto habere velit. Adde quod tota doctrina de ſuſpicione hæreſeos a Canoniſtis diſtinctionibus ſuis intricatiſſima reddita fuerit æque ut in jure civili doctrina de præſumtionibus & probationibus de quo latius egi *in diſſert. de præſumt. allodialitatis.* Speciminis loco ſaltem excerpemus potiſſima ex Limborchio *lib. 3 c. 11. p. 210. ſeq. Quanquam alias diſtingui ſoleat inter ſuſpicionem & præſumtionem, quod ſuſpicio ſit opinio mali alicuius, ex qua ad præſumtionem venitur; una autem ſuſpicio non inducat præſumtionem, ſed plures ſuſpiciones requirantur; in cauſa tamen hæreſis pro eodem accipiuntur &c. In cauſa hæreſis ſuſpicio dicitur eſſe triplex, levis, vehemens, & violenta. Levis eſt, quæ provenit ex ſignis exterioribus operum aut verborum, ex quibus capitur conjectura, qua concludi poteſt, non quidem frequenter, ſed raro, ſeu caſu, quod talia dicens, vel faciens ſit hæreticus; Quod deducitur levi conſequentia. Veluti ſi quis*

Arcanum Politicum ſub hac diſtinctione latens.

Diviſio ſuſpicionis plenior ſecundum Canoniſtas.

quam ex hoc sit gravius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœna puniri.

Qui

quis ita argumentetur: ille reperitur occulta conventicula frequentare, aut vita & moribus a communi conversatione fidelium recedere, ergo est hæreticus: quia nempe hæretici talia frequenter facere probantur. Tales de hæresi leviter habentur suspecti. Illis tamen non facile moveri debere Inquisitores docent, in causa tam gravi. Attamen hæreticos solummodo alloqui quandoque impune non fuit &c. quod exemplo quodam ex Bzovio illustrat. *Vehemens suspicio, quæ & vocatur juris, provenit ex signis exterioribus operum vel verborum, ex quibus cognitis accipitur argumentum concludens frequenter; & ut in pluribus, quod talia agens vel dicens est hæreticus; & si nihil in contrarium probetur, pro plena probatione haberi solet. Tales sunt, qui vocati ad respondendum de fide non comparent in tempore assignato: Quicunque scienter impediunt Inquisitionis officium. Qui impeditoribus ejusmodi præstant scienter consilium, auxilium, vel favorem: Qui instruunt hæreticos citatos, ut veritatem subticeant, & dicant falsitatem: Excommunicati ex causa fidei quocunque modo: Fautores, defensores, receptatores scienter hæreticorum: Infamati de hæresi ob familiaritatem cum his quos noverunt esse hæreticos: Scienter deducentes, visitantes receptantes hæreticos: Quin & qui hæretico osculum dedit, judicio synodi Tarraconensis hæreseos vehementer est suspectus; juxta decretum hoc*: Item quæritur: Utrum ille, qui dedit osculum Inzabbatato, vel hæretico, quem credebat, vel sciebat eum Inzabbatatum; vel oravit cum eo, & celavit eum, vel audivit prædicationem vel lectionem ab eo, & credidit talem esse bonum hominem, sit judicandus credens ejus erroribus? Et dicimus, quod non: sed talis condemnetur tanquam fautor, vel occultator, & benefactor, & vehementer suspectus, quod

credit

Qui abiuraverit in uno articulo, si post sit hæreticus in alios dicitur relapsus.

§. II.

credit ejus erroribus: nisi adeo esset literatus, vel discretus, quod non posset ignorantiam prætendere: quod arbitrio discreti judicis duximus relinquendum. *Præter hos etiam vehementer suspecti sunt convicti de perjurio vel mendacio judicialiter in causa fidei: Qui dixerunt vel fecerunt sæpius aliquid contra fidem, & similes; non enim omnes speciales casus enumerari possunt. Et qui hæc committunt, dicuntur vehementer suspecti. Suspectis de hæresi etiam annumerantur qui hæreticos, credentes, receptatores, defensores & fautores eorum scienter tradunt Ecclesiastica sepulturæ, hoc est, qui eos ad modum Christianorum cum psalmis & orationibus in cœmeterio Ecclesiæ sepeliunt. Qui enim scienter sepelit eos, quos Ecclesia ut hæreticos, aut de hæresi suspectos, persequitur & damnat, quamvis aliud animo gerat, hoc facto indicare ac profiteri videtur, aut non debuisse Ecclesiam tales sepulturæ privare, aut pro hæreticis & eorum credentibus &c. esse orandum, cum more Catholicorum, eos sepeliat. Num autem suspicio hæc sit tantum levis an vehemens, ex qualitate personarum pensandum erit iudicio peritorum* &c. *Eadem suspicio oritur, si quis celebrat alicujus exequias more catholicorum, quando is hæreticus, aut suspectus alibi est defunctus, puta Genevæ, aut alibi, ubi hæretice vivitur & creditur. Tandem si quis hæreticorum combustorum cineres, ossa, vestes, aut similia furatur & custodit* &c. *Est & aliud suspectorum genus, eorum nempe qui scandalosum quid aut suspectum dixerint* &c. *Oritur etiam suspicio, quod quis male sentiat de aliquo Ecclesiæ dogmate, instituto, aut ordine, aut re aliqua de qua sentiendum est sicut sentit Ecclesia, veluti de potestate* Papæ *& Prælatorum, de sacris Monachorum religionibus, de Sacramentorum ritibus, aliisque; si quis indigno aliquo facto iniuriam*

&

l) d. c. accusatus §. 1. eod. tit. in 6.

§. II. Is vero *l)* qui in una hæresis specie, vel secta commisit, aut in uno fidei articulo, seu Ecclesiæ sacramento erravit, & postmodum hæresim simpliciter vel generaliter (207) abjuravit, si deinde in ali-

& contumeliam his inferat, aut libellos excommunicatorios, quos vulgus cedulones vocat, conspurcat cum turpium figurarum appositione &c. *Præterea si quis in excommunicatione persistat per biennium, imo per annum, suspectus est de hæresi: præsumitur enim male sentire de Sacramentis Ecclesiæ, eiusque potestate, quatenus eius excommunicationem flocci facit. Si autem quis fuerit excommunicatus pro contumacia commissa in causa hæresis, tunc post lapsum anni habetur pro hæretico, & ut talis puniri potest. Suspecti etiam sunt, qui conversantur cum hæreticis; & ex hac conversatione oritur indicium sufficiens ad torturam contra conversantem* &c. *Violenta suspicio, quæ & vocatur iuris & de iure, est quædam legis dispositio aliquid præsumentis, & super præsumto, tanquam sibi comperto & noto, statuentis: Nec contra hanc præsumtionem regulariter & directe admittitur probatio in contrarium; quia cum ab apertis & violentis indiciis proficiscatur, pro manifesta veritate habetur. Nascitur autem ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus concludi solet efficaciter, & fere semper, quod talia dicens vel faciens est hæreticus: Uti olim, si quis hæreticos adoraverit, aut eis reverentiam ipsorum more exhibuerit; consolationem vel communionem ab eis receperit; vel similia, quæ ad ritum eorum pertinent, perpetraverit.* T.

ad §. II.

Cur generaliter?

(207) Si enim illum tantum, quem erravit, errorem abjuravit, non integram sectam aut hæresin, & postea in alium ejusdem sectæ errorem inciderit, non relapsus, sed lapsus tantum dicetur, Mascard. *d. concl. 863. n. 5.* Z.

ad

aliam etiam hæresis speciem, sive sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, ut relapsus in hæresim, judicandus erit.

Suspecti de hæresi, nisi se purgent, sunt excommunicandi, & excommunicati si in excommunicatione insorduerint, condemnantur tanquam hæretici.

§. 12. Qui *m*) vero inventi fuerint sola suspicione (208) notabiles (209) ob eam quantumvis vehemen- *m) c. cum contumacia eod. tit. in 6.*

---

ad §. 12.

(208) Suspicionis in hæresi divisionem modo vidimus. Ad suspectos vero & vehementer quidem suspectos etiam referuntur suo modo credentes hæreticorum, receptatores & defensores eorum, fautores, impeditores officii inquisitionis &c. qui singuli distinctius sunt cognoscendi. Etsi enim de credentibus & fautoribus jam supra *nota 186.* quædam attulerit Zieglerus, pauca tamen ea sunt, & parum sufficientia. Unde & hic consuli meretur Limborch. *lib. 3. c. 7. seq.* ex cujus traditis iterum apparebit, etiam circa hos terminos & conceptus de iis, post multas distinctiones, declarationes, quæstiones rem magis incertam remanere, quam antea fuerat, & sic redire ad arbitrium & beneplacitum Inquisitorum. Age videamus. *CREDENTES hæreticorum (d. c. 7. p. 197. seq.) alii sunt, qui credunt eorum erroribus & hæresibus; & isti sunt excommunicati: alii indicantur credere hæreticorum erroribus ex suis verbis atque factis. Verbis quidem, ut confessione propria, dicendo se talium erroribus credere, vel facti evidentia, publice prædicando vel defendendo illorum errores: vel testium productione legitima, per quos convincuntur talium errores divulgasse. Quod facta attinet: initio delegatæ Inquisitionis valde dubitatum fuit ex quibus factis possent aliqui iudicari credentes hæreticorum: Verum id declaravit Concilium Narbonense* cap. 29. Sane

Classes quædam præcipuæ suspectorum.

Credentes hæreticorum.

 ne

ne inter culpas ex quibus credentes possunt judicari, ne ulterius dubitetis, has esse firmiter arbitramur: Si reverentiam fecerunt hæreticis, ubi credentes, orationes ipsorum implorantes, & bonos homines profitentes, quasi adorant illos: Si consolationi illorum, ubi eum, quem consolantur in hæreticum recipientes per impositionem manuum se salvare proditionalitér mentiuntur: Aut servitio eorundem, ubi Majore ipsorum librum tenente apertum, per ipsum quasi sub generali confessione remissionem intelligunt fieri peccatorum: Aut cœnæ Valdensium, ubi die cœnæ mensa posita, & pane superposito, Valdensis unus benedicens & frangens, dansque astantibus credit secundum damnabilem sectam conficere corpus Christi; non causa prodendi vel reprehendendi eos, vel alia commendabili seu excusabili, affuerunt, &c. ubi & alia plura facta Valdenses in specie respicientia recensentur. Tum additur: *In hoc decreto qualibet facta statuuntur indicia, unde quis hæreticorum credens possit judicari. Verum quoniam ex his factis singulis non æque certo ac valide de fide alicuius illatio fieri possit, hinc Doctores Pontificii distinctione quadam utuntur. Alia nempe dicunt esse facta; in quibus error exprimitur manifeste, quæ nullo modo possunt in bonam partem accipi; ut, reverentiam hæreticis ipsorum more exhibere, communionem ab eis juxta ritum ipsorum accipere. Hæc demonstrant aliquem hæreticum, & contra eum, ut hæreticum procedi potest. Difficulter enim exceptionem admitti posse dicunt, quod hæc fecerit non errore mentis, sed ob commodum aliquod temporale. Alia sunt, ex quibus violentæ oriuntur suspiciones; ut cum quis de hæresi infamatus, aut suspectus, tempore mortis petit consolationem ab hæreticis juxta consuetudinem eorum. Hæc enim si quis committat, præsumtione juris, contra quam non admittitur regulariter probatio, censetur hæreticus. Alia sunt in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis; ut hæreticos visitare, alimoniam eis præstare, comitari, defendere eorum personas, & similia. Hæc neminem hæreticum demonstrant, sed solummodo hæreseos suspectum reddunt &c. Alii sunt hæreticorum credentes, de qui-*

quibus non apparet clare, quod eorum erroribus credant, sed videntur credere hæreticorum verbis, jussionibus, & operibus. Tales sunt, qui ea committant facta, in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis: qui nimirum ad eorum mandatum eunt & veniunt, sermones eorum (licet raro) audiunt, literas eorum hinc inde deferunt, eis serviunt, libros suscipiunt, nec comburunt, alimoniam eis deferunt, ducatum præbent, eos visitant, & alia faciunt, in quibus de ritu hæreticorum nihil ostenditur. Tales, uti mox dictum est, non quidem habentur hæretici, nec ut hæretici tractantur; non carent tamen suspicione vehementi, vel levi, prout majora vel minora in ipsis indicia apparebunt: Quare cum iis ut cum suspectis agitur. Tum subjicit varias Canonistarum sententias circa quæstionem, an qui bis vel semel hæreticorum conciones audiverit, hæreticorum credens debeat haberi? *RECEPTATORES sunt, (cap. 8. p. 200.) qui bis vel pluries hæreticos scienter in domo sua, vel in alio loco suo, receperunt.* Receptatores. *Receptaculum autem est domus, vel hospitium, ubi hæretici bis vel pluries convenerunt ad prædicationem vel lectionem; vel ubi pluries hospitantur. Illi autem in graviore culpa sunt, qui eorum errores sciunt, nec ignorant Ecclesiam illos persequi, & nihilominus, ne ad Ecclesiæ manus perveniant, eos latenter receptant, licet illud semel tantum fecerint, & hac receptatione se hæreseos suspectos reddunt; quæ suspicio pro circumstantiarum diversitate vel levior vel gravior est: ideoque etiam illis ut suspectis abjuratio imponitur &c. DEFENSORES sunt, qui scienter defendunt hæreticos verbo, vel facto, vel quocunque ingenio in terris suis, vel alibi, quo minus Ecclesia possit exercere suum officium, ad exstirpandam hæreticam pravitatem.* Defensores. *Diversi namque sunt defendendi modi; potest enim quis hæreticum defendere cum armis, vel sine armis, potest & clamoribus, monendo ut fugiat; potest & illum defendere in judicio, & extra judicium. Tandem & defensores hæreticorum per consequentiam dici possunt, quicunque officium Inquisitionis quacunque ratione impediunt. Sed & præter hæc alius etiam est casus, quo*

O (11) 2 quis

quis hæreticorum defensor dicitur, cum supponit alium hominem, vel etiam se ipsum pro illo hæretico, qui fuerat capiendus &c. Fautores. FAUTORES (c. 9. p. 201. seq.) sunt qui hæreticis favorem præstant & per omnia defensoribus exequantur. Sunt autem illi vel magistratus, vel privati. Omnes autem illi possunt hæreticis favere, omissione seu negligentia; facto, seu cooperatione; ac tandem consilio, seu verbis. Magistratuum officium est, hæreticos exstirpare, & e regnis ac dominiis suis pellere, & Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, qui, quoniam inermes sunt (scilicet) sine Magistratuum auxilio hæreticos pellere nequeunt; omne consilium ac favorem ad hæreticos puniendos & coercendos præstare, exorientes hæreses supprimere, omniaque sua studia eo referre, ne sub eorum imperio hæreticorum augeatur improbitas, & Catholicorum minuatur aut perturbetur securitas & religio. Fautores itaque illi sunt hæreticorum; primo, omittendo ea facere circa hæreticos vel suspectos, infamatos, vel credentes, receptatores, defensores & fautores, ad quæ ex eorum officio obligantur, cum tamen ab Inquisitoribus & Episcopis, vel eorum altero requiruntur: videlicet, si hæreticos non capiant, captos diligenter non custodiant, ad locum destinatum non deducant, ac damnatos sibi relictos non prompte puniant &c. Similiter Prælati vel Inquisitores, qui tutos carceres facere omittunt, & fidos custodes eis præficere, capere, torquere, aut punire hæreticos, vel fideliter in carcere custodire negligunt, ut hæreticis ipsis faveant, vere fautores judicantur. Secus vero, si ex negligentia, aut alia ex causa ea faciant. Secundo, Magistratus hæreticorum fautor est committendo: Si captos huiusmodi absque Episcopi, & Inquisitoris, vel alterius ipsorum licentia, vel mandato, e carcere liberent; vel processum, iudicium, vel sententiam eorum directe vel indirecte impediant, aut alia his similia faciant &c. Privatæ personæ dicuntur hæreticorum fautores; quando hæreticos, seu pro hæresi captos, pro temeritate e carcere liberant: vel auxilium, consilium vel favorem ad liberandum præstant; vel liberatos ita co-

comitantur ut non capiantur: vel capientibus se opponunt; ac alias processum, iudicium, & sententiam in causa fidei directe vel indirecte impedire præsumunt; vel ad impediendum præstant consilium, auxilium, vel favorem. Ex sola vero omissione non solent privati dici hæreticorum fautores, quia hæreticos non capiunt, aut custodiunt: quia ad hoc non sunt obligati. Fautores tamen erunt, si cum ipsis incumberet ex officio eos indicare, vel comprehendere, hoc omiserint: quales sunt Crucesignati, quos in Hispania Familiares vocant: aut si a Magistratibus requisiti fuerint ad præstandum auxilium ad hæreticos capiendos, & sine causa, non impediti, nolint eos adjuvare &c. *Fautoribus hæreticorum (cap. 10. p. 203. seq.) proxime accedunt IMPEDITORES OFFICII INQUISITIONIS, qui etiam inter hæreticorum fautores numerari solent* &c. *Inquisitionis autem officium alii dicuntur impedire directe, alii indirecte. Directe, qui captos ob crimen hæresis propria temeritate e carcere liberant; vel processus Inquisitionis lacerant; testes in causa fidei ob testimonium ipsorum vulnerant: Vel si Dominus temporalis statuat, quod nullus de crimine hæresis cognoscere debeat, nisi ipse; nullus accusari, nullus testari, nisi coram ipso. Etiam omnes, qui minis & terroribus verbalibus tantummodo utuntur* &c. *Et qui processum, judicium, vel sententiam in causa fidei directe impediunt; vel qui ad hæc agenda præstiterint consilium, auxilium, vel favorem. Indirecte impedire dicuntur, qui insinuatione utuntur, aut alio medio, unde in consequentiam oriatur impedimentum Officii Inquisitionis: Tales sunt, qui præcipiunt, ne ullus arma portet nisi de familia Domini temporalis, neve ullus quempiam capiat, aut capi faciat, nisi Dominus temporalis. Inde enim sequitur, eos, qui sunt de familia Inquisitoris, non posse arma gestare neque quemquam capere. Hi minus sunt culpabiles, quam priores: Omnes tamen excommunicantur; & si eam excommunicationem anno integro sustineant, si volunt redire, abjurare debent impedimentum, & fautoriam; alias ut impœnitentes hæretici traduntur brachio seculari.* Ut de fautoribus

Impeditores officii inquisitionis.

Erasmi sententia, nihil sanctius esse, quam favere hæreticis. bus hæreticorum aliquid addem, ipsi Erasmo jam displicuit sævities Cleri, unde in *colloquio*, quod inscribitur : *inquisitio de fide*, defendit, nihil sanctius esse, quam favere hæreticis. Meretur totum colloquium, ut perlegatur. Paucissima saltem excerpam BA. *Si sic (p.m. 277.) nobiscum egisset Deus, perieramus omnes. AU. Quam ob rem? BA. Quia cum essemus inimici Dei, cultores Idolorum, ministrantes in castris Satanæ, hoc est modis omnibus excommunicatissimi, tum ille maxime nobiscum confabulatus est per filium suum, suoque alloquio nos restituit in viam, cum essemus mortui.* Et circa finem *p. 291.* AU. *Sed vereor, ne videar favere hæreticis. BA. Imo nihil est sanctius, quam favere hæreticis. AU. Qui sic? BA. Nonne Paulus optavit, anathema fieri pro Iudæis, plusquam hæreticis? Annon favet ille, qui studet, ut quis ex malo fiat bonus, ex mortuo vivus? AU. Maxime. BA. Sic igitur fave, nec erit quod metuas.* T.

Diffamati de hæresi. (209) Id est, si sunt diffamati de hæresi. De quibus ita Limborch. *d. lib. 3. cap. 12. p. 214. Quinam sint diffamati de hæresi, docet Concilium Tholosanum* cap. 16. Illos autem debent pro diffamatis habere, contra quos publica fama clamat ; vel de quorum diffamatione apud bonos & graves coram Episcopo loci legitime constiterit. *Ut itaque diffamatio aut infamia de hæresi perfecte probetur, duo testes boni & graves sufficiunt: si vero sint viles & infames, licet contemnendi non sint ad hoc, ut ex dictis eorum ad inquirendum procedatur; non tamen diffamatio plene per eos probatur. Nec etiam necesse esse ajunt, quod testes audierint hanc infamiam ab eisdem providis & discretis, sed sufficit si a diversis; etiam si non audiverint eodem tempore, & eodem loco sed diversis: Illiusque hanc reddunt rationem quia cum infamiam tantum probare habeant, sufficit, si testes de hac & super hac fuerint concordes. Nec etiam necesse esse docent, ut testes concordent super caussis scientiæ: Unde si testes dixerunt se scire de illa infamia, quia audierunt, non debent probare quod sic audierunt, nec requiritur, ut unus testis cum alio concordet de loco, tempore & caussis scientiæ: quia de illis nulla est*

mentem de tam gravi crimine condemnandi non erunt, sed nisi juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam congrua purgatione (210) monstraverint, anathematis gladio (211) sese feriendos exponunt, & usque ad satisfactionem ab omnibus evitabuntur, & si per annum in excommunicatione perstiterint, velut hæretici condemnabuntur. (212) *c. excommunicavimus §. qui autem inventi h. t.*

Plu-

---

est quæstio, sed solummodo de fama & infamia: unde quanquam videantur singulares in suis dictis, tamen stabitur assertioni eorum. Sed repete, supra dicta nota 23. sect. 2. T.

(210) Id est præstito juramento cum septem plus minus testibus, de qua purgatione repete dicta superius *nota 53. 54. 56.* T. *Remissio*

(211) Excommunicatio in tali casu non habet locum, nisi præcesserit contumacia *c. cum contumacia 7. de hæret. in 6.* quando sc. vel contumaciter emanet reus, vel parere subterfugit, & ab suspicione se non liberat. Est tamen observandum, non male statui a quibusdam, hæreticum pure mentalem non esse excommunicatum, neque Ecclesiam habere potestatem in actus interiores, si per se considerentur, sine ulla relatione ad actus externos, per consequens, ut excommunicatio locum habere possit, requiri actum aliquem exteriorem quantumvis occultum, Greg. Sayr. *in clav. reg. lib. 3. c. 6. n. 15.* Z. *Variæ observationes.*

(212) Distinctius de processu cum suspectis de hæresi docet Limborch. *lib. 3. cap. 11. p. 212. seq.* secundum tres gradus suspicionis *nota 206. sect. 2.* recensitos. Summa eo redit: Leviter suspecto imponitur canonica purgatio, aut etiam abjuratio pro levi. In hoc tamen casu caute procedendum docent quia per abjurationem, si in similem suspicionem recidat, gravius punitur. Vehementer suspectus non est hæreticus, nec potest ut hæreticus puniri, sed illi *Doctrina Limborchii de processu cum suspectis.*

man-

Plura specialiter inducta sunt in causa hæreticorum, & processu contra eos.

n) d. c. accusatus in 6. & c. 1. clem. h. t.

§. 13. Plura *n)* quoque ad hoc atrocissimum crimen vindicandum specialiter & præter ordinarias Iuris regulas (213) inducta sunt, tam circa judicium &

---

mandari debet, ut abjuret generaliter omnem hæresin, & specialiter eam, in qua commisit tanquam vehementer suspectus. Violenter suspectus pro convicto de hæresi & ut hæreticus est condemnandus &c. Reliqua videri possunt apud ipsum Limborchium. Id saltem addo; quemadmodum jam supra *d. nota 206.* observavi, differentiam inter suspicionem levem & vehementem dependere a beneplacito Inquisitoris, ita idem multo magis dicendum de differentia inter suspicionem vehementem, & violentam. T.

ad §. 13.

Inquisitionis tribunal maximum arcanum tyrannidis Papalis &c.

(213) Sed illa pleraque *γνωρίσματα* sunt Anti-Christi, & specimina tyrannidis pontificiæ. Inter proprietates enim Anti-Christi recensetur sanguinolenta persecutio & trucidatio dissentientium *Apoc. IX, 11. c. XIII, 15. c. XVI, 6. c. XVII, 6. c. XVIII, 24.* Quæ profecto non ab aliis magis exercetur, quam a pontificibus Romanis. Eorum enim tot sanguinaria prostant edicta, tot cruentæ leguntur persecutiones, ut non sit ab ratione dictum a Paulo IV. teste Onuphrio Panvinio, inquisitionis officio uno apostolicæ sedis autoritatem niti. Legitur ejusdem Pauli IV. imperiosa bulla, tum & ejus successorum similes bullæ aliæ *lib. VII. Decretal. tit. de hæret.* quibus infrunita quadam audacia non in Ecclesiasticas tantum personas, sed ipsos etiam Principes seculares, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, Imperatorem denique ipsum, si in hæresin inciderint, pro lubitu statuunt, regnis & imperiis exuunt, puniendos aliis tradunt, & suam strenue ostentant tyrannidem. Quibus omnibus non aliud jam reponimus, quam dictum Apostoli: *Servum Domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes*

& processum instituendum, & testium depositiones, & carcerum custodiam, & immutationis pœnam: quam etiam contra fautores, receptatores & defensores (214) eorum, ut clare ex lectione sacrarum constitutionum apparere potest. (215)

Aposta-

---

nes, aptum ad docendum tolerantem malos, cum lenitate erudientem eos, qui contrario sunt animo affecti, si quando det eis DEUS forte resipiscentiam ad agnitionem veritatis. Cæterum quæ sint ista singularia, quæ præter ordinarias juris regulas inducta sint, & ex ipsis constitutionibus pontificiis discere licet, & ex praxi hujus & superioris seculi. Legi ea de re inprimis poterit Ernesti Eremundi Historia Belgicorum tumultuum. Singulare inprimis hoc est, quod accusator numero testium accenseatur, *c. in omni negotio X. de testib.* item, quod hæreticus post latam sententiam non liberetur a pœna, si vel maxime ab errore discedat *c. ad abolendum X. de hæret.* cum tamen is, qui ad fidem revertitur, hæreticus esse desinat. Ita & refert Dominicus Bannes *sup. 2. 2. qu. 11. art. 2.* inquisitores hæreticæ pravitatis procedere ex præsumptione, & teneri punire ut hæreticum eum, qui ex dictis vel factis convincitur esse hæreticus, etiamsi non sit revera hæreticus. Exemplum tale refert H. Corn. Agripp. *l. 2. epist. 38. 39. 40.* Singulare & hoc est, quod in inquisitione non fiat reo testium copia, ut contra illos excipiat aut eorum testimonium invalidet. Th. Hurtad. *tr. 4. append. 2. n. 966.* & quod ætas non excuset in crimine hæreseos, & quod criminosus criminosum accusare possit. Didac. Spino a Caceres *in spec. test. gloss. rubr. part. 12. n. 25.* ubi in sequentibus adhuc alia recenset singularia. Alii etiam hoc addunt, quod sufficiant testes singulares ad probandum aliquem esse hæreticum, ut si unus de una, alius de alia hæresi attestetur, eo quod generalis inde conclusio probetur, aliquem esse hæreticum. Sed id merito rejicit Gregorius Sayrus *in clav. reg. lib. 12. c. 21. n. 16. Z.*

(214) Repete dicta *nota 208.* T. *Remissio.*

 (215)

Apostatæ qui sint, & quotuplex Apostasia: & qua pœna puniantur Apostatæ.

§. 14.

Index crudelitatum processus inquisitorii ex Limborchio.

(215) Pertinet huc *caput ultimum libri 4.* ex tractatu Limborchii *p. 378. seq.* ubi enumerat varias injustitias & crudelitates, quæ in tribunali inquisitionis committantur. Scilicet: quod Inquisitores constringant omnes ad sibi denunciandum quemcunque, quem vel levissima de causa suspectum habeant de hæresi, etiam consanguineum, fratrem, maritum, patrem, ac filio in præmium delationis, paterna bona, alias confiscanda, concedantur. Quod hominem de hæresi solum diffamatum damnent ad præstandam purgationem canonicam cum pluribus compurgatoribus, ita, ut si in uno, duobus vel tribus deficiat, nocens habeatur. Quod in hoc officio quivis, etiam ab aliis tribunalibus exclusus, admittatur in testem, solo excepto inimico capitali, cui accedit, quod interim testium nomina captivo non indicentur, neque ulla ipsi reveletur circumstantia, per quam in testium cognitionem pervenire possit. Quod duo tales testes omni exceptione majores de diversis testantes, imo unus quandoque, imo & sola fama, sufficiat ad torturam. Quod duo testes omni exceptione majores sufficiant ad convincendum, ac porro ad condemnationem, nulla admissa justa probatione contrarii. Quod velint delatum sui ipsius esse accusatorem, cum tamen omnium tribunalium ratio exigat, ut reo accusationes indicentur, & ut super facto, quod commisisse arguitur, examinetur. Quod variis artibus inquisitores utantur, tum ut confessionem a captivo eliciant adhibendo promissa fallacia, tum ut denuntiatores & testes aliud quasi interrogando ab ipso declarentur non esse ipsius inimici capitales. Quod ipsis quidem concedant Advocatos & Procuratores, qui tamen revera sunt ejus proditores, quibus non licet captivo patrocinari sine suspicione hæreseos. Quod, quando crimina non possunt probari contra captivum, ille non absolvatur a crimine sibi ob-

§. 14. Apoſtatæ ſunt, (216) qui a ſtatu fidei, (217)

objecto, ſed declaretur ſolummodo, quod idoneis teſtimoniis crimen contra ipſum non ſit probatum, & quod nomen ejus nunquam e libro Inquiſitoris deleatur, ſed ad perpetuam memoriam nomen ejus tanquam ſuſpecti illic aſſervetur. Quod ipſis adeo parata ſit tortura & quidem in detegendo crimine occulto, & quod in animo latet, imo quod ideo velint torturam debere eſſe paratiorem, quia crimen hoc aliis criminibus occultius ſit, cum tamen tortura fallax ſit verum detegendi remedium. Quod ad torturam doceant ſufficere ſemiplenam criminis probationem. Quod quando ad torquendum ſe accingunt, reum graviter ac ſerio moneant, ut ad evitandam torturam nihil falſi dicat, & tamen ſi crimen objectum confiteri nolit, tormenta ſe ingeminaturos minentur. Quod reos ſæpius torqueant, ſemper diverſo a priore & graviori torquendi genere utentes, & tamen hanc multiplicem torturam nolint habere pro repetitione torturæ, ſed vocent ſaltem torturæ continuationem. Quod condemnatos tradentes brachio ſeculari pro iis intercedant, ut ſine ſanguinis effuſione aut mortis periculo circa eos pœnam ſuam moderetur, & tamen magiſtratum ſub pœna excommunicationis ad ſupplicium ignis compellant. Quod in ridiculo proceſſu contra mortuos omnes eorum conſanguinei ad defendendam defuncti memoriam citentur, & tamen ſecundum eorum decreta nemo poſſit hæreticos ſine ſuſpicione hæreſeos, adeoque ſine metu graviſſimi periculi defendere. Quod carceribus tædioſiſſimis reos per aliquot annos includant & ſæviſſimis tormentorum generibus utantur. Quod ſub titulo pœnitentiæ contra pœnitentes & converſos, crudeliores pœnas adhibeant &c. T.

ad §. 14.

(216) Proprie apoſtatæ ſunt, qui diſcedunt a vera fide, quam profeſſi ſunt. Z. *Apoſtaſia propria.*

(217) obedientiæ, vel religionis, quam se tenere professi

Infidelitas, apostasia, atheismus non, sunt crimina.

(27) De infidelitate, apostasia & atheismo tanquam erroribus noxiis maxime affinibus conjunctim agit Titius, & illos quoque crimina proprie dicta non esse probat *Juris privati lib. 9. c. 15. § 30. 31. 32.* Infidelitas, inquit, est totalis fidei christianæ rejectio, sub ea etiam comprehenditur Apostasia proprie accepta, qua agnita fides iterum rejicitur v. Brunnem. *J. E. l. 2. c. 18. §. 16.* Esse autem infidelitatem quoque a pœnis humanis immunem, ex libertate religionis antea asserta, necessario consequitur. Quodsi vero infidelitas, in facinora punibilia erumpat, tum merito punitur v. Grot. *de J. B. P. l. 2. c. 20 §. 47. n. 5.* Si religionem christianam acrioribus dictis insectetur, id, non ut blasphemia, sed ut Christianorum irrisio, puniri potest, v. §. 14. Solent etiam infideles apud eos, qui conscientiarum dominatum defendunt, esse impuniti, quamvis non raro frivolis prætextibus pœnæ subdantur, quemadmodum etiam apostatæ clementer tractari solent, vid. Lehmann. *disp. de iur. apostat. hab. Helmstad. 1687.* Per atheismum, hic intelligitur extremus vitii hujus gradus, quo scilicet DEus, naturaliter cognoscibilis, & consequenter, omnis religio negatur, nam atheismus practicus, sub impietate §. 9. *seqq.* ille vero, qui religionem christianam inficiatur, sub infidelitate §. 30. comprehenditur, adeoque neuter huc pertinet. Posse autem atheismum illum extremum, gravi ac mortis quoque supplicio affici, non vulgus tantum, sed & moderatiores fere concedunt v. Grot. *de J. B. P. l. 2. c. 20. §. 46.* Pufendorff. *de J. N. G. l. 3. c. 4. §. 4. de O. H. C. l. 1. c. 4. §. 2. 9.* Sed ex libertate religionis, antea asserta, jus puniendi hic etiam hominibus negandum videtur. Est quidem atheismus grave delictum, in ordine ad DEum, sed tamen pœnis humanis emendari, ac invito DEi cognitio ingeri nequit; præterea magna nimis crudelitas est, hominem DEi cognitione destitutum, morti dare, qui accedente doctrina & mansuetudine, cum DEo & die, ad meliorem frugem forte fuisset revo-

tessi sunt, temerarie recedunt. Apostasiæ o) triplex est species: (218) alia enim est perfidiæ, alia inobe- di-

o) gloss. 1. c. 1. de Apostat.

---

vocatus: Denique atheismus, per se societatem humanam non turbat, et, cum hypocritæ, qui religionem simulant, eadem non raro, aliis decipiendis, abutuntur, sint impuniti, rationi sane non convenit, ut atheum candidum, qui animi sui sensa ingenue profitetur, pœna dignum censeamus. Hactenus verba Titii. Repete dicta de quæstione an hæresis sit crimen *nota 159. 160.* T.

(218) I. Duas tantum apostasiæ species nonnulli solent enumerare, aliam a fide, aliam ab ordine, Cajetanus *in formula* triplicem facit, *a fide, a religione, ab ordine:* illa fides Christi ejuratur; secunda habitus religionis deseritur; tertia Clericus fit secularis: Fumus in *armilla aurea*, etiam trichotomia delectatur, eamque facit, *fidei, obedientiæ & religionis*, laudato Thoma *2. 2. q. 12. & 1.* Sed revera unius tantum meminit scriptura, quæ est a fide; ea autem est vel aperta, ejurato nomine Christi, vel μυστηριώδης & tacita, everso Christianismo sub nomine Christi, qualis est Anti-Christi. M. *p. 239.*

Variæ sententiæ Canonistarum de speciebus apostasiæ.

II. Iam in dissertatione *de desertione ordinis Ecclesiastici §. 4.* observavi, adhuc alios Canonistas quatuor species apostasiæ facere, a fide, ab obedientia, a religione & ab ordine, cum Lancelottus apostasiam ab ordine & a religione sub communi genere apostasiæ irregularitatis comprehendat. Sed parum interest, utrum apostasiam a religione & ordine conjunctim vel separatim consideres. Utraque enim in eo convenit, quod sit permutatio spontanea status clericalis in lata acceptione, ut & monachos sub se comprehendat, cum seculari, & prope iisdem pœnis coërceatur. Apostasia igitur a religione fit præcipue, quando quis jam ingressus & professus est religionem regularem, deinde eam omnino deserit, abjecto habitu, vel etiam cum ipso habitu vagatur non redeundi animo, qui habetur pro hæretico ipso jure excommunicato, nec re-

In specie an apostasia ab ordine & a religione sint una an duæ species?

 sti.

dientiæ, alia irregularitatis. (219) Apostasia perfidiæ (220)

---

stituuntur ei bona, quæ intulit monasterio, & prehendi potest a judice laico sine metu censuræ, cogi etiam potest, ut revertatur & carcere puniendus est. Sed apostasia ab ordine est, quando clericus secularis jam in sacris ordinibus majoribus constitutus relicto habitu clericali vivit tanquam laicus. Hic punitur pœna excommunicationis, infamiæ, & repellitur ab accusando & testimonio dicendo, nec admittitur etiam ad quodvis officium clericatus aut dignitatem: perdit.dein privilegium ordinis & potest compelli, ut habitum reassumat & clericaliter vivat, puta incarceratione & alis pœnis. Imo si habitu ejecto uxorem ducit, suspectus est de hæresi & in eum potest inquisitor procedere. Quodsi tamen clericus secularis non est in sacris, sed habet solummodo primam tonsuram, vel etiam quatuor ordines minores, tum distinguitur, an habeat beneficium, an minus. Priori casu, si abjecto habitu & retento beneficio vivat tanquam secularis habetur pro apostata, & aliquando amittit privilegium fori & ordinis, ac cogi potest reassumere habitum. Quodsi vero cum habitu simul amittat beneficium, aut etiam beneficium non habeat, tum pro apostata non habetur *vid.* Lancel. *Inst. jur. Can. l. 4. tit. 4. §. 14.* Dessel. *Erotem. Iur. Can. lib. 5. tit. 9.* Corvin. *Iur. Can. l. 4. tit. 9.* Leymann. *Theol. moral. l. 2. tit 1. cap. 16. n. 1.* præprimis autem Menoch. *de A. I. Q. lib. 2. casu 546.* & quos citat. In ipso Iure Canonico sedes apostasiæ irregularitatis est *in can fin. dist. 50. can. beatus 2. C. 3. qv. 4. cap. ult. X. de vit. & honest. cleric. cap. 1. & 5. X. de apost.* T.

Duplex saltem apostasia. (219) I. Apostasian ordinis vocant; sed eam plane ignorarunt veteres. Moralistæ tamen hodierni tam operosi circa eam sunt, ut perlegisse illorum tractatus & pigeat & pœniteat. Nos duplicem tantum statuimus apostasiam, ita ut alia fidei quæ creditur, alia obedientiæ respectu sic dicatur. Prior ex Ecclesia vel facit cœtum, qui plane

(220) est, cum qui a fide recedunt: utputa, cum Christiani effecti in Christi fide prævaricantur; p) & ad p) can. non Iudaicos, vel alios detestabiles ritus se convertunt. A- potest. 2. q. po- 7.

---

plane non est Ecclesia, vel hæreticum reddit; propter posteriorem autem impia dicitur Ecclesia. Z.

II. Sed quomodo duplicem apostasiæ speciem statuere potest Zieglerus cum tamen *nota 216.* saltem apostasiam perfidiæ, pro apostasia propria agnoverit, & apostasiam inobedientiæ in nota mox subsequente impugnet. Sed facilis est responsio. Impugnat ibi non ipsam apostasiam inobedientiæ, sed falsam ejus descriptionem; & quod sepositis præceptis divinis apostasiam inobedientiæ quæsiverint in transgressione præceptorum humanorum. Imo potest etiam illa apostasia inobedientiæ intuitu præceptorum divinorum commode referri ad apostasiam perfidiæ. Uti enim in sacra scriptura fides sumitur magis pro affectione cordis quam intellectus, ita & infidelitas est synonymum perfidiæ; perfidia autem non est mutatio sententiæ in intellectu, sed fidei, der Treue. Cum tamen usu invaluerit fidei & infidelitatis significatus pro affectionibus etiam intellectus, poterit ad minimum illa apostasia inobedientiæ Ziegleriana comprehendi sub apostasia perfidiæ, si dicamus, perfidiam esse duplicem, aliam theoreticam, aliam practicam, quemadmodum in simili notum est Atheismum, qui & ipse infidelitatis species est, dividi in Theoreticum & practicum. T. *Imo unica perfidiæ, etsi perfidia sit duplex.*

(220) Hæc, uti dixi, vicissim duplex est; alia enim fidem plane abnegat, quando quis a nominis & fidei Christianæ professione ad paganismum transit, alia fidem agnitam corrumpit, & tum vel totaliter, quando initiatorii Sacramenti atque aliorum articulorum fundamentalium essentia destruitur, non nisi nomine Christianismi retento, vel partialiter, quando salva manente initiatorii Sacramenti essentia puritas fidei & necessariorum ejus consectariorum vel addendo, vel detrahendo, vel invertendo violatur. Z. *Apostasia perfidiæ duplex.*

(221)

q) c. 2. & c. illud de maior. & obed. r) c. fin. dist. 50. & c. 1. de Apost.

postasia inobedientiæ (221) est, q) cum quis præceptum superioris sui (222) sponte transgreditur, sive patrum regulis vel constitutionibus non obtemperat. Irregularitatis Apostasia est, cum quis ab ordine suo, r) sive (223) assumptæ religionis recedit. (224) Apostatas

Emendatio. (221) Rectius dicitur aversio a DEO fidem in Christum & sanctificationem requirente. Estque vel simplex vel conjuncta cum hæresi. Illa est, quando fiducia deseritur, & vita ipsa a professione degenerat. Hæc oritur immediate ex dogmatibus falsis verum cultum DEI, vel generalem dilectionem Ecclesiarum reliquarum, vel statum Ecclesiæ violantibus. Z.

Ejus continuatio. (222) Sic igitur pontificii principaliter ex præceptis superiorum metiuntur inobedientiam, non ex præceptis divinis, quorum tamen maxima semper debet esse cura. Z.

Differentia apostasiæ ab ordine & a religione. (223) Differunt ex sententia Canonistarum apostasia ob ordine & ea quæ fit a religione. Illa dicitur, cum quis a perfectiore statu clericali, quem in manu Episcopi, edito etiam continentiæ voto, assumpserat, ad statum conjugii vel Laicæ conversationis, dimisso suo habitu, propria temeritate se transfert. Apostasia a religione definitur ipsis criminosa & mortifera recessio a religiosi ordinis instituto, sine revertendi proposito. Unde si quis revertendi animum retineat, vagaturus ad tempus, non apostatam eum dicunt, sed fugitivum. Z. Repete *notam 218. sect. 2.*

Cur Canonistæ apostasiam irregularitatis pro crimine habeant. (224) Duo hic sunt exponenda, 1) qua ratione Canonistæ apostasiam ordinis vel religionis inter crimina retulerint? 2) Quid de hac doctrina sit sentiendum, & utrum hæc apostasia utraque sit crimen, nec ne? Quod primam quæstionem attinet; ratio hujus doctrinæ juris Canonici non longe est quærenda. Nam quod apostasiam a religione attinet, constat, quod Canonistæ statuant, ex omni voto de re licita oriri obligationem, Is. c. 19. Levit. c. 7.

c. 7. *Act. c.* 5. Etsi vero obligatio voti secundum eosdem non sit ex justitia proprie dicta, sed ex virtute religionis, quæ est potentialis pars justitiæ, habet tamen in se perfectam rationem debiti, licet non ad æqualitatem, cum cultus vel gratiarum actio DEo in recognitionem dominii ac beneficiorum per vota promissa vel præstita, minime respondeat, sive æquetur, sed potius tota in ipsius hominis utilitatem cedat. Nec solum obligatio illa est interna in foro conscientiæ, sed poterit etiam vovens in foro externo ad voti executionem compelli arg. *l.* 1. 2. 3 *ff. de pollicit. cap. quod super de fide instrum. in fine & cap. ex parte de censibus.* Nam ad Ecclesiastici judicis officium pertinet impedire, ne gravia crimina committantur, cujusmodi est sacrilega voti transgressio. Leymannus *d. l. lib.* 4. *tr.* 4. *c.* 3. *n.* 1. Inprimis autem votum religionis tale est, utpote quo homo se ipsum & omnia sua DEo consecrat in perpetuum, universalitate quadam tum actionum tum temporum, adeo ut hoc votum omnia reliqua vota eminenter in se complectatur, & in tale votum omnia vota antecedentia tam realia, quam personalia commutari possint. Leym. *d. tr.* 4 *c.* 8. *n.* 19. Excepta tamen societate Jesu. Si quis enim in seculo vovisset se in religione aliqua professionem editurum, cum tali Pater Generalis & Provincialis dispensare possunt, vel potius illud votum commutare in vota Jesuitarum simplicia, ita tamen, ut si ante professionem ex societate recesserit, votum illud prius in sua obligatione perseveret. *Id. ibid. n. ult.* Quod autem apostasiam ab ordine concernit, præsupponendum est, apud Canonistas ordinationem esse personæ Ecclesiasticæ consecrationem, per quam gratia & potestas obeundorum Ecclesiasticorum munerum transfertur. Ordinem vero definiunt, quod sit Sacramentum a Christo institutum, quo quibusdam ceremoniis & rebus traditur potestas spiritualis ordinando, conficiendi Eucharistiæ sacramentum, vel administrandi in ordine ad illud. Ordines vero sunt vel majores vel minores. In majoribus ordinibus sunt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ex quibus duo posteriores non sunt proprie Sacerdotes, sed tantum in sacris; duo priores sunt proprie sacer-

 do-

dotes, quia facramentum corporis & fanguinis Dominici conficere poffunt In minoribus ordinibus funt Acoluthi, Exorciftæ, Lectores, Oftiarii, & Pfalmiftæ, *can. cleros 1. dist. 1.* Pacius *isag. in decretal. l. 1. tit. 11. n. 4.* Ziegl. *ad Lancel. p. 140.* fecundum Concil. Trident. *sess. 23. c. 2.* funt feptem ordines, Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acoluthorum, Exorciftarum, Lectorum & Oftiariorum. Sed dicta oftendunt, fub facertotibus comprehendi Epifcopos & Presbyteros. Statuunt autem Canoniftæ, ordinem effe facramentum, quod confertur potiffimum per impofitionem manuum ab Apoftolis præceptam. Lancel. *Inst. Iur. Can. l. 2 tit. 8. &. l. 1. tit. 10. § 5.* Etfi de Subdiaconatu non ita certum fit, an fit Sacramentum, & adhuc minus certum, an minores ordines ad Sacramentum pertineant, fed multi Canoniftæ exiftiment, Subdiaconatum ab Ecclefia inftitutum; ac ideo Sacramentum non effe, fed facramentale quoddam, idemque multo magis fentiant de minoribus ordinibus & hanc fententiam de minoribus ordinibus dicant effe probabiliffimam citati a Leymanno *l. 5. tr. 9. c. 4. n. 5.* Unde fimul ratio conftat, cur defertio minorum ordinum etiam non habeatur pro apoftafia feu crimine. Adde, quod ordo a Canoniftis referatur inter Sacramenta, quæ iterari non poffunt, quia characterem indelebilem imprimunt; Horum enim tria ftatuunt; Baptismum, Confirmationem & Ordinem. Character vero fecundum ipfos eft fignum fpirituale, à Deo folo animæ impreffum in fusceptione initerabilis Sacramenti, manens indelebiliter de lege communi. Lancel. *Inst. l. 2. tit. 2. §. 4.* ibique Zieglerus. Ergo non mirum, quod Canoniftæ defertionem ordinis Ecclefiaftici, ejusque permutationem cum ftatu feculari, confiderent tanquam apoftafiam à facramneto, & facrilegam intentionem delendi characterem indelebilem. Vid. *d. differt. de defertione ord. Eccles. §. 5. 6.* De altera quæftione latius differui *ibid. §. 10. & seq.* Summa eo redit: Theologos & ICtos noftros neque defertionem ordinis pro crimine Apoftafiæ habere, neque votis monafticis obligationem tribuere, neque facramentum ordinis agnofcere, neque characterem indelebilem; neque ftatuere, impofitionem manuum in ordinatione effe ex præcepto

Quid de hac affertione ex principiis doctrinæ Evangelicorum ftatui debeat?

to divino; propterea tamen non inferendum esse, quod a Doctoribus protestantibus desertio ministerii habeatur pro re licita, imo à quibusdam videri eam inter species criminis apostasiæ expresse referri. Item licentiam desertionis ministerii impugnari posse ex doctrina nostratium de obligatione votorum; ac præterea a Schiltero asseri, ordinationem producere obligationem in perpetuum, & characterem indelebilem ab eo non improbari. Tum adductis sententiis specialibus quorundam nostratium Theologorum, Pauli Tarnovii, Facultatis Theologicæ Ienensis, Dannhaueri &c. proposui sententiam meam distinctis positionibus. 1) Desertionem ministerii non esse crimen. 2) Sed tamen rem parum honestam, si fiat absque justis causis. 3) Et parum decoram, si fiat absque præscitu eorum, quorum interest, & maxime superiorum. 4) Consensus tamen impetrationem præcise necessariam non esse. 5) Iustas causas relinquendas esse pudori & conscientiæ deserentis. 6) Idem dicendum intuitu status & officii secularis, ad quod transire vult deserens ministerium. Denique respondi ad dubium de obligatione votorum apud Evangelicos, & exinde deductam doctrinam Schilteri. Ad præsentem scopum pertinet potissimum ostensio doctrinæ, quod hæc desertio non sit crimen. Vnde eam cape ex *dictæ dissertationis* §. 25. *Sit igitur positio. 1.* Desertio ministerii Ecclesiastici non est crimen, sed actio licita, i. e. impunis. *Docet id experientia, & fatetur idem supra* §. 19. *satis clare Paulus Tarnovius, nec reliqui quos* §. 20. seq. *excerpsimus, contradicunt. Tantum illud dubium removendum est, quomodo ea, quæ* §. 16. *exhibuimus ex B. Brunnemanno, concilientur cum reliquis. Sane enim, si desertio ministerii est species criminis apostasiæ, erit utique crimen. Sed ad ista quidem non est difficilis responsio. Etsi tractatus B. Brunnemanni fuerit ab eodem in usum Ecclesiarum Evangelicarum & Consistoriorum concinnatus, fuit tamen tractatus posthumus, ubi non licuit JCto summo omnia capita æquali diligentia ad principia doctrinæ Evangelicæ examinare, uti quidem cum magna cura & studio in multis fecit capitibus, ubi reliquias multas fermenti Canonistarum, quod in nostra Consistoria, vitio*

s) *can. infames 6. q. 1. gl. in c. 1. de temp. ord. in 6.*

tas autem sacri Canones tam inter infames s) deputant,

magis seculi, quam personarum singularum, intravit, magno cum judicio subinde ostendit, & emendationem pie ac graviter suadet. Sed in aliis quibusdam capitibus brevior est, & saltem doctrinam Juris Canonici excerpit, idque etiam certis verbis: Secundum Canonistas, *aut:* Canonistæ docent, *& similibus indicat. Imprimis vero in toto isto capite, quod de delictis agit, unde supra excerpsimus hanc objectionem, tales locutiones passim indicant beati viri mentem. Adeoque in his non putandum est, quod voluerit doctrinis aliorum Theologorum, & JCtorum Evangelicorum, abusus Juris Canonici observantium, contradicere. Etsi vero gravitas negotiorum vel aliæ causæ ipsi non permiserint, ut in omnibus capitibus Juris Canonici suspectis, aut emendatione indigentibus, fusius id expedire potuerit, solet tamen quandoque duobus verbis sententiam veram aut emendatricem, si accuratius ejus sensum rimeris, non obscure indicare. Atque huc merito refero in loco supra §. 16. excerpto hæc pauca ejus verba:* Apostata ordinis, *inquit,* amittit beneficium. *An nihil amplius patitur? Sane supra §. 4. fuit ostensum, Jure Canonico apostasiam ordinis non saltem puniri amissione beneficiorum, (quæ etiam ut infra videbimus, non est pœna proprie dicta) sed insuper excommunicatione, infamia, incarceratione & aliis pœnis proprie dictis. An hæc ignota fuisse putas Viro in Jure Canonico pariter ac Civili versatissimo? Minime. Sed haud dubie in illis verbis paucis respexit ad usum Ecclesiarum nostrarum, quæ ideo, quia apostasiam ordinis non habent pro crimine vero, nec etiam istas pœnas adhibere solent, sed contentæ sunt sola amissione privilegiorum, tanquam ex natura desertionis voluntariæ profluente, eamque insequente.* T.

tant, (225) quam etiam excommunicationis & aliarum pœnarum vinculis innodandos esse præcipiunt. (226)

DE

(225) I. Pœna hæc civilis est, non Ecclesiastica, & exhinc dubitare licet, utrum Pontificibus, qua talibus, istiusmodi pœnam statuere conveniat. Christiani autem veteres apostatas ita plectebant, ut e congregationibus suis expulsos hostium numero haberent. Quorum in numero erant non tantum qui ob id, quod metu suppliciorum idolis sacrificassent, sacrificati, vel quod thus incendissent, thurificati dicebantur, sed etiam, qui per libellos idololatriæ subscribebant, quos libellaticos vocabant. His non nisi exorata pace redire licitum erat. Ut autem reciperentur in Ecclesiam, solebant a martyribus & Confessoribus in carcere constitutis libellum extorquere deprecatorium, per quem in fidelium cœtum admitterentur. Vid. Crispin. *in l. 3. C. de apostat.* Cæterum duplex genus libellaticorum observat Gabriel Albaspinæus *l. 1. Obs. 21.* alterum eorum, qui in carcere constituti pœnas, quæ de Christianis sumebantur, quoquo modo effugere, quam subire malebant, & ut id consequerentur, libello affirmabant, se neque esse, neque Christianos fuisse. Eorum alterum, qui ubi pecunia judicis animum tentari atque commoveri posse sentiebant, mox Christianos se esse non dubitabant fateri, & ob hanc causam sibi non licere idolis sacrificare, rogare, ne vi neve tormentis ad id faciendum inducerentur, pecuniam, ut libellum obtinerent, quo sese imposterum in libertatem vendicarent, libenter offerre, &c. Sed hæc obiter. Z.

Contra pœnam infamiæ. Mores veterum Christianorum contra apostatas.

II. Non debebat hos mores Christianorum veterum procedendi cum Apostatis absque nota vel monito dimittere. Unde cum id facere neglexerit supplendus est hic defectus ex supra notatis ad libri 2. titulum de pœnitentiis & remissionibus *not. 181. sect. 2. p. 685.* T.

Monitum circa istos mores.

Iterum contra pœnam infamiæ.

III. Infamiæ pœna non magis quam pœna sanguinis potest infligi per leges Ecclesiasticas, sed tantum per Civiles: Nam juxta ICtos vita & fama pari passu ambulant: quod quidem verum est ex parte pœnarum infligendarum; non tamen ex parte vel injuriæ illatæ, vel defensionis necessariæ pro utraque suscipiendæ, servato etiam moderamine inculpatæ tutelæ. Iam autem ut lex Ecclesiastica mortis pœnam nequit infligere, ita etiam nec infamiæ. Hoc autem nomine solent Pontificii infamare eos e suis, qui abjecto cucullo ad vitam secularem revertuntur. Imo totus vere titulus *extra de Apost.* vix de alia est Apostasia quam de ista. M *p.239.*

Hæretificium esse verum crimen, & hæretifices graviter puniendos.

(226) Non contentus in disputatione an hæresis sit crimen, hæresin à nota criminis liberare, tentavi etiam defendere, non hæresin sed hæretificium esse verum crimen. Ita enim dixeram §. 8 *p.24.* O. *Addenda sunt in loco Paulino de hæreticis etiam præcedentia. Præcesserat autem de quæstionibus legalibus, & pugnis ac contentionibus de genealogiis, quod ostendit, Paulum loqui de errante in controversiis fidei intellectualibus.* C. *Ista vero ostensio nil infert. Præterquam enim, quod dubium sit, an istud monitum de fugiendo hæretico continuet monitum præcedens de omittendis stultis quæstionibus, an vero ibi novum caput inchoetur; quomodo Apostolus, quas tu controversias fidei dicis, posset appellare quæstiones stultas, inutiles ac supervacaneas? uti appellat. Cur non aperte nominaret errantem, sed taxaret moventem & rixantem? uti taxat. Vereor ergo, ut, si Apostolus etiam in præcedenti versiculo loquatur de hæretico, orthodoxia tua multum lucratura sit.* O. *Cur vero?* C. *Quia tum hæreticus foret, non qui errat in quæstionibus & controversiis, & pacifice errat, sed qui controversias movet, qui de iis contendit, pugnat, rixatur, dissentientes damnat, ac quæstiones plerumque inutiles, & supervacaneas, aliquando & stultas, ac impias venditat pro controversiis ad fidem salvificam pertinentibus.* O. *Sentio, quorsum tendas. At hoc pacto magna fieret confusio nominum. Ita enim hæreticus foret quem nos orthodoxum dicimus, ita qui hæreticos facit, esset hæreticus.*

cus. *C. Quid id ad me? Non major hæc confusio foret, quam ea, quam supra tetigi, qua fidem cordis fecistis ens intellectus. Et ergo hic orthodoxia communis in culpa foret confusionis illius, non scriptura. Ut taceam, non implicare, esse aliquem simul hæreticum & hæretificem. Uti enim genuini Christiani indissolubilis character est amor & tolerantia dissentientium, ita omnis hæreticus est in meo systemate Hæretifex, ac odio dissentientium repletus, uti & in meo systemate non hæresis, quam vos dicitis, sed hæretificium est crimen. Apposite ad rem præsentem Lutherus, dum hæreticos, contra quos Judas scribit, τοὺς ἀποδιορίζοντες, vocat:* die da Rotten machen / *quod idem est, ac si dixisset:* die Ketzer machen. Valde irritavit ea doctrina ex nostratibus non paucos, qui characterem vel Christianismi vel zeli divini & valde Theologici quærunt in hæretificio. Postea deprehendi, jam ante me idem docuisse Zieglerum *in tractatu de Episc.* ut jam supra *nota 183. ad libr. 1.* potissimum vero *p. 162.* ostendi, etsi non ita perspicue mentem suam expresserit. B. Titius *d. lib. 9. c. 15. §. ult.* idem mecum statuit, nisi quod loco hæretificii usurpet nomen dominatus conscientiarum. *Atque*, inquit, *ex hactenus dictis apparet, unum adhuc esse delictum, quod homines merito punire deberent, nempe dominatum conscientiarum, quo dissentientes subtractione commodorum, vel positiva coactione, ad religionem adiguntur, ac reluctantes, gravibus pœnis afficiuntur; nam hoc delictum punibile esse, ex eo liquet, quod, sub specie religionis, alios homines lædat, ac societatem humanam graviter turbet. Sed uti alia vitia sæpe virtutum nomina assumunt, ita hoc etiam sub pietatis larva, passim imperium obtinet, ac extra pœnarum metum constitutum est.* Eandem veritatem gustarunt & alii. Autor *des dissertations historiques sur divers sujets in præfatione p. 2.* "Je ne parle point ici de l'esprit de persecution, la plus funeste & la plus capitale de toutes les heresies„ Ibidem *p. 272.* "Ils ignoroient, sans doute, que le Christianisme d'Occident etoit corrompu depuis long temps par l'heresie de la persecution.„ Eodem spectant, quæ idem Autor alibi, ni-

mi-

mirum *dans les Entretiens de divers sujets p. 274. seq.* de non persequendis sive hæreticis, sive etiam Atheis differit. "Ce sont, inquit, les seules précautions que la charité permet aux Chrétiens, contre le débordement de l' Athéisme & de l'Irreligion. Quelque dommage, que ces pernicieux sentimens puissent causer dans le Monde, il n' est jamais permis d' invoquer le secours du Magistrat, & de livrer l' Athée, de quelque nature qu' il puisse être, au bras seculier. Cette horrible maniére d' agir est capable de porter les ignorans à croire que les raisons n' ont pas assez de force, puis qu' on est obligé d' en venir à des executions sanglantes. Si l' impiété est mêlée de crimes & de blasphémes, les Theologiens doivent laisser agir le Magistrat, & ils rendent leur caractére odieux, lors qu' ils demandent la mort de ceux qu' ils n' ont pas pû convaincre par leur raisons. Il n' y a qu' une maniére permise de persecuter les hérétiques, les impies & les Athées. Il faut leur opposer de bonnes raisons, les convaincre d' erreur ou d' ignorance, mettre au jour leurs Sophismes & leur mauvaise foi, & ne faire paroître aucune aigreur, qui donne lieu de soupçonner, que par malice ou par foiblesse on fait de ses intérêts, les intérêts de Dieu; semblables à ces malhereux Inquisiteurs, qui envoient les nouveaux Chrétiens au suplice, pour avoir part à leur dépouille & à la confiscation de leurs biens. Si l' on souscrit au suplice des Athées il faudra nécessairement aprouver celui des prétendus esprits forts, & des Libertins, & l' on aura une voie abregée pour dépeupler le Monde en peu de tems. Les accusations d' Atheisme deviendront encore plus communes qu' elles ne sont; chacun sera bien aise d' avoir en main de quoi se venger de son ennemi: L' Orthodoxe accusera l' Héretique d' Athéïsme, & l' Héretique à son tour, dans les lieux, où il sera le plus fort, retorquera l' accusation contre l' Orthodoxe. Les preuves ne manqueront point; & comment manqueroient-elles lors que les passions, une fois animées, fournissent à l' esprit mille consequences, qui ne se présentent jamais quand on agit de sang froid? Il ne faut pas qu' un Chrétien parle de suplices, lorsqu' il n' est question que de refuter

DE SORTILEGIS, MALEDICIS ET SACRILEGIS.

TITULUS V.

Inquisitor hæreticæ pravitatis non potest procedere contra sortilegos, nisi sortilegium expresse contineat hæresim.

§. I.

SCiendum est, hæreticæ pestis inquisitores (227) de di-

ter des opinions. L' Atheisme est un grand mal: c' est un crime qui s' attaque directement à Dieu, & qui peut en plusieurs cas être fort nuisible à la Societé: mais il n' y a rien là, qu' on ne puisse dire également de l' Idolatrie; & de la Superstition. A Dieu ne plaise que j' entreprenne ici de renouveller une dispute, qui ne fait que de cesser, je veux dire celle, qui rouloit, il y a quelque tems, sur la comparaison, que l' on faisoit pour les mœurs entre les Superstitieux & les Athées. Je n' entrerai point dans l' examen de ce qu' on a dit de part & d' autre: je ne prendrai même aucun parti: mais j' oserois presque assurer que si la dispute étoit de nature à être vuidée par les faits l' avantage se trouveroit en beaucoup d' occasions du coté de l' Atheisme.„ Confer eundem *ibidem p. 427. seq.* T.

TIT. V.

ad §. 1.

(227) I. Inquisitio Hispanica magis tortoribus, lictoribus & carnificibus, quam Ecclesiæ Doctoribus convenit, & propterea plerisque gentibus maxime execranda visa fuit. Ab intitio quidem E- *Origo & crudelitas inquisitionis.*

R (11) pi-

piſcopis & diœceſanis id muneris competebat, ut Eccleſias ſuas ab hæreſium labe cuſtodirent, & ſi quis forte infectus eſſet, de eo per audientiam inquirerent. Sed primus Innocentius III. Papa delegatæ inquiſitionis officium inſtituit, ad Epiſcoporum ſcilicet nolentium aliis negociis præferre fidei negocia, ſupplendam negligentiam. Conſtituit enim ab initio Rainerium quendam & Gvidonem ſuos Commiſſarios, ad capiendos eos, qui Romanæ Eccleſiæ refugiebant magiſterium. Poſtea id officium in Galliis Dominico fuit commiſſum, cumque hactenus nullus certus ordo fuiſſet, cui propoſitum principaliter foret hæreticos profligare, Dominicus adverſus hos ordinem ſuum conſtituit, cui foret præcipua cura illos retundere & perdere, Acceſſerunt deinceps Fratres minores ab Franciſco familiam ducentes, quibus ſimiliter a Pontifice data fuit provincia, ut in hæreticorum oppugnationem ubique locorum omni cogitatione curaque incumberent. Vid. Jacob. Uſſerius *de Chriſtianar. Eccleſ. ſucceſſ. & ſtat. c. 9.* Sic igitur inſtitutum a Pontificibus, & multis privilegiis exornatum fuit peculiare, ut vocant, officium inquiſitionis, bonis omnibus, qui religionis naturam & indolem perſpexerunt, tremendum; & ut eo magis terror incuti poſſet, conceſſum fuit Inquiſitoribus tam ad defenſionem propriæ perſonæ & familiæ, quam ad hæreticos capiendos & continendos in officio, habere miniſtros armatos. Aug. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 1. c. 39. §. 3. n. 27.* In quibusdam territoriis ſoli de delictis fidem & religionem concernentibus cognoſcunt, excluſo ordinario loci, cujus reſpectu illi privative conceſſam habent jurisdictionem. Thom. Hurtad. *tr. 4. reſol. 10. n. 98. ſeq.* Z.

Monita circa eam

II. Obſervatio hæc de origine & crudelitate inquiſitionis & inquiſitorum hæreticæ pravitatis ad titulum præcedentem pertinet, et iam ſuperius latius de utroque capite fuit actum de priore *not. 159.* de poſteriore *not. 215.* Non tamen putandum eſt, dum Zieglerus hic dicit Innocentium III. inſtituiſſe officium inquiſitionis ad Epiſcoporum ſupplendam negligentiam, cum ab initio Epiſcopis incubuerit de hæreſi per audientiam inquirere, inquiſitionem & proceſſum inquiſitorium eſſe antiquiorem Innocentio III. cum alibi

An Epiſcopi ante Innocentium III. proceſſu inquiſitorio adverſus

divinationibus, & sortilegiis, (228) nisi hæresim (229)

---

alibi docuerim, *in dissert. de orig. processus inquisitorii* §. 1. §. 3. *lit.* q. §. 17. §. 20. *lit.* x. & §. 41. non omnem inquisitionem esse processum inquisitorium, ut taceam, obscurum esse, quid sit, per Episcopalem audientiam inquirere, & latere hic petitionem principii. Non enim reperitur in titulo Codicis *de Episc. audient.* quod Episcopalis audientia inferat potestatem, aliquid circa processum accusatorium, tum unice receptum, mutandi. Gravior est illa objectio, quod jam seculo 8. Bonifacius Germanorum Apostolus à Pontifice inquisitor hæreticæ pravitatis constitutus, multos hæreticos igni tradiderit comburendos; si modo autor, qui id asseruit, (scil. Iohannes de Polda *in Chronicis Ecclesiæ Hamelensis*) non post Innocentii III. tempora demum vixisset, & non absque judicio res gestas in seculis antiquioribus sibi imaginatus esset secundum mores suorum temporum. Unde majori jure illud assertum negare licebit, cum de eo sileant scriptores fide digniores, gesta Bonifacii explicantes, ut Sagittarius *in antiq. gentil. & Christian. Thuring. libr* 2. & 3. inprimis cum idem *d. l. 2. c. 5. p. 137.* notaverit, tradita Chronicorum Thuringiacorum, quod Bonifacius Thuringos armata manu ad fidem Christianam perduxerit, esse putidissimam fabulam nec dignam ut refutetur. Ut taceam, Iohannem de Polda etiam ab aliis jam notatum esse, quod in gestis Bonifacii non ubique verosimilia attulerit. Eadem est responsio si quis ex Torreblanca *de magia l. 3. c. 13. n. 24. p. 419.* objicere velit, seculo 9. anno 844. tempore Ramiri regis magos in Hispania igne esse crematos; aut ex Annalibus Corbejensibus, quod seculo 10. anno 914. multæ sagæ combustæ fuerint in territorio Corbejensi, ut jam animadvertit Illustr. Leibnizius *in introd. ad Tom. 2. Script. Brunsuic. n. 25. p. 27.* Conf. *disput. nostr. de orig. proc. inquis. contr. sag* §. 20. 21. 22. Cæterum de origine & progressu inquisitionis vide etiam quæ in compendio exhibet Hugo Grotius. *Annal. Belgic. lib. 1. p. m. 8. seq.* T.

hæreticos usque si fuerint?

An Bonifacius jam sec. 8. ut inquisitor hæreticos cremarit.

An sec. 9. & 10 jam sagæ combustæ fuerint?

(228) Desumptus est hic paragraphus ex constitutione Alexan.

Casus Pontifici propo-

ftus, ejusque occasio. xandri 4. *in capit. Accusatus §. sane 8. de hæret. in 6.* Præfuit hic Papa sedi post medium seculi 13. Ut vero sensus hujus constitutionis eo melius percipiatur, casus Pontifici propositus prius formandus ejusque occasio paulo altius repetenda est. Constat hodie, Iudæos inter multas absurdissimas de angelis doctrinas, etiam docere, quod Adamus initio cum succubo & Eva cum incubo concubuerit & quod Angeli Asa & Asael cum filialibus hominum gigantes generaverint; neque hæc traditio Iudæorum ita nova est, sed jam apud Josephum ejus vestigia reperiuntur. Unde & postea eam ex parte hauserunt & propagarunt auctoritate sua patres nonnulli ecclesiæ primitivæ. Deinde Platonici multa, præ reliquis Philosophis Græcis, de natura Dæmonum & corporibus eorum aereis, item conversationibus cum hominibus, &c. commenti sunt; quorum phantasmata quædam cum postea quidam ex Præcellentissimis Patrum Ecclesiæ, qui non raro Platonicam sectam nimis justo venerabantur, doctrinæ suæ immiscuissent, & hoc pacto occasio data fuit fabulæ de pactis Dæmonum cum sagis. Porro patres primitivæ ecclesiæ, ad excitandos alios ad vitam piam & sanctam, scribebant sæpius vitas sanctorum. His bona ex intentione, quamvis parum prudente, multas fabulas immiscebant, de apparitionibus & actis diabolicis tam cum sanctis, quam cum improbis. Hæ vero vitæ sanctorum cum postea ab aliis viris piis, sed parum cautis, nimis commendarentur; insinuaverunt se etiam fabulæ tales; ut de earum falsitate nulla amplius suspicio remaneret. Melioris declarationis gratia liceat saltem adhuc pauca annotare de tribus Ecclesiæ patribus & olim & hodienum magnæ auctoritatis, Hieronymo, Augustino, Gregorio M. Hieronymum magnopere delectatum fuisse narratione ejusmodi fabularum, non solum vitæ Eremiturum, Pauli, Hilarionis, & Malchi, ab ipso editæ, docent; sed &, quæ de muliere septies icta, de sua flagellatione in visione facta ob studium Scriptorum ethnicorum & præcipue Ciceronis, alibi & magna quidem cum asseveratione narrat, abunde testantur. Magno Hieronymo major Augustinus, Platonicam philosophiam nimis æstimans, Dæmonibus quidem corpora tribuit; sed tamen fabulis Gentili-

Primus persuasionis de sagis ortus, partim ex Judaismo,

partim ex Platonismo,

partim ex fictionibus in vitis patrum,

Ad progressum referenda autoritas Hieronymi,

& Augustini,

tilium, de transmutatione sociorum Ulyssis, & Apuleji in bestias per artes magicas, plenam fidem non adhibet. Idem vero alibi docet, magnæ esse impudentiæ, si quis Faunos & incubos negare velit; cum ex historiis constet, Faunos & Sylvanos mulieribus cohabitasse: interim tamen dictum Genes. 6. non de angelis incubis, sed de filiis Sethi explicat. Porro statuit, figuras bestiarum phantasticas a Dæmonibus quandoque substitui hominibus, licet viventibus interim sensibus tamen gravius ac vehementius, quam somno jacentibus, obseratis. Fidem etiam habuit legibus XII. Tabb. pœnas in eos statuentibus, qui magicis artibus segetes ex agris dominorum in alios transferant. Pacta tamen Dæmonum frustra apud eum quæres. Gregorius M. Papa, exquisitissimus hypocrita & turpissimus adulator, quatuor libros dialogorum scripsit, de vita & miraculis patrum Italicorum, & de æternitate animarum, putidissimis fabulis repletos; in quibus uti superstitiones papisticæ diligenter inculcantur, ita & ex hoc nugarum thesauro postea sagifices passim historiolas de potestate Dæmonum depromere solent, quorum apparitiones sub specie corporea passim narrat; etsi tamen de pactis dæmonum cum hominibus nihil apud eum deprehendere potuerimus. Pergo ad noviora tempora. Initio seculi decimi tertii scripsit Gervasius Tilberiensis otia imperialia. Deprehendes in hoc opere, quod auctor crediderit dæmones incubos; item Faunos & satyros: dubitat tamen, an gigantes, de quibus in Genesi, generati fuerint per incubos; item quod crediderit, dæmones in pusilla, sed humana forma, opera servilia peragentes; item lamias, seu mulieres, quæ noctu domos momentaneo discursu penetrent, dolia, cantharos, & ollas perscrutentur, infantes ex cunis extrahant, luminaria accendant, & nonnunquam dormientes affligant; item conventum Lamiarum cum sui similibus in partibus transmarinis, & mutationes earum in feles, denique homines in lupos mutatos; &c. Eodem seculi decimi tertii initio Cæsarius Heisterbacensis scripsit libros XII. illustrium miraculorum & historiarum memorabilium. Hic narrat inter alia fabulam de juvene, qui circa finem seculi XII. vel initium XIII. a Diabolo, ipsi in forma cor-

item Gregorii M.

Scriptores seculi 13. Gervasius Tilberiensis.

Cæsarius Heisterbacensis.

corporea apparente, lapidem acceperit, ea virtute præditum, ut quamdiu eum in manibus teneret, de omnibus rebus subtilissime disputare potuerit; & aliam fabulam de clerico necromantiæ dedito, quem Dæmon corporaliter in infernum duxerat, ut ibi videret tormenta Landgravii Thuringiæ, qui multas possessiones ecclesiis abstulerat; similis est tertia, de adolescente nobili, pactum cum Diabolo faciente, ac creatorem abnegante, sed tamen matrem altissimi abnegare nolente; & quarta de juvene itidem pactum cum Diabolo faciente, & postquam mortuus esset, resuscitato, eum in finem, ut pœnitentiæ loco cruciatas susciperet. Habes igitur hic prima initia persuasionis de magia cum pacto cum Diabolo conjuncta: quamvis nullum sit dubium, illo initio cordatiores has fabellas risisse.

Auctor speculi saxonici. Circa medium seculi XIII. collectum est Speculum Saxonicum; in quo quidem legitur, quod magi ac sagæ debeant pœna ignis puniri: cæterum, uti nec processus inquisitorius contra sagas inde probari potest; ita nec exinde constat, quod illo tempore sagæ & magi de pacto & concubitu cum diabolo, & de conventu publico & solenni fuerint accusati.

Vincentius Bellovacensis. Vixit etiam illo tempore Vincentius Bellovacensis, qui magno labore specula quatuor conscripsit. In historiali, quicquid fabularum & nugarum reperire potuit, collegit; magicas artes tamen, alio plane in sensu intellexit, quam hodie sumuntur. Interim inter istas fabulas referuntur quædam, de mutatione hominum in lupos, de larvis, de juvene qui pactum cum diabolo faciens, abnegato Christo, Mariam tamen abnegare noluit, de centauro Paulo Eremitæ apparente, de diabolo sub specie fœminæ elegantis formæ monachum ad libidinem invitante, de Theophilo quodam contractum chirographarium cum diabolo faciente, & Christum ac ejus matrem abnegante, sed cui Maria chirographum restituit, &c.

Alexandro IV. proposita quæstio, an sortilegium ad hæresin referri debeat. Etsi vero hactenus inter hæresin & magiam aut sortilegium magna fuisset differentia, certe hactenus magia ad hæresin non fuisset relata; uti tamen ipsum hæreseos crimen est res mira & vix definitu possibilis: ita docet historia Ecclesiastica & ipsum jus Canonicum, quod inquisitores hæreticæ pravitatis ab Innocentio III. instituti, sub prætextu hæreseos

(229) saperent manifeste, sese intromittere non debere,

---

os etiam de crimine sortilegii indistincte cognoscere, & id ad forum inquisitionis trahere intenderint, contradicentibus tamen Laicis. Atque utrum recte id fiat, Papæ Alexandro 4. proposita fuit quæstio post medium seculi 13. Probationem hactenus dictorum & illustrationem quære *in notis ad* §. 25. *usque ad* 35. *in d. disp. de or. proc. inq. contra sagas.* T.

(229) I. Agnosce Astutiam Alexandri IV. Sortilegia & divinationes haud dubie non spectabant tum temporis ad hæresin per dicenda *ad* §. *seq.* ideoque pœna sortilegorum pertinebat ad magistratus civiles, ubi sortilegium inter crimina referebatur. Igitur præ se ferebat Papa, ac si jurisdictionem civilem & Politicam non vellet permittere turbari ab Ecclesiastica, adeoque definivit, inquisitores regulariter non debere cognoscere de sortilegiis & divinationibus. Cur ergo addidit limitationem: *nisi hæresin saperet manifeste.* Qui Pontifices novit, facile divinabit, id factum esse, non quod Pontifex crederet talem speciem sortilegii dari, quæ hæresin saperet, sed solum ut inquisitoribus ansam daret, fictionibus de magorum vel sagarum pactis & concubitu cum diabolo universum sortilegium ad crimen hæreseos trahendi, & ita per limitationem istam regulam destruendi. Unde maxime solliciti fuere Canonistæ ut regulas traderent, quando sortilegium sit crimen hæreseos? Johannes Andreæ commentator ad Speculatorem *in comment. ad lib. 4. part. 4. rubric. de sortilegis* adhuc circa medium seculi 14. valde anxius est in quæstione, quando magia sit hæresis vel minus, determinanda, & tacite conqueritur de Thoma Aquinate, qui paulo post medium seculi 13. florebat, quod tractet quidem de divinatione, quæ fiat per invocationem dæmonum, per quam invocans QUASI fœdus ineat cum dæmone &c. sed tamen non exprimat, an id sit hæreticum. Tentarunt equidem Inquisitores subsequentium

Astutia Papæ in constitutione de sortilegis.

Obscuritas assertionis, quando sortilegium sit crimen hæreseos.

tium temporum definire quaestionem illam, sed magis per exempla, quam per conceptus generales perspicuos. Ita Limborch (ex Eymerico) *lib. 3. cap. 20. p. 229. Sortilegi & divinatores distingui solent: Alii quippe sunt, qui mere ex arte divinandi agunt, quales sunt chiromantici & astrologi judiciarii; alii, qui sortilegia vel divinationes exercent cum aliquo dicto vel facto haereticali: ut si quis in sortilegio amatorio DEum abnegaret & Ecclesiae sacramenta; aut in sortilegio Ecclesiae sacramenta admisceret, aut etiam res, quas Theologi appellant sacramentales: veluti si imagines baptizent, puerum rebaptizent, vel tantum oleo sacro inungant, vel caput defuncti subfumigent, vel his similia faciant ad divinandum futura, vel cum candela & aqua benedicta ad detegendum furta. Quae omnia reddunt operantem suspectum: nisi enim is crederet talia sacramenta aut sacramentalia habere virtutem ad maleficiorum operationem, non adhibuisset illa. Unde Inquisitores hos de credulitate curabunt diligenter interrogandos, & si intentionem negent, torquebunt: quodsi eam non fateantur, ut vehementer suspecti abjurare debent.* Ita Glossator ad haec verba Lancelotti. *Sicut est circa aras idolorum, nefarias preces emittere, sacrificia offerre, daemones consulere, eorum responsa accipere 26. q. 2. cap. hi qui & quaest. 4. igitur, secus si quis non adoret Daemones, sed solum ad tentandam mulieris impudicitiam invocet, poculum amatorium misceat, hoc enim non sapit aliquod crimen haeresis, secundum Dom. Perus. & alios* in c. accusatus §. sane de haeret. in 6. *quia hoc est proprium diaboli tentare. Sed si associant sibi propter sortes exercendas haereticos vel faciunt praedicta cum corpore vel sanguine Christi, vel si ut in sortibus possint habere responsa puerum rebaptizent, tunc inquisitor procedere poterit, & de hac materia extat tractatus Pauli Chirlandi.* Id saltem nota, in his commentatorum locis nullam fieri mentionem sagarum & lamiarum aut magorum secundum hodiernum conceptum. T.

II.

re, (230) nec talia exercentes posse punire, sed eos suis debere judicibus puniendos relinquere, (231) cum nego- *c. accusatus §. sane de haeret. in 6.*

II. Ita hæreticale sortilegium dicunt, si quis invocet dæmones, aut etiam sine adoratione & exhibitione honoris eos consulat, item si quis rebaptizet puerum &c. Hodie autem longius progrediuntur Inquisitores, & non ea tantum sortilegia ad suum tribunal trahunt, quæ manifeste hæresin sapiunt, sed etiam, quæ tantum suspicionem aliquam præbent. Hinc enim admodum frequens in foro pontificio est disputatio de delictis generantibus suspicionem in fide, quam prolixe tradit Thomas Hurtado *toto tract. 5.* Z. *Hodie inquisitores non distinguunt.*

(230) Nec tum quidem, ut cognoscant, an sortilegium sapiat hæresin manifeste. Tiber. Decian. *tr. crim. l. 5. cap. 23. num. 9.* Z. *Extensio.*

(231) Ita jussit quidem Alexander IV. qui sedi præfuit ab anno 1254. ad annum 1261. Sed postea seculo 15. finiente Innocentius IIX. crimen sortilegii seu magiæ indistincte subjecit potestati Inquisitorum hæreticæ pravitatis. Occasio hujus mutationis ita se habet. Tempore constitutionis Alexandri IV. istas narratiunculas de pactis & apparitionibus Diaboli pro piis fraudibus fuisse habitas, plebem in devotione detinendi; non vero a JCtis pro fundamentis inquirendi contra magos fuisse venditatas, vel ex Speculatore, qui scripsit anno 1262. cognoscere licet. Hic, cum libellum contra sortilegos format, sortilegos sic describit: quod quis in tali civitate vel camera vel trivio dæmones invocaverit, furta in astrolabio vel per avium volatum inspexerit, & alia sortilegia fecerit. Imo Thomas Aquinas scholasticorum princeps, circa illa tempora florens (nimirum inter annum 1260. & 1270.) Canonistis non suffecit ad quæstionem enodandam, quando magia sit hæresis; tantum abest, ut pactum expressum diaboli cum sagis pro vero habue- *Historia eorum quæ secuta sunt constitutionem Alexandri IV. Speculator ignorat pacta diaboli cum sagis. Item Thomas Aquinas.*

gotium fidei, quod summe privilegiatum esse convenit,

buerit, probe videlicet gnarus, quem in finem istæ fabulæ in vitis Patrum & Legendis sanctorum fuerint efficiæ. Circa finem seculi 13. (claruit enim anno 1290.) Jacobus de Voragine edidit historiam Longobardorum, quæ vulgo legenda aurea vel speculum sanctorum vocatur; in quo scripto fabulæ præcedentes non solum repetitæ, sed & infinitis nugis & mendaciis auctæ sunt: ut adeo nullum sit dubium, quin & in isto opere multæ fabulæ de pactis dæmonum cum magis & sagis sint recensitæ. Pergimus ad seculum decimum quartum; ubi quidem deprehendimus Johanni XXII. Papæ tribui extravagantem epistolam decretalem de magia à quibusdam scriptoribus, (ut Torreblanca *de magia l. 2. c. 6. ab init.*) quam tamen hactenus reperire non potuimus. Interim Canonistas etiam circa medium seculi decimi quarti doctrinam de pactis expressis diaboli cum sagis nondum in doctrinam jurisprudentiæ recepisse, nec certi quid determinare ausos esse, quando magia sit hæresis vel non argumento est, quod Johannes Andreæ (qui scripsit circa annum 1342.) commentator Durandi seu Speculatoris nihil de tali pacto expresso memoret, nec quæstionem illam perspicue definiat. In Chronico Monasterii S. Petri in monte crucis ad Werram legitur; quod anno 1384. quidam murarius secundum pactum suum, quod cum diabolo fecerat, in die conversionis Pauli, mane in horto suo de piro suspensus, & subito totus niger factus fuerit cum magno fœtore. Sed totum hoc Chronicon nugis & mendaciis repletum esse, non diffitetur clarissimus editor Christ. Francisc. Paullini *in præfatione.* Circa finem seculi XIV. edidit Facultas Theologica Parisiensis determinationem, super quibusdam superstitionibus noviter exortis, (relatam a Bodino *post præfationem de magorum dæmanomania,* & à Wiero *circa finem libri ult. de præstigiis dæmonum*) quæ etsi tota videatur in favorem Inquisitorum esse facta, ut sub prætextu hæreseos, suspectos de magia ad forum suum trahere possent: non

Iacobi de Voragine Legenda aurea

Scriptores & acta sec. XIV. Iohannis XXII de magia decretalis.

Iohannis Andreæ doctrina de magia.

Pactum diaboli cum murario.

Determinatio Facult. Theol. Parif. anno 1398.

non tamen vel crediderunt fabulas de pactis expreſſis diaboli cum ſagis, vel certe verbis perſpicuis, quid de his pactis crederent, nondum proponere auſi ſunt.

Geſta ſec. XV. Fabula de ſecta Lamiarum & ſtrigum anno 1400. in Italia orta.

Initio ſeculi XV. nempe anno 1400. ſectam Lamiarum & ſtrigum in Italia ortam eſſe; ex Bernardo Comenſi, (qui ſcripſit anno 1584.) notat Limborch. De illis autem idem Bernardus memorat, quod in certis locis nocte ante diem Veneris convenerint, diabolo, in forma humana viſibili apparenti, abnegaverint in ejus manus fidem, baptiſma, Deum, & B. Virginem &c. Sed ipſe Bernardus Inquiſitor ne quidem de geſtis ſui temporis ſcribens ullam fidem meretur, tantum abeſt, ut de geſtis antiquiorum temporum eam prætendere poſſit.

Nideri Formicarium.

Circa tempora Conciliorum Conſtantienſis & Baſileenſis (intra annum 1410-1430.) vixit Johannes Nider Isnenſis, Dominicanus, Theologiæ Profeſſor apud Baſileenſes; qui in Formicario ſuo multas etiam fabellas de pactis diabolicis & concubitu cum ſagis, ac ſimiles nugas, bona quidem fide, ut vir valde ſimplex & credulus, narravit. Unde ſubſequentibus temporibus reliqui pleraque hauſerunt. Neque ipſe tamen diffiteri potuit, quod Inquiſitores illorum temporum in proceſſu contra ſagas ſæpius præcipitanter egerint.

Nicolai Iacquerii Flagellum hæreticorum faſcinariorum.

Cum igitur Inquiſitores hæreticæ pravitatis ſub prætextu novæ doctrinæ, quaſi magia ſit ſpecies hæreſeos, inciperent, de crimine hactenus ignorato multa inquirere, non defuerunt, qui reſiſterent huic inſtituto & abuſui inquiſitionum, viri cordati, quibus ſcriptum oppoſuit anno 1458. Nicolaus Jacquerius, ordinis Prædicatorum, ſub titulo: Flagellum hæreticorum faſcinariorum, in quo tamen argumentis plane inſufficientibus Inquiſitores hæreticæ pravitatis defendit.

Artes inquiſitorum in crimine magiæ anno 1460.

Quibus autem artibus Inquiſitores in crimen magiæ illo jam tempore uſi fuerint, vel ex uno exemplo diſci poteſt; quod refert Limborchius contigiſſe anno 1460. in Flandria & Arteſia. Scilicet, vel torquebant perſonas, falſo de pacto cum dæmone accuſatas tamdiu, donec omnia quæ Inquiſitores volebant confiterentur; vel promiſſa impunitate, tales confeſſiones ex miſeris eliciebant; & poſtea nihilominus cremabant tanquam nocentes.

Senſus Bullæ Sixti IV. an. 1474.

Quæ hactenus docuimus valde explicant ſenſum Epiſtolæ Sixti IV. Papæ

anno 1474. (quæ extat *cap. 2. de malef. & incantat. in septimo Decretal.*) in qua præcipit Vicario Generali Episcopi Bononiensis, ut Papam certiorem reddat; an verum sit, quod quidam Monachi disputando & prædicando in Civitate Bononiensi asseruerint: non esse hæreticum & a puritate fidei alienum, dæmonum exspectare responsa; & an ac quæ scandala adversus ipsius fidei puritatem exinde sint orta. Scilicet alii, etiam Monachi, docebant, Inquisitores hæreticæ pravitatis contra intentionem Pontificis extendisse potestatem suam ad crimen magiæ, cum tamen magia non sit species hæreseos: Inquisitores calumniabantur dissentientes, acsi docuissent, esse rem licitam, dæmonum exspectare responsa, & pro more rixatorum, multas consequentias & scandala ex doctrina illa periculosa deducebant. Papa artium monachalium gnarus prudenter egit, quod de circumstantiis rei gestæ distinctius voluerit informari.

Occasio & intentio Bullæ Innocentii IIX. anno 1484.

Cum igitur inter Laicos pariter & Clericos illo tempore de duobus potissimum capitibus disputaretur; 1. ratione facti, an magi & sagæ pacta inirent cum diabolo & cum eo concumberent, an conventus agerent, an a diabolo in bestias mutarentur &c. 2. ratione juris, an crimen magiæ relinquendum sit coercitioni Magistratus secularis, an vero pertineat solum ad Inquisitores hæreticæ pravitatis? & in his duabus quæstionibus pars superstitiosa Inquisitoribus favens, quotidie magis magisque cresceret, non diutius differendum putavit Innocentius IIX. quin definitione illarum controversiarum in favorem Inquisitorum facta, sub prætextu zeli divini, tyrannidem papalem, in Bulla peculiari (relata *in cap. 4 dicti septimi decret. eod. tit.*) anno 1484. stabiliret, in qua Henrico Institori inquisitori hæreticæ pravitatis in partibus Alemanniæ superioris, & Johanni Sprengero, inquisitori in partibus Rheni, potestatem dedit inquirendi in crimen magiæ, quod illo tempore ortum esse dicitur, iisque adjunxit quendam Johannem Gremper &c. Cum igitur hac epistola primitus introducta fuerit auctoritate Papali inquisitio in crimen magiæ, non inutile erit, ad ejus intellectum quædam annotare.

Ejus supplementa in Malleo Maleficarum.

I. Ipsa epistola Innocentii IIX. in septimo Decretalium non exhibetur integra, adeoque ea, quæ ibi

bi deficiunt supplenda erunt ex malleo maleficarum, ubi habes annum, quo scripta est, & concessam a Pontifice, Episcopo Argentinensi potestatem, ut omnes, qui Inquisitores in executione privilegii novi impedire velint, per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias etiam formidabiliores censuras & pœnas auctoritate papali coerceret. Subjungitur etiam clausula, qua derogatur quibuscunque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis. II. Astute Pontifex in ipsa Bulla fabulas de potestate sagarum ut indubias supponit, ne videlicet cogeretur respondere ad Canones in Decreto obstantes; sed ut metu pœnarum ecclesiasticarum, iis injecto, qui istis Canonibus contra inquisitores hactenus usi fuerant, ora obturaret. III. Nescio qua ratione factum fuerit, ut auctor summarii in septimo decretalium huic epistolæ Papali præscripti, illi inseruerit, quasi Papa damnaverit sortilegos, insontes puerulos devorantes. Etsi enim & tales fabulæ de devoratione infantum ab aliis inquisitoribus fuerint divulgatæ, nihil tamen de hoc facto legitur in ipsa epistola Innocentii IIX. IV. Neque extat etiam aliquid in Bulla Papali de pacto sagarum expresso cum dæmonibus, cum abnegatio fidei, quæ memoratur, fieri etiam potuerit absque tali pacto. Ergo vel Inquisitores nondum putarunt tempestivum esse, ut de hac fabula aliquid scriberetur ad Pontificem, vel Pontifex, si tale quid retulerunt, id astute dissimulavit. V. In verbis sequentibus Pontifex rejicit eorum opinionem, sive sint Clerici sive Laici, qui hactenus obstiterant Inquisitoribus, iisque imputaverant, quasi de facto se immiscerent jurisdictioni ad Laicos pertinenti; atque potestatem Inquisitorum primus ita ampliat, ut inposterum etiam de crimine magiæ; tanquam de indubitata specie criminis hæreseos, inquirere possint. VI. Cur vero in Germania primum Papa inquisitiones in crimen magiæ confirmavit, cum tamen illo tempore jam alibi de facto a Laicis pariter & Clericis sævitum fuerit in sagas? An, quod Papa tum in Germania ob motus continuos intrinsecos sibi magis obnoxios habuerit status Ecclesiasticos? Certe mox dicenda ostendent, subsequentibus demum temporibus in ipsa Italia, & quidem cum

Pontifex fabulas de potestate sagarum ut indubias supponit.

Error autoris summarii de sagis puerulos devorantibus.

Cur nihil ibi extet de pacto sagarum expresso.

Pontifex primus jubet, magiam quamvis habendam esse pro hæresi.

Cur primum in Germania Papa inquisitiones sagarum confirmaverit?

nit, per occupationes alias non debeat impediri. (232)

Qui sint sortilegi: & quod ab ecclesia sint omnino ejiciendi.

a) can. 1. 26. q. 1.

§. 2. Sunt autem *a)* sortilegi, (233) qui praetex-

---

cum majori resistentia potestatem hanc inquirendi in crimen magiæ hæreticæ pravitatis Inquisitoribus fuisse indultam. Explicationem & illustrationem hactenus dictorum vide in *notis ad §. 36. usque ad §. 54. disput. de orig. proc. inq. cont. sagas.* T.

Declaratio. (232) I. Interest enim Ecclesiæ Romanæ, ut vi & tyrannide papatus conservetur, qui facile concideret, si remissior foret inquisitorum crudelitas. Z.

Non adeo pertinens. II. Sed vereor ut hæc declaratio sit ad mentem Lancelotti aut Papæ, ut qui plane hic non agit de argumento potestatis inquisitoriæ, sed de ejus restrictione. T.

ad §. 2.

Sortilegi qui? (233) I. Si vocabulum hoc generaliter sumatur, omnes illi eo comprehenduntur, qui aliquid occultum inquirunt sive per protractionem punctorum, sive per considerationem figurarum, quæ proveniunt ex plumbo liquefacto in aquam projecto, sive ex quibusdam schedulis scriptis vel non scriptis in occulto repositis, vel etiam ex festucis inæqualibus propositis, quis majorem vel minorem accipiat, vel taxillorum projectione, quis plura puncta projiciat, vel etiam dum consideratur, quid aperienti librum occurrat. Petr. Binsfeld *in l. 3. C. de malef. & mathem. qu. 3.* Greg. Sayr. *in clav. reg. lib. 4. c. 5. n. 14.* Z.

Sortilegorum & magorum confusio. II. Hæc materia fuse admodum tractatur apud Eymericum & Pegnam illius Commentatorem, *p. 2. Directorii Inquisit. q. 40. p. 335. & seqq.* Videantur de his Wierus, Peucerus, Danæus, Bodinus, Delrio, & plures alii. Interea etsi mitius agatur cum

textu religionis per quasdam ſortes divinationis (234) ſcien-

cum iis qui has ſolas divinatorias vanitates profitentur, quam cum magis, Sagis & veneficis, qui pactum habent apertum cum Diabolo, & plerumque maleficii rei ſunt, tamen videntur ſubinde communi nomine Sortilegorum exprimi: etſi Canoniſtæ interdum Sortilegos & Divinatores a magis & invocantibus dæmonas diſtinguant. Interea ſortes divinatoriæ quæ prohibentur, cum diviſoriis quæ licitæ ſunt, confundi non debent: Quamvis *ſortis uſum in electionibus* Eccleſiaſticis, in perpetuum prohibuerit Honorius III. *cap. Eccleſia extra de Sortilegis.* M. *p.* 254.

(234) Dari magos, veneficos, ſortilegos, nemo dubitabit. Sed cum notum ſit ſub voce magorum & ſagarum hodienum communiter non ſolum apud Pontificios ſed etiam apud Proteſtantes intelligi homines qui cum diabolo pacta faciunt, vel cum eo concumbunt, & vero recta ratio doceat, perſuaſionem hanc eſſe tantum non ſenſui communi adverſam, inde tentavi jam anno 1701. ut in disputatione *de crimine magiæ* docerem, hanc ſententiam pertinere ad craſſiſſimas Papatus reliquias, nec tale crimen magiæ dari, adeoque proceſſus etiam noſtros adverſus tales magos ac ſagas magna emendatione habere opus. Cum vero ægre ferrent hoc qui fere per duo ſecula in Academiis, Cathedris, & judiciis Statuum Evangelicorum reliquias illas defenderant, & ſecundum eas pronunciaverant, ac iram inde conceptam variis ſcriptis magna iracundia repletis, ſed recta ratione vacuis, teſtarentur, non melius me facturum arbitratus ſum, quam ſi tentarem, utrum placida hiſtoria de ortu & progreſſu hujus fabulæ vel ruborem adverſariis meis excutere poſſem, vel certe illis, qui præjudicio autoritatis nondum erant immerſi, veritatem aſſerti mei quaſi palpandam exhibere valerem. Quare anno 1712. conſcripta diſſertatione *de orig. proc. inq. cont. ſagas* docui, diabolum, qui ſecundum COMMUNEM & PUBLICAM perſuaſionem cum magis aut ſagis expreſſum cum

Separatio ſortilegorum & magorum ac ſagarum pacta cum diabolo facientium cum eo concumbentium &c. Tale magiæ crimen non datur.

Sed demum ſeculo 15. notum eſt.

ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum

cum abnegatione fidei conjunctum pactum faceret, & cum illis vel ut incubus vel ut ſuccubus concumberet, & quem in ſolenni aliarum ſagarum conventu ſub ſpecie hœdi vel ſimili apparentem impudicis & turpiſſimis ritibus magi & ſagæ adorarent, demum ab Innocentio 8. anno 1484. fuiſſe in Iurisprudentiam productum, adeoque vix tertium ætatis ſuæ ſeculum ingreſſum. Hujus vero diſſertationis contenta quædam, cum jam *nota* 227. 228. & 231. excerpſerim, reſtat ut hic quæ reſtant exponam: 1) Illum diabolum ignorari a ſcriptura ſacra, a jure Iuſtinianeo, & ab ipſo jure, quo utimur Canonico &c. 2) Hujus diaboli fata a tempore nativitatis hucusque. Quod primum attinet, de tali diabolo & de talibus magis vel ſagis nihil extare in ſcriptura ſacra vel inde fortiſſimum argumentum ſumere licebit, quod ipſi primi Inquiſitores contra ſagas conſtituti, ubi de pacto ſagarum cum diabolo loquuntur, ſaltem obiter ex ſcriptura afferant, quod ſagæ pactum fecerint cum inferno & fœdus cum morte (*Eſ. c.28*) & quod Theologi ac ICti Pontificii communiter nullo alio argumento utantur pro adſtruendo pacto illo, quam iſto Eſaiæ dicto. Ad quod tamen multiplex eſt reſponſio. 1) Enim apud Eſaiam eſt locutio metaphorica, quæ proprie ne quidem de pacto tacito intelligi poteſt, tantum abeſt ut de expreſſo. 2) Thomas, ut infra videbimus, explicuit ſaltem de pacto tacito. 3) Dubium, an textus hebraicus ibi loquatur de inferno, annon potius de ſepulchro, ut contextus oſtendit. 4) Non magis pactum expreſſum cum diabolo inde probari poteſt, quam pactum expreſſum cum morte. Noviſſime tamen Torreblanca novo argumento utitur ex Scriptura S. unde probare vult dæmones cum hominibus libenter pacta inire, quia Chriſto Domino auſi fuerint pacti conditionem offerre. (Matth. *c.* 4) Etſi enim per id directo non probetur pactum diaboli cum ſagis; ſufficit tamen, quod exinde probetur diaboli in forma corporea apparentis deſiderium

Nihil de eo extat in ſcriptura ſacra.

rium pacta ineundi cum hominibus; cum de desiderio hominum improborum pacta ineundi cum diabolo a nemine, quod credam, dubitatum fuerit unquam; & experientia tantum non, proh dolor! quotidiana istud desiderium probet. Haberet utique illud argumentum magnum pondus, si modo hactenus sufficienter probatum fuisset, dæmonem in forma corporea salvatori apparuisse. Iam cum id nondum fuerit factum, liceat nobis cum Theologis quibusdam protestantibus tamdiu de ea expositione dubitare; inprimis cum hactenus a nostratibus pro articulo fidei non fuerit agnita. Porro in jure civili nihil legitur de sagis pacta cum diabolo facientibus, aut cum eo concumbentibus, aut conventus solennes agentibus. Sedes materiæ est in titulo de maleficis & Mathematicis, ex quo tamen ne ipse quidem Petrus Binsfeldius, magnus alias fabularum illarum defensor, argumentum aliquod desumere ausus est. Pergo ad jus canonicum. In decreto tantum abest, ut defensores erroris communis aliquid pro sua sententia inveniant, ut potius graviter ipsis obstent in quæstione quæ de sortilegio & sortilegis agit canones duo, alter ex concilio Anquirensi, alter ex Isidoro desumtus. Nimirum *can. Episc. 12. & can. Nec mirum 14. C. 26. q. 5.* ubi notentur *in can. Episcopi 12.* inprimis verba *quod qui talia & hic similia credit, fidem perdidit.* Meretur canon ut totus perlegatur. Et in eo refutando valde se torquent sagifices. In decretalibus Gregorii IX. nullus titulus de sagis aut veneficis, sed saltem de sortilegiis. Sed ibi nihil de pacto aut concubitu diaboli cum sagis, aut de sagarum conventu. Quæ hactenus de jure civili & canonico diximus, valde illustrantur ex loco insigni Erasmi Roterodami, ubi postquam narraverat quandam relationem de mago quodam horrendis solennitatibus diabolum conjurante, miratur, unde hoc novum criminis genus, juri civili & canonico incognitum, novissimis demum temporibus ortum fuerit. Ita enim loquitur *in Epist. 91.* anno 1500. scripta (sec. noviss. edit. Epist Erasmi) *p. 82. seq. Quod tandem huic monstro vocabulum indemus? Nam Chaldæorum genethliacorum, mathematicorum, maleficorum, Pythonicorum, divinorum, haruspicum, augurum, ariolorum, necromanticorum,*

Nibil in jure civili.

Nibil in jure canonico.

Quod & jam suo tempore Erasmus notavit.

geomanticorum, sortilegorum, incantatorum, uti levia nomina nihil etiam ad hujus sceleris atrocitatem facere mihi videntur -- Et manium quidem consultores hebraeorum leges capitali supplicio damnant; imperatoriae vero haruspicum & augurum superstitionem & atrocissimis verbis insectantur -- & ipsos ultori gladio. incendio -- addicunt --: id quod apparet in codice titulo de maleficis ex mathematicis, ubi & glossema vere, ut Accursiani loquuntur isti, notabile, sed atro carbone notandum: quippe quod haruspicem pro monumentorum & avium observatore nimis ridicule interpretatur, tum sacerdotem pro necromantices doctore exponit; & item alia quaedam, nescio magisne barbare an inerudite, omnino tamen deridicule: quae mihi tamen neutiquam sunt nova, cum toto digesto istiusmodi portenta ita passim occurrunt, ut assueto mihi ne risum quidem jam moveant, nedum stomachum. Sed ad rem. Decreta vero pontificia, & item epistolae, quas decretales vocant, ubi de sortilegiis & id genus damnatis superstitionibus meminerunt, hujusmodi maleficium ne verbo quidem attingunt; sive, quod ea seculi ne suspicionem quidem tantae iniquitatis habuerunt; sive quod, qui ea literis prodiderunt, mortalium auribus parcendum esse putarunt. Neque de pacto & concubitu diaboli cum sagis extat aliquid in legibus veterum Francorum; quin potius & apud hos persuasio hodie communis pro maxime haeretica, vel pagana, & capitali poena punienda, fuit habita. Huc pertinet capitulatio de partibus Saxoniae *cap. 6. (apud Baluz. Tom. 1. f. 251. seq) Si quis a Diabolo deceptus crediderit secundum morem paganorum, virum aliquem aut foeminam strigem esse, & homines comedere, & propter hoc ipsam incenderit, vel carnem ejus ad commedendum dederit, vel ipsam commederit, capitis sententia punietur.* Adde *Karolomanni Capitulare secundum anno 743.* & annexum ibi *indiculum superstitionum & paganiarum (ap.* Baluz. Tom. I. Fol. 151) ubi inter alia inter paganias heydnische Aberglauben refertur *n. 12. de incantationibus, n. 13. de auguriis, vel avium vel equorum vel boum stercore vel sternutatione, n. 14. de divinis*

Nihil in legibus veterum Francorum.

vel

vel sortilegis, &c. Item *n.30.* de eo quod credunt, *quia fœminæ lunam commendent*, quod possint *corda hominum tollere* juxta paganos. Et quamvis in Lege Salica videatur plane contrarium esse receptum de potentia strigarum, adeoque communis doctrina de eadem in lege Salica jam fuisse confirmata: id tamen hactenus dictis minime obstare potest, quia lex Salica diu ante fuit condita, quam Franci ad Christianismum se converterent; unde & frustra in ea testimonium quærit Bodinus, de *mag. dæmon. l. 2. c. 4. p. 293.* Verba capituli 67. in lege Salica ad quod hic respicio, sunt sequentia. *Si quis alterum bereburgium clamaverit, hoc est strioportium, aut qui æneum portare dicitur, ubi striæ concinunt, & convincere non potuerit, 2500. denariis -- culpabilis judicetur. Si quis mulierem ingenuam striam clamaverit, aut meretricem, & convincere non potuerit, 7500. denariis -- culpabilis judicetur. Si stria hominem comederit, & convicta fuerit, 8000. denariis culpabilis judicetur.* Interim ex istis legibus ut & ex libello Agoberti, Episcopi Lugdunensis, & iis quæ inde excerpsit Naudæus *Apol. pro iis qui falso de magia suspecti fuerunt c. 7. p. 85. edit. Paris*, apparet, istas superstitiones ex paganismo ortas, tam firmiter inhæsisse animis populi, ut vix adhortationibus doctorum & legibus pœnalibus inde tolli potuerint. Imo adhuc seculo duodecimo, apud eruditum, pro moribus illorum temporum, Iohannem Sarisberiensem Episcopum Carnotensem, nulla mentio pactorum diabolicorum & reliquarum nugarum. Quin potius ex eo videre licet, quod illis temporibus ne quidem tanta potestas nocendi veneficis fuerit adscripta a sagacioribus, quanta ea hodie esse creditur. Sic enim Sarisberiensis de nug. curial. *l. 1. c. 12. p. m. 37. in fine. Horum* (incantatorum) *vero malitia etiam cum plurimum nocent, artificio levi dissolvitur, si videlicet, qui suspecti sunt, conventi ab aliquo crimen suum inficientur* (subintelligo, quod in casu hujus inficiationis incantatio omnem effectum suum sponte perdat,) *aut, si confessi fuerint, cogantur maleficium revocare.* Ut vero ex hactenus dictis patet, persuasionem publicam, de pactis & concubitu diaboli cum Sagis, de sagarum conventu, de transmutatione

Respondetur ad capitulum ex Lege Salica.

Illustantur dicta ex loco Agoberti.

Et Iohannis Sarisberiensis.

Origo processus inquisitorii contra sagas

post tempora Innocentii quærenda. earum in bestias, &c. ante processum inquisitorium ab Innocentio III. initio seculi decimi tertii introductum, animis doctorum & magistratuum se nequaquam insinuasse; sed potius fidem talium nugarum pro crimine fuisse habitam; ita porro recta ratio ostendit, originem processus inquisitorii contra sagas in novioribus adhuc quærendam esse temporibus; partim quia est species processus inquisitorii, partim quia auctores Mallei maleficarum aperte docuerunt, hæresin maleficarum illorum tempore fuisse insolitam speciem hæreticæ pravitatis &c. Reliqua vide in notis *ad* §. *6. usque ad 18. d. differt.* Originem vero ipsam jam excerpsi *nota 231.* Quod secundum caput de fatis processus inquisitorii contra sagas attinet, de iis sic disserui ibidem §. *55. seq.* (omissis tamen notis exinde supplendis.)

Notabilia de confirmatione Maximil. I. hujus Bullæ. Initio in ipsa etiam Germania variis artibus fuisse opus, ut ista constitutio Papalis in effectum deduceretur, mihi firmiter persuadeo per ea, quæ in Malleo maleficarum *Tom. I. p. 692.* leguntur de tuitione hujus Bullæ a Maximiliano I. suscepta. Cur enim in instrumento Notarii non refertur integra constitutio Maximiliani? Cur Bullam Papalem non confirmavit Fridericus III. Imperator, sed Maximilianus Rex Romanorum? Cur statim primo post electionem anno? Cur Bruxellis? &c.

Gesta Auctorum Mallei maleficarum & Magistrorum nostrorum Colonensium. Sed nec ipsa hæc confirmatio Regis Romanorum multum profuit Inquisitoribus, ut idem instrumentum Notarii docet. Ergo ipsi Inquisitores Henricus Institoris & Jacobus Sprenger conscripserunt Malleum Maleficarum. Et cum ipsi facile sentirent, eum librum non magnum habiturum esse pondus, impetrarunt anno 1487. approbationem Magistrorum nostrorum Colonensium. Quin & articulos quatuor doctrinæ adversariorum oppositos conceperunt, eosque pariter a Professoribus Theologiæ Coloniensibus approbari curarunt, & desuper instrumentum Notarii confici.

Judicium de ipso Malleo. Ipse vero Malleus Maleficarum ita elaboratus est, ut in singulis paginis appareant confusissima disputatio, ignoratio elenchi, & infinitæ sophisticationes. Nihil enim continet, quam meram contradictionem, per exempla ex formicario Nideri repetita, aut ex fide aliorum Inquisitorum relata confirmata; quibus etiam solis, imprimis in quæstione de pacto dæmonum cum sagis, respondent ad objectum

jectum

jectum textum ex decreto, illis nugis graviter obstantem. Quemadmodum autem errores crassissimi, si sanctio pœnalis accedat, brevi tempore sensibilia incrementa sumunt, & per ejusmodi sanctiones defensores veritatis terrentur; ita etiam tum factum est, ut metu excommunicationis, & ne ipsi ut magi tractarentur, destiterint cautiores publice huic fraudi & deceptioni resistere, & saltem occulte & insensibiliter ineptias illas Inquisitorum impugnarunt. Huc refero scripta duo, Ulrici Molitoris, & Trithemii. Videamus jam quomodo ex Germania in Italiam transierit persuasio de crimine magiæ. Equidem autores Mallei Maleficarum mentionem faciunt Inquisitorum Lombardensium & Cumanorum, quorum hi jam anno 1485. plus quam 40. sagas comburi curaverint. Sed id tum quidem de facto tentatum ab Inquisitoribus. Etenim demum post illud tempus Alexander VI. sentiens Bullam Innocentii IIX. in Germania non caruisse effectu, sed superstitionem de potestate sagarum jam ibi incepisse altas radices agere in animis etiam cautiorum; ad Inquisitorem hæreticæ pravitatis per Lombardiam mandata dedit, ut & ipse in magos utriusque sexus inquireret. Sed tamen paulo difficiliorem successum hujus bullæ in Italia, quam in Germania bullæ Innocentii IIX. fuisse, docet earum repetitio, & ibi facta mentio expressa resistentium. Nam non solum Julius II. sed & Leo X. & Adrianus VI. & denique Clemens VII. rescriptis potestatem Inquisitorum confirmarunt. Ubi imprimis notanda astutia Julii II. qui, cum sentiret, eos, qui tum Inquisitorum mendacia credere nolebant, per excommunicationem non satis terreri, addidit præmia illis, qui consilium, auxilium, & favorem præstarent Inquisitoribus. Istis tamen bullis Papalibus non obstantibus, fabulis istis & mendaciis inquisitorum se opposuit Johannes Franciscus Ponzinibius I.U.D. intendens probare per rationes fultas auctoritatibus juris, quod Sagæ corporaliter non ferantur a dæmone in locum conventus, & ibi pacta faciant, sed quod ista omnia fiant per illusionem dæmonum. Cui quidem se opposuit anno 1424. & seq. Bartholomæus de Spina, sed fere nil novi afferens; verum crambem saltem toties coctam recoquens, & ad aucto-

Scripta Ulrici Molitoris 1489. & Trithemii.

Bulla Alexandri VI. circa finem Seculi XV.

Variæ bullæ initio seculi XVI.

Ponzinibii & Spinæi Scripta contra & pro inquisitoribus.

Alciati responsum anno 1518. in causa sagarum.

ctoritatem Papæ & inquisitorum præcipue provocans. Dedit etiam Alciatus circa illa tempora responsum Episcopo, occasione inquisitoris, qui jam plures quam centum sagas in subalpinis vallibus flammis consumserat, donec rustici arreptis armis vim illam inhiberent, & negotium ad judicium Episcopi deferrent. Harum sagarum tres classes facit Alciatus. Aliquæ in crucem imminxerant, Christum DEum abnegaverant, præsentes ipsæ & vigilantes veneficiis atque devotionibus infantes intinxerant. Aliquæ post minas noctu, quamvis obseratis clausisque valvis infantes fascinaverant. In utrumque hoc genus, respondit Alciatus, Inquisitorem posse munere suo fungi. Alii vero nihil ultra egisse arguebantur, nisi quod sub arbore Tellina choreas duxisse, & ad lusum illum accessisse dicebantur, sociis id ipsum attestantibus, ipsis negantibus. Has negavit Alciatus torqueri posse, cum fuerint meræ illusiones phantasticæ, plura ibidem disputans, contra mentem novorum, ut dicit, theologorum, pro recepta opinione Doctorum Juris Civilis & Canonici. Quare non mirandum, quod ob hoc ipsum responsum magnam ab inquisitoribus persecutionem passus, & a subsequentibus plane pro mago vel certe, magiæ suspecto fuerit traductus.

Erasmi Roterodami testimonium de fraudibus monachalibus.

Desiderius Erasmus Roterodamus, uti Monachos & eorum fraudes, si quisquam sui temporis cognovit, easque ad vivum in Encomio Moriæ & Colloquiis passim depinxit; ita fabulas de dæmonum apparitione visibili, & de pactis sagarum expressis earumque conventibus, pro fraudulentis monachorum inventis habuit, etsi haud dubie ex metu, ne Papas irritaret, tot bullis hactenus inquisitiones contra sagas confirmantes, directo non tetigerit imposturas.

Constitutio Criminalis Bambergensis 1510. non favet inquisitoribus.

Imo in ipsa Germania tum continuatum fuisse, a Principibus & Statibus imperii, ut inquisitoribus illa libertas a Pontificibus concessa, inquirendi in sortiarios sub prætextu hæreseos, non permitteretur, indicio est Constitutio Criminalis Bambergensis, Moguntiæ 1510. typis impressa. Etsi enim Episcopus Bambergensis, tanquam Princeps Ecclesiasticus, haud dubie Papæ valde fuerit addictus; multa tamen in illa Constitutione deprehenduntur argumenta, sententiam nostram cor-

corroborantia. Cum vero Constitutio criminalis Carolina tantum non tota de verbo ad verbum descripta sit ex constitutione illa Bambergensi; ita eædem observationes & hic repetendæ sunt. Imo hic aliquid novi adjectum est, doctrinis & praxi inquisitorum plane adversum, quod nempe ad denunciationem magorum contra neminem inquirendum sit. Nec defuerunt viri eruditi, qui se processibus illis inquisitoriis contra sagas seculo XVI. opponerent. Ut enim taceam ea, quæ Philippus Melanchton ea de re obiter monuit: auctor anonymus Mallei Judicum in eo totus est, ut iniquitates a judicibus tam secularibus quam ecclesiasticis hic commissas, perspicue ostendat; quamvis non omnes fraudes & fabulas intimius videatur penetrasse. Anno 1563. Joannes Wierus, Medicus Ducis Juliæ Clivium & Montium, opus de præstigiis dæmonum, sex libris distinctum edidit, oppositum Malleo Maleficarum; ac de pœnis lamiarum etiam cum Johanne Brentio quædam disputavit; ex quibus constat, Wierum, etsi Medicum, pro statu illorum temporum altius penetrasse mysteria iniquitatis inquisitoriæ, quam Brentium Theologum. Eodem anno 1563. Lancelottus scripsit institutiones Juris Canonici. Hic si fabulas Inquisitorum de sagis credidisset esse veras, institutionibus illis aliquid ea de re inseruisset. Jam vero altum de iis ibi est silentium; sed repetit potius constitutionem Alexandri IV. supra memoratam, quod inquisitores se non debeant immiscere cognitioni de sortilegiis, nisi hæresin sapiant manifeste; & saltem quasi pactorum meminit inter sortilegos & dæmonem. Anno 1564. Johannes Fichardus, ICtus & Reip. Francofurtensis Advocatus, Comiti cuidam, consilium ejus super actis de crimine magiæ & responso alterius ICti expetenti, respondit; rem duabus potissimum quæstionibus absolvi: 1. An sagæ secundum confessionem ab ipsis tortura extortam comburendæ sint? 2. An eæ concubitum cum dæmone exercuerint, nocturnasque choreas duxerint? Ad utramque autem eo modo sententiam suam dicit, ut facile appareat, ei nugas & nequitias inquisitorum & judicum magnam partem fuisse cognitas. Cum autem hactenus memorati scriptores, qui iniquitatibus processuum contra sagas se op-

Nec Constitutio Criminalis Carolina 1532.

Auctor Mallei judicum.

Wieri opus de præstigiis Dæmonum.

Lancelotti Institutiones Juris Canonici.

Fichardi sententia de crimine magia.

Nævi eorum qui se inquisitoribus opposuerunt.

opposuerunt, partim multas fabulas ex vitis patrum, dialogis Gregorii, Vincentio Bellovacensi, Nidero &c. haustas, item confessiones per tormenta extortas, ut vel logice vel ethice veras supposuerint; & hoc primo falso admisso, in fontes illarum iniquitatum & causas genuinas confessionum tormentis extortarum debito modo non inquisiverint; atque sic plura parum cohærentia, imo quandoque contradicentia, immiscuerint discursibus suis: occasionem dederunt aliis viris eruditis, etiam ex ordine Protestantium, ut ista asserta de pactis sagarum cum diabolo, de incubis & succubis, de conventu sagarum, de transformatione magorum in bestias, &c. ulterius incaute quidem, sed bona tamen fide propagarent. Igitur non mirandum, quod, cum Divus Augustus Elector Saxoniæ, dissensiones ICtorum in definiendis variis juris quæstionibus, constitutionibus postea editis definire intenderet, etiam inter alia propositis rationibus dissentiendi circa quæstionem an crimen magiæ indistincte, & etiamsi damnum non fuerit datum, pœna capitali puniendum sit; approbata in constitutionibus sententia affirmativa, pro mitiganda ejus duritie ista communis traditio de pactis & concubitu sagarum cum dæmone fuerit inserta; & sic per legem publicam a capite Principum Protestantium latam, persuasio ista hactenus vacillans, maximum robur cœperit.

Constitutio Saxonica II. Part. IVtæ; anno 1572.

Cum igitur JCti Lutherani in casses Inquisitorum inciderint, non adeo vitio vertendum Lamberto Danæo theologo reformato, quod anno 1574. dialogum de veneficis eum in finem ediderit, ut processum contra sagas defenderet; etsi ex eo ubique appareat, quod vel distincta aperte confuderit, vel dubia & demonstranda, ut indubie vera præsupposuerit. Uti vero Danæus non nominat Wierum, ita etiam nullum indicium in scripto ejus deprehendo, quod adversus hunc præcise calamum direxerit.

Lamberti Danæi dialogus de veneficis, 1574.

Sed anno 1577. Thomas Erastus, medicus notissimus, de Lamiis & Strigibus alium dialogum edidit, in quo etsi etiam non nominet Wierum, tamen ex ipsa inspectione libelli constat, eum adversus hunc directum esse. Quid vero etiam Erastus præstiterit, docebunt excerpta sequentia, (quæ

Thomæ Erasti dialogus de Lamiis & strigibus.

ex

ex notis *ad* §. 73. pete) Anno 1579. Johannes Bodinus homo superstitiosissimus, & magis Judæus, quam Christianus, edidit libros IV. de magorum dæmonomania, in eo totus, ut facta Inquisitorum defendat, potissimum tamen ad exempla confessionum talium provocans, aut ad fabellas putidissimas; in eo maxime capite, ubi de expresso pacto sagarum cum diabolo agit, & an corpore a dæmonibus exportentur. Subjunxit etiam confutationem opinionum Wieri, quem ut hominem improbissimum, impostorem, exscriptorem Steganographiæ Johannis Trithemii, & discipulum Cornelii Agrippæ magorum omnium Principis, traducit. Habuit anno 1584. Johannes Georgius Gœdelmannus JCtus Rostochiensis disputationem de magis, veneficis, & Lamiis. Hujus occasione anno 1587. responsum ab eo petiit Senatus in quadam civitate Westphaliæ, an secundum mores tum receptos pro indicio adversus sagas habenda sit confessio & nominatio aliarum sagarum accedente probatione per aquam frigidam, & an doctrina Bodini in processu contra sagas sit attendenda. Respondit non solum Gœdelmannus, sed etiam hac occasione tres libros de magis & veneficis postea edidit; in quibus Wieri & Fichardi sententiam potissimum videtur esse secutus. Interim etsi post reformationem inquisitoribus ipsis non videatur esse magna potestas relicta contra sagas, etiam apud Pontificios; retinuerunt tamen judices seculares modum irrationabilem ab ipsis introductum: in quorum usum editum est anno 1586. Theatrum de veneficis, ut scilicet auctor adderet animum judicibus, qui nonnihil segnius contra sagas procederent. Ex ipsis tractatibus, quæ hic exhibentur, constat, jam illis temporibus maximam partem Theologorum, JCtorum & Medicorum protestantium, fabulis inquisitorum fuisse infectos, & doctrinam hanc bona fide propagare intendisse; pauciores vero olfecisse quidem præcipitantiam judicum, sed tamen ultra cautelas Wieri non processisse. Video etiam citari bullam Sixti V. Papæ contra Astrologos, haud dubie circa illa tempora editum; sed quam videre mihi non licuit. Anno 1591. Petrus Binsfeldius suffraganeus Trevirensis edidit tractatum de confessionibus Maleficorum &

Bodini de magorum dæmonomania Libri IV. 1579.

Gœdelmanni varia de magis & veneficis anno 1584 seq.

Theatrum de veneficis 1586.

Sixti V. bulla contra Astrologos.

Petri Binsfeldii de con-

fessionibus sagarum tractatus. 1591. *Nicolai Remigii de dæmonolatria Libri tres* 1594. *Danielis Molleri commentarius ad Constitutiones Electoris Augusti.* 1599.

& sagarum, an & quanta fides iis adhibenda sit. Ubi methodo antiqua procedit, & aliorum dicta & fabulas inquisitorum repetit. Majori tamen cum applausu excepti sunt Nicolai Remigii libri tres dæmonolatriæ, anno 1594. publicati; quamvis methodo plane simplici procedant & ad persuadendum homines, præjudicio autoritatis non plane immersos, omnium minime videantur apti esse, cum totus liber non nisi confessionibus sagarum & exemplis inde desumtis repletus sit. Quamvis autem facile appareat, similitudinem confessionum a sagis, vel per torturam vel ejus metu extortarum, argumentum nullius momenti præbere pro asserenda earum veritate; imposuit tamen idem argumentum Danieli Mollero, JCto Saxonico, ut circa finem seculi XVI. eo fere solo inductus, propagaret doctrinam de pacto & concubitu diaboli cum sagis: cujus adeo autoritatem secuti sunt postea etiam collegia JCtorum Saxonicorum, & alia. Anno 1599. Martinus Del-Rio Jesuita edidit disquisitionum Magicarum libros sex, in quibus tanquam vir infinitæ lectionis, omnes fabulas collegit, & more scholastico disputans, eo majori cum successu pondus addidit persuasioni, de pacto dæmonum cum sagis, & fide confessionibus sagarum adhibenda, quod, observans jam ex Reformatis & Lutheranis aliquot scriptores ejusmodi fabulas admisisse, eos in subsidium citet. Unde & postea majori cum imprudentia pene omnes JCti protestantes hunc autorem tantum non exscribere solent: non considerantes, quod Del Rio calumniosissime multiplicationem & frequentiam criminis Magiæ Calvinismo, ut ait, & Lutheranismo, adscribat, ac Lutherum & Lutheranos ac Reformatos cum impudentia & virulentia maxima traducat.

Martini Del Rio disquisitiones Magicæ 1599.

Jacobi Regis Angliæ dæmonologia, initio sec. XVII.

Maximum autem pondus persuasioni illi de pactis sagarum, potissimum apud Reformatos addidit initio Sec. XVII. quod Jacobus Magnæ Britanniæ Rex, edita Anglico sermone Dæmonologia, fabulas istas defendere aggressus fuerit. Et non potuit non præjudicium autoritatis regiæ valde nocere veritati, imprimis illo tempore, ubi ipsi eruditi famigeratissimi Jacobo certatim adulabantur. Quanti vero sit pretii hæc Dæmonologia, patebit ex paucis excerptis, quæ subjiciemus. (quas vide *ibid. in nota f. p. 62.*

p. 62. seq.) Anno 1613. Franciscus Torreblanca, JCtus Hispanus, quatuor libros de magia edidit, postea Lugduni 1678. iterum impressos; quibus etiam strenue utuntur judices & advocati in quæstionibus de sagis: etsi & hic nil nisi fabulas inquisitorum fundamenti loco ponat. Denique cum Benedictus Carpzovus, JCtus alias de universa Jurisprudentia, Saxonica præcipue, immortaliter meritus, circa medium Sec. XVII. partim doctrinas inquisitorum sæpius memoratas defendere multis rationibus allaboraverit, partim sententias Scabinorum Lipsiensium ab anno 1582. ad annum 1622. recensuerit, in quibus referuntur confessiones sagarum de rebus rationem omnem & fidem superantibus, sed tamen, acsi veræ essent, a judicibus acceptis: ad ejus autoritatem, & ad illas sententias postea unanimiter provocarunt JCti pariter & Theologi Protestantes. Ut adeo non opus sit, ut in horum sententiis ulterius recensendis simus prolixiores. Sed voluit tamen divina providentia, ut excœcantibus se ipsos in media Evangelii luce eruditis Evangelicis, ex mediis Papatus tenebris surgerent, qui errorem illum jam communem & universalem iterum destruere aggrederentur. Anno enim 1653. Gabriel Naudæus edidit idiomate Gallico Apologiam pro viris magnis falso magiæ accusatis, librum eruditum, & studiosis veritatis imprimis commendandum; etsi & hic glaciem saltem fregerit, & multa reliquerit addenda & emendanda aliis. Propius tamen ad scopum nostrum accessit Autor cautionis criminalis de processibus contra sagas; quem, etsi nomen suum non apposuerit, fuisse tamen Patrem Fridericum Spee Jesuitam, indicavit Illustr. Leibnizius: (Adde Baylii *Repons. à un provincial. Tom. 3. cap. 184. p. 1309.*) hic enim summam iniquitatem processus inquisitorii contra sagas ita ad oculum demonstravit, ut merito ruborem excutere debeat defensoribus hujus processus inter Evangelicos. Pertinet etiam huc meditatio Richardi Simonis super sententia condemnatoria in processu inquisitorio contra sagas a Consilio Regio Parisiensi annullata; & scriptum satyricum ante biennium Amstelodami editum, sub tit. *l'Histoire des imaginations extravagantes de Mons. Ouffle* &c. Unde sperandum est, persua-

Franc. Torreblanca de magia 1613.

Carpzovii doctrina de sagarum pactis & concubitu cum dæmone circa medium Sec. XVII.

Gabr. Naudæi apologia pro viris magnis falso magiæ accusatis 1653.

Autor cautionis criminalis de processibus contra sagas.

Alia quædam scripta huc pertinentia.

U (II) 2 sio-

rum inſpectione (235) facta, futura promittunt. Ariolorum *b)* igitur, (236) aruſpicum, (237) incantatorum, (238)

b) extr. de ſortileg. & 26. quæſt. 1. 2. 3. 4. & 5.

ſionem illam communem de ſagis tandem aliquando iterum interituram eſſe; ut adeo non opus ſit, ut multa admoneamus de primariis erroribus ex quibus hæc perſuaſio orta fuit, & quomodo unus error alterum generaverit, item de impedimentis, cur primi adverſarii illorum errorum, ut Wierus &c. non multum potuerit proficere. Quamvis etiam ex hactenus ſparſim quoad hiſtoriam horum errorum dictis, a lectoribus judicio pollentibus facile tales obſervationes in ordinem redigi poſſint, & nonnulla etiam hic ſuppeditet Naudæus. T.

Variæ ſortes per ſcripturam. (235) Habebant olim tabellas ſeu folia aut paginas taleolasve ligneas, certis quibusdam ſententiis obſcuris notatas: quarum quædam felicitatem, quædam calamitatem prænunciabant, educebantur vero è ſitella vel urna. Marcell. Donat. *ad Liv. lib. 21.* Seculis Chriſtianis ad paginas Evangelicas & alias Scripturas S. magno abuſu id translatum eſt *c. hi qui. 26. qv. 1.* quemadmodum ſcilicet jam olim aperto Virgilii Codice, qui primi viſui occurriſſent verſus, in oraculi omen aſſumpti fuerunt. Unde ſortes Virgilianæ dictæ, de quibus Peucer. *de divinat. tit. de ſortib. circa fin.* Z.

Ariolus. (236) I. Ariolum exponit gloſſa *in l. nemo C. de malef. & mathem.* quod ſit ille, qui aris vel altaribus & ſacrificiis dæmonum deſervit. Z.

II. Sed vide quæ jam *nota 234.* ex Eraſmi *Epiſt. 91.* adduximus, ubi Eraſmus non ſine ratione gloſſarum explicationes ridet. T.

Aruſpex. (237) Qui a victimis in ara inſpiciendis, ut futura prædicerent, dicebantur. Z.

(238)

(238) & omnium ſortilegorum artes, cum ſint ex quadam peſtifera ſocietate dæmonum atque hominum quaſi pacta (239) infidelis & doloſæ amicitiæ (240) con-

(238) Incantatores apud Italos dicuntur, qui cum dæmone expreſſum habent commercium, eoque auxiliante pene miracula edere poſſunt. Anton di Torquemada *in giardino di fiori curioſi p. 95.* Z. *Incantator.*

(239) I. Pactum cum dæmone initum vel expreſſum eſt vel tacitum. Et dignoſcitur tale 1. ſi effectus ſuperet naturæ vires, 2. ſi adhibeantur vitioſæ circumſtantiæ & ceremoniæ. Prolixe id exponit Thomas Hurtado *tr. 5. c. 4. reſolut. 10. 11. ſeq.* Z. *Pactum cum dæmone duplex.*

II. Quemadmodum hactenus fabulæ de pacto expreſſo cum diabolo hiſtoriam dedimus, ita jam paucis removendum eſt pactum *tacitum*, ad quod confugiunt defenſores errorum communium, ſi pacta expreſſa ipſis extorſeris. Ita quidem eſt, Lancelottus hic mentionem facit QUASI PACTORUM, neque hujus termini ipſe autor eſt, ſed deſumſit hæc verba ab Auguſtino & iis quæ ex ejus *libr. 2. de doctrina Chriſtiana* excerpſit Gratianus *can. Illud 6. C. 26. q. 2.* Pertinet etiam huc, quod ſupra *not. 229* adduximus, Thomam Aquinatem docuiſſe, magos per divinationem, quæ fit cum invocatione dæmonum, QUASI FOEDUS cum iis inire. Cum igitur ex Grammatica conſtet, vocem QUASI eſſe notam improprietatis, cum Jurisprudentia doceat, quaſi uſumfructum, quaſi donationem, quaſi contractum, quaſi conſenſum non eſſe verum uſumfructum, veram donationem, verum contractum & conſenſum, ſed ſaltem in uno aliquo tertio cum iſtis veris & genuinis ſpeciebus convenire, adeoque ad ſimilia referendas eſſe ſpecies illas æquivocas, cum porro ex jure conſtet, tacitam conventionem eſſe ſpeciem veræ conventionis, pacti, contractus, fœderis, non debuiſſent Canoniſtæ hæc duo valde diſtincta confundere, & ex iſto quaſi pacto, aut quaſi fœdere Auguſtini & Thomæ *An magi & ſagæ ineant pactum tacitum cum dæmone?*

constituta, penitus sunt ab ecclesia eliminandæ, (241) &

---

mæ Aquinatis facere pactum tacitum. Interim aliquo modo excusandi sunt, neque adeo ex proposito, sed magis ex negligentia, ipsis cum aliis communi, videntur hanc confusionem commisisse, cum etiam id fecerint Glossatores juris civilis, & restauratores Jurisprudentiæ, Grotius ac Pufendorffius istam confusionem non evitaverint, ut latius docui *in instit. jurispr. div. lib. 2. cap. 7. §. 19. ad §. 33.* T.

Delaratio. (240) I. Vere infidelis ea est & dolosa, quod norunt ii, qui de sagis sententias ferre jubentur, quam dolose cum his amicitiam contrahant dæmones. Z.

Monitum ad eam. II. Sed cum hi judices supponant errorem Canonistarum de pacto expresso sagarum & magorum cum dæmone, & mediis irrationalibus istas confessiones ex Reis extorqueant, & Augustinus cujus sunt hæc verba, pactum illud expressum ignoraverit, facile patet, hanc Ziegleri expositionem non esse ad mentem Augustini. T.

Sortium licitarum requisita. (241) De sortibus tamen disquiritur, an omnino illæ damnandæ & rejiciendæ sint. Et celebre est dictum Augustini, quod etiam primo loco *c. 6. q. 2.* juri Canonico inseruit Gratianus: *Sors*, inquit, *non est aliquid mali, sed res in humana dubietate divinam indicans voluntatem.* Et exhinc ut sortes admittantur, pie & religiose eas vult tractari Thomas *in 2. 2. qv. 95. art. 8.* & ex eo Sixtus Senens. *bibl. l. 5. ann. 166.* Gregor. Sayr. *in clav. reg. lib. 4. c. 5. n. 19. 20.* observatis scilicet quinque his conditionibus. 1. ut rei propositæ divisio vel consultatio & prænotio a solo DEO sortium directore expectetur. 2. ut non nisi compellente necessitate sortes exquirantur, 3. ut non nisi præmissis ad DEUM precibus tententur. 4. ne divinis oraculis ad sortium inquisitionem abutamur, 5. ne sortibus utamur in electionibus Ecclesiasticis, &c. Z.

(242)

& superstitiosi artifices, (242) nisi per pœnitentiam resipiscant, perpetuo anathemate feriendi: (243) & si clerici sint, degradandi. (244)

Si

---

(242) De superstitione & quot modis ea committatur, vid. Petr. Binsfeld. *de confess. malef. pag. 130. seq.* Z. *Remissio.*

(243) Hæ quidem pœnæ sunt Ecclesiasticæ. Civiles vero non minus acerbæ sunt, huic tamen delicto maxime convenientes. Vid. Carpzov. *pr. crim. part. 1. q. 48 seq.* Z. *Pœnæ magiæ civiles.*

(244) Quid de hac assertione Ziegleri sentiendum sit, facile patebit ex hactenus dictis. Corollarii loco adjiciemus doctrinam B. Titii *Jur. privat. lib. 9. c. 15. §. 33. seq.* Ex his, inquit, intelligi potest, quid de Magia sit pronunciandum. Hoc nomine intelligitur delictum, *quo quis, ope Diaboli, ea peragit, quæ vires hominum naturales excedunt.* Communiter duæ ejus species afferuntur, vel enim *quis expressum pactum cum Diabolo iniit*, vel *sine expressa conventione, ope Diaboli saltem utitur* v. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. qv. 48.* Brunnem. *I. E. l. 2. c. 18. §. 55 59.* Licet vero delictum hoc, supposita revelatione, in genere negari nequeat, certum tamen est, quod multa fanatica intercurrant, & erubescendæ ineptiæ, pro infallibili veritate, sæpe venditentur; sane iniquissimum est principium, quo sola confessio vel indicia probando delicto, sufficere judicantur, v. Carpz. *p. 2. qv. 60. n. 29. 32.* Nihil igitur pro vero habendum, nisi quod legitimis probationibus ostendi potest, ac, ut in dubio delictum potius negemus, quam asseramus, omnis recta ratio jubet. De cætero magiam etiam ultimo supplicio puniri posse, vulgo non dubitatur, v. Carpz. *p. 1. qv. 49. 50.* Sed ex sanioribus principiis pœna merito quidem asseritur, si per magiam hominibus nocitum sit, quemadmodum etiam castigatio locum habet, si rebus divinis venefici actu externo abutantur, verum si magia in simplici impietate vel apostasia consistat, *An justa?*

tum

Si blasphemus iniunctam sibi pœnitentiam peragere recuset, & vivens ab ingressu Ecclesiæ arcebitur, & mortuus ecclesiastica carebit sepultura.

c) *c. 2. de maled.*

§. 3. Diversa est pœna maledicorum: c) nam si quis in Deum, vel aliquem sanctorum (245) linguam

---

tum non alia errantium pœna est, quam doceri. Hactenus Titius. T.

ad §. 3.

Monita de blasphemia in sanctos.

(245) I. Commune hoc est Pontificiorum assertum, blasphemiam æque in sanctos ac in ipsum DEUM committi, quod quidem eo nititur principio, quod sanctos religiosa adoratione coli debere doceant. Sed enim blasphemiam illi dum punire & amoliri student, ipsimet DEUM atrociter offendunt & blasphemant, honorem scilicet soli DEO debitum aliis quoque attribuentes. Non negamus tamen, contumeliosa in sanctos verba non debere esse impunita, nec tamen puniri debere aliter, quam pœna arbitria. Vid. Carpzov. *pr. crim. p. 1. qu 45. n. 71.* Nec igitur probare possumus, quod statuit Gregorius Sayrus *in clav. reg. lib. 6. c 13. n. 4.* blasphemiam in Deum & in sanctos non differe specie, sed solum gravitate & levitate materiæ subjectæ, neque Confessorem teneri inquirere, an blasphemia in DEUM aut in sanctos conjecta fuerit, sed solum in gravitatem quoad materiam. Utique enim cultus, qui DEO debetur, specie differt ab reverentia, quæ debetur sanctis, specie igitur different peccata, quæ cultum istum & reverentiam violant. Z.

Variæ observationes.

II. Blasphemus dicitur παρά τὸ βλάπτειν φήμην, & βλασφημία *convicium* est: Sed Theologis sumitur pro convicio & maledicto in DEUM, quod capitali pœna vindicatum fuit *Levit. 24.* Quamvis pœna pro atrocitatis ratione, variare soleat. Gregorius IX. *cap. Statuimus, extra. de maledict.* vult blasphemum *per temporalem potestatem, coactione si opus fuerit episcopi diœce-*

guam in blaſphemiam (246) publice relaxare (247) auſus fuerit, pœnæ, juxta Gregorianæ conſtitutionis (248) tenorem, ſubdendus erit: quam ſi recipere, & pœ-

---

ceſani contra eum, mulctari pœna quadraginta, triginta aut viginti, aut ad minimum quinque, ſolidorum *uſualis monetæ*. Blasphemiam autem in ſanctos non committi, etſi ita ſentiant Pontificii, merito docet Matthæus *de Criminib. tit. 10. cap. 6. n. 7.* eo quod *nec numen eis inſit, nec quid mortales dicunt agantve ad ipſos referatur.* Interea tamen non inficiamur, convicia & maledicta in Sanctos jactata, poſſe annumerari reductive Blasphemiis in DEum & DEi verbum, maxime ſi importent manifeſtam Religionis Chriſtianæ abnegationem & contemtum; ut ſi quis cum Judæis B. virginem matrem D. N. J. C. traducat tanquam meretricem & proſtibulum. Etiam is in DEum eſt blasphemus, qui tribuit DEo, quod ipſi non convenit, aut de DEo negat, quod illi convenit. Quin blasphemiæ merito accuſantur Antitrinitarii & Sociniani, licet non animo blasphemandi videantur ſua eructare: prout ea de cauſa, Servetus Genevæ, & Valentinus Gentilis Bernæ, pœnas publicas dederunt. M. *p. 254.*

(246) Non verbis tantum, ſed factis etiam blasphemiam committi, hanc ſeverius quam illam puniri debere, docet Johan Bapt. Coſta *de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 17.* e. g. ſi crucem, aut imagines ſanctorum conſpurcet, aut in terram projiciat. Sed nec tum quidem pœnam blasphemiæ ordinariam, ſed extraordinariam & arbitrariam locum habere, verius eſt. Carpzov. *d. l. n. 96. 97.* Z. *Blasphemia facti.*

(247) Ut id publice factum præſupponatur, neceſſe non eſt, cum etiam intra privatos parietes & in paucorum præſentia blasphemia committi queat. Z. *Quid ſi privatim?*

(248) Quæ habetur *c. 2. X. de maled.* & vult, ut ſeptem diebus dominicis, præ foribus Eccleſiæ in manifeſto, dum aguntur miſſarum ſolennia, blasphemus exiſtens, ultimo illorum die Do- *Variæ obſervationes.*

pœnitentiam peragere recusaverit, & Ecclesiæ eidem interdicetur ingressus (249) & ecclesiastica carebit sepultura. (250)

Sa-

Dominico pallium & calceamenta non habeat; ligatus corrigia circa collum, septemque præcedentibus sextis feriis in pane jejunet & aqua, Ecclesiam nullatenus ingressurus &c: quæ omnia tamen externa tantum sunt; DEUS autem magis interna respicit, contritionem, & cor hominis pœnitentis. Interim non nego, multum facere ad externam disciplinam stabiliendam, ad scandalum publicum avertendum, si ejusmodi exerceantur pœnitentiæ ritus publici, dum tamen omne hinc removeatur meritum. Nec male igitur decretum est in concilio Lateranensi, blasphemiæ reum absque gravissima pœnitentia severi Confessoris arbitrio injuncta absolvi non debere. Id vero, etsi tum veteri disciplinæ Ecclesiasticæ, tum constitutionibus Pontificiis maxime conforme sit, negant tamen hodierni Jesuitæ, decretum id usu esse receptum & hodie obligare. Vid. Wilhelmus Wendrock *ad Ludov. Moutalt. epist. 6. sect. 2. §. 2.* Idem non tantum de Gregoriana & Lateranensi, sed etiam de Julii III. & Pii V. constitutionibus tenet Gregorius Sayrus *in clav. reg. lib. 6. cap. 13. n. 18.* Quo asserto num quid constitutionibus pontificiis magis exitiosum esse queat, merito licet dubitare. Z.

Pœna civilis. (249) Jure civili blasphemi ultimis subjiciuntur suppliciis *Novell. 77.* Hodie distinguitur, num immediate in DEUM eructata fuerit blasphemia, an mediate, ut illic pœna capitalis, hic alia aliqua arbitraria decernenda sit. Vid. Coler. *decis. 172.* Herman. Lather. *de cens. lib. 2. c. 4.* Z.

Titii sententia de blasphemia. (250) Quænam sit novissime B. Titii doctrina de blasphemia, patet ex sequentibus. Circa impietatem, inquit, *Jur. priv. lib. 9. c 15. §. 10. usque ad §. 17. p. 1219. seq.* distinguendum est, utrum *in facinus, proximum spectans.* v. gr. furtum aut homicidum, *erumpat*, an *DEum tantum respiciat.* Prior species dubio

Sacrilegi variis pœnis puniuntur.

§. 4.

bio procul ab hominibus puniri poteſt. Atque eo etiam pertinet turbatio ſacrorum, quæ adeo arbitrarie vid. Carpz. *J. E. l. 3. D. 95. 96. 97.* aliquando etiam ultimo ſupplicio punitur *l. 10. C. de epiſcop.* Circa poſteriorem impietatis ſpeciem, rurſus diſtinguendum, utrum *cultum DEi ſaltem omittat*, hæc pœnis humanis non ſubjacet, ceu *c. 13. §. 6. ſeqq.* jam oſtenſum: an *contemtu poſitivo DEum afficiat*, ut ſi quis DEum blasphemet, vel etiam hoſtia conſecrata abutatur. Hanc impietatem etiam ultimo ſupplicio puniri poſſe, certum eſt, ſi communem ſententiam & praxin ſpectemus, ſed illa, ex veris hypotheſibus, per omnia probari nequeunt. Quo igitur hæc res magis ad liquidum deducatur, obſervandum eſt, quod blasphemia ſit tale delictum, quod in ſolo animo conſiſtat, in eoque omnem ſuam habeat perfectionem, nam hoc, ex DEi omniſcientia, ſatis apparet: Hoc ipſo autem blasphemia, a delictis homines reſpicientibus, manifeſte diſcernitur, utpote, quæ, ad ſui parfectionem, actum externum, minimum in foro humano, neceſſario requirunt. Deinde obſervandum, quod blasphemiæ poſſit accedere actus externus, qui tamen, in ordine ad DEum, ſit actus indifferens, nec blasphemiæ malitiam vel quantitatem, ulla ratione augeat, nam ſane nemo, ſolida aliqua ratione, probaverit, blasphemiam, in mente retentam, levius eſſe delictum, in ordine ad DEum, ea, quæ ore profertur. Exinde igitur reſultat diſtinctio, neceſſario hic obſervanda inter blasphemiam *internam* & *externam*, aut, quæ loquendi ratio accuratior videtur, inter *blasphemiam ipſam*, ac *ejus propalationem*. Hoc poſito putamus, ipſam blasphemiam, ab hominibus non poſſe puniri, nam 1) perfectionem ſuam habet in animo, ac committi poteſt in præſentia hominum, ut hi tamen, quid agatur, non intelligant, ex quo liquet, hominibus jus puniendi hic non competere; miſeri profecto honoris divini ſunt vindices, qui ejus læſionem ſemper

ignorant. v. *l. 18. ff. de pœn.* His accedit 2) quod finis pœnarum humanarum cesset, vel obtineri nequeat, adeoque juris puniendi defectum arguat; pœnæ sunt imponendæ ob securitatem, sed DEo a blasphemantibus nullum imminet periculum, porro emendatio animi, neque quoad blasphemantem, neque alios, pœnis humanis obtineri potest. Blasphemiæ vero propalatio, velut res aliorum auribus molesta, puniri potest, nihil aliud enim intenditur, quam actus externi omissio, quæ pœnis humanis obtineri potest. Neque tamen etiam, hoc casu, pœna aliter locum habet, quam si *dolus* propalantis adsit, id est, si illud, quod divinum credit, sciens & volens blasphemia afficiat. Si quis igitur (1) de religione quam falsam putat, male loquatur, hoc ei tanquam blasphemum, imputari nequit, ut injuria tamen in eos, qui religioni illi assentiuntur commissa, coerceri potest, si non veritatis studio, sed ex petulantia, id prolatum sit. Sed dixeris forte, *hac ratione quemvis delinquentem, prætextu cessantis doli, delicti imputationem, & consequenter ejus pœnam posse declinare, cum, si quis v. g. ob furtum, puniendus sit, ei dicere liceat, se non credidisse ablationem illam esse furtum, adeoque nullum hic subesse dolum!* Verum inter delicta DEum, & homines respicientia, magna est disparitas: illorum norma, imperio humano non subjacet, hinc nisi quis ultro eam admittat, contra illam agere nequit, & valida est excusatio, qua dolum subesse negat: Horum autem norma imperio humano subest, hinc sive quis eam approbet, sive non, nihilominus; si secus agat, eam violat, & doli reus est. Licet autem quis illud, de quo male locutus est, divinum credat, attamen (2) id, tanquam blasphemum, ei imputari nequit, si sciens & volens illud haud dixerit. Ille igitur, qui in fervore justæ defensionis constitutus, blasphemi quid protulit, excusandus est: Qui vero ex prava consuetudine talia dicit, excusationem non meretur, nam consuetudo pravitatem actionis non minuit, sed auget. Illud tamen certum videtur, culpam hic quoque redundare in eos; qui cum consuetudines ejusmodi impedire possent & deberent, flosculos illos, in ornamentum

tum

tum sermonis recipi patiuntur. Positis autem requisitis, blasphemiæ propalationem, aliqua castigatione, non gravi mutilationis vel mortis supplicio, coercendam esse arbitror; nam non blasphemia, sed actus externus, hominibus molestus punitur, ex quo de quantitate pœnæ facile judicari potest. Interim aliter servari solet, & blasphemiarum propalatores, tam veri, quam putativi, duro supplicio afficiuntur v. Carpz. *p. 1. qu. 45.* Brunnem. *J. E. l. 1. c. 6. m. 1. §. 12. l. 2. c. 18. §. 57. ibique.* Stryk. *in not.* quæ sententia licet specie pietatis se commendet, attamen papatum redolet, & inhumanitatis est manifesta. Hactenus Titius. Ejus mentem de hæresi blasphema jam dedimus supra *nota 159.* Quod meam sententiam attinet, in hac doctrina de crimine blasphemiæ distinguendæ sunt variæ quæstiones. I. Quem usum habeat distinctio inter blasphemiam internam & externam? Resp. Non illum quidem, quod blasphemia interna sit blasphemia proprie dicta, & quod hæc puniri ab hominibus nequeat. Nam hoc quidem blasphemia cum omnibus criminibus habet commune, quod ea requirant propositum animi & quod cogitatio sola non puniatur, & de ea propositione etiam nemo dubitat, sed illum, quod blasphemia externa sine interna non sit blasphemia. Etsi enim hæc etiam observatio sit communis blasphemiæ cum aliis criminibus, tamen communis sententia in applicatione ad blasphemiam abit ab ea, ut statim videbimus. Prolatio verborum blasphemorum a denuntiante judice, notario sententiam prælegente, facta, hauddubie blasphemia non est, propter deficientiam animi. Cum tamen uni genti vel religioni blasphemum videatur, quod apud alterum pro blasphemo non habetur: Hinc quæritur II. An blasphemi sint etiam illi qui absque animo blasphemandi erroneas assertiones de Deo proferunt, quæ aliis sunt blasphemæ? Rationes quæstionis primæ etiam hujus quæstionis negationem postulant. Sed communiter tamen dissentiunt, etiam nostrates, sive Lutherani sive reformati, *vide modo notam 245. sect. 2. in fine.* Adde *notam 402. sect. 2. ad libr. 3.* Ex dictis dependet etiam III. quæstio: Quid sentiendum sit de distinctione inter hæresin blasphemam & non blasphemam? Responsio-

Mea sententia.

Distinctio variarum quæstionum

I Quem usum habeat distinctio inter blasphemiam internam & externam.

II. An blasphemi sint, qui absque animo verba aliis blasphema proferunt?

III An usum habeat distinctio inter

§. 4. Similibus, interdumque acrioribus urgentur pœnis, qui in sacrilegii crimen (251) incidunt, & ecclesias incendere (252) & violare (253) minime ve-

c. 2. de raptor. incend. c. conquesti de sent. excomm.

hæresin & blasphemiam spondeo: Etsi & ea communiter a Pontificiis & Protestantibus defenditur, est tamen omni fundamento destituta & prætextus saltem excusandi communis, si alicui objiciatur, quod persecutio dissentientium repugnet verbo DEi & rationi, quod respondeat, se non persequi dissentientem ut hæreticum, sed ut blasphemum. Conf. *not. 159. ad h. libr. & not. 402. sect. 2. ad libr. 3.* Sic quamvis sæpius notaverimus, Pontificios blasphemos esse v. g. *nota 204. ad libr. 2.* ubi recensuimus blasphema eorum elogia de sacrificulis suis & horum præstantia; item *nota 513. ad eundem librum 2. p. 963.* quod Papæ divinam potestatem tribuant; cum tamen id faciant, non ex proposito DEum blasphemandi, inde etiam hæc eorum dicta pertinent quidem ad errores blasphemos, non tamen ad crimen blasphemiæ. Restat IV. quæstio an pœna capitalis criminis blasphemiæ sit juris universalis an mere positivi? Affirmant prius communiter. Ego nego, & ne hic diutius lectorem detineam, miror valde, qui factum sit, ut post tanta reformationis tempora Protestantes veritatem sententiæ non palpaverint, cum tamen ex Pontificiis Doctoribus eam jam perceperit Paulus Sarpius cujus verba supra dedi *ad lib. 2. not. 806. sect. 5. p. 1037.* T.

IV. An pœna blasphemiæ sit juris naturalis an positivi.

ad §. 4.

Remissio. (251) Nimis extendunt hoc crimen Canonistæ, ut dicemus infr. ad §. *Sacrilegium. 6.* Z.

Pœna secularis incendiariorum. (252) Ex ordinatione Carolina criminali & constitutione Electorali Saxonica dolosi incendiarii ignis & flammarum supplicio afficiuntur. Andr. Rauchbar. *p. 2. q. 10.* Quæ pœna multo magis locum habebit in eo, qui templa & ædificia sacra combusserit. Z.

An templa hostium violare liceat? (253) Quod etiam in hostibus reprehenditur. Hostium enim castella, portus, urbes, villas, naves, fruges devastari, aliaque his

verentur: nam pro modo sceleris admissi facinorisque perpetrati, nisi plene satisfecerint, (254) aut de satisfaciendo plenam securitatem exhibuerint, nunc pœnitentiæ beneficium (255) sacrilego penitus denegatur, nunc anathemate vincitur, nunc perpetua da-

his similia, quibus illorum vires atterantur, nostræ confirmentur, leges ac jura belli permittunt; ea vero destruere, qui nec propriis rebus emolumenti quicquam afferunt, nec hostibus detrimenti, ut sunt templa, porticus, statuæ aliaque hujusmodi, rabiosi hominis est, ac plane furentis. Polyb. *lib. 5.* Z.

(254) Ut maxime satisfecerint, non tamen omnem evitabunt pœnam. Et imo nec ordinariam quidem effugiet pœnam incendiarius, licet damnum datum resarcire velit. Carpzov. *pr. crim. p. 1. qv. 38. n. 44.* Z. *Quid si satisfecerit?*

(255) Intelligit publicum pœnitentiæ exercitium in oculos incurrens, quod a Sacerdote imponitur, aut etiam ipsam absolutionem, si quidem formam pœnitentiæ constituunt Pontificii in istis verbis: *Ego te absolvo &c.* vid. quæ dixi *l. 2. tit. 5.* Alias enim veræ pœnitentiæ beneficium a DEO originem habet, nec in Ecclesiæ manibus est, sed DEUS est, qui convertit corda hominum. Confundit autem in sequentibus autor pœnas Ecclesiasticas & civiles, cum tamen civiles ad Ecclesiasticum forum non pertineant. Et in delictis mixti fori contingere solet, ut punitus a judice Ecclesiastico ob idem delictum gravius adhuc a judice Laico puniatur. Absolutus etiam in foro pœnitentiali, sive conscientiæ, potest propter idem delictum accusari in foro contentioso. Gail. *l. 2. de pac. publ. c. 11. n. 25. 26.* ubi tamen id *n. 27.* limitat, & excipit illum casum, si pœnitentia sacerdotalis sit publica, quia tunc surrogetur pœnitentiæ litigiosæ. Sed enim limitatio illa ideo non videtur admitti debere, quia Ecclesia nunquam præjudicare, nec vim facere debet politiæ, & quia forum civile plane est separatum ab foro Ecclesiastico. Cæterum *Variæ observationes.*

damnatus infamia carceri traditur, aut exilio perpetuæ deportationis, & depositionis animadversione coercetur: aliquando etiam pecuniaria pœna mulctabitur.

Consentientes sacrilegis, & sacerdotes ipsis pœnitentiam dantes, vel sepulturæ eorum intervenientes, vel ab eis eleemosynas recipientes, pari pœna cum eis puniuntur.

§. 5. Nec solum talibus pœnis illi plectendi erunt, qui sacrilegium admiserint, sed etiam consentientes eis. (256) Presbyteri quoque, vel clerici, qui in vita, vel morte sacrilegis pœnitentias dare, (257) aut

d. c. 2. in fine.

---

rum in foro Saxonico sacrilegi rotæ supplicio afficiuntur. Carpzov. *pr. crim. p. 2. qv. 89. n. 18.* Z

ad §. 5.

Aliud quoad pœnas civiles. (256) Qui cooperantur, dubium non est, quin iisdem pœnis affici debeant; sed qui crimine jam perpetrato res sacras ablatas vendunt, aut alio modo occultant, aut etiam de iisdem participant, non prorsus iisdem pœnis puniendi sunt, quibus puniuntur sacrilegi ipsi, sed aliis mitioribus & extraordinariis. Carpzov. *d. l. n. 56.* Z.

Quid sit pœnitentias dare? (257) Videtur autor verbis his Eugenii III. quæ extant *c. 2. X. de rapt.* intelligere aliquam pœnitentiæ impositionem, aut etiam, uti supra dixi, sacerdotis absolutionem, & per hanc sacrilegorum pœnitentium receptionem in Ecclesiam. Quam quidem, si vere pœnitentes fuerint, iniquum erit iis denegare, ut maxime solennia pœnitentiæ externa absolvere nequeant. Alias autem per phrasin istam *pœnitentias dare*, præsertim si de mortis articulo locutio fuerit, Gabriel Albaspinæus intelligit donum aliquod singulare per benedictionem pœnitentiæ collatum & infusum, quo si

aut sepulturæ interesse, vel eorum eleemosynas (258) accipere ausi fuerint, sive rapinæ participes inventi fuerint, ecclesiastico beneficio privati ordinis sui damnum irrecuperabiliter patientur.

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quam personarum. Et qualiter intuitu rerum.

§. 6. Sacrilegium autem admitti dicitur, tam ratione rerum, (259) quam personarum. (260) Rerum,

si quis ægrotantibus spiritus aut mentis usus superesset, adjuti fuerint ad dolendum de peccatis suis & veniam a DEo facilius impetrandam, & si superstites essent, etiam ad exsorbendas difficultates & exhauriendos labores, quos per diuturnitatem solennis pœnitentiæ devorare necessum fuerat; quod si mortui fuissent illico post talem pœnitentiæ benedictionem, profuisse istud donum ad id, ut eximerentur vinculo excommunicationis, non tamen per eam concessam fuisse absolutionem, aut jus communionis &c. *l. 2. Obs. 3.* Sed de tali dono obscura sunt omnia, quæ adducit, & solis videntur niti conjecturis. Z.

(258) I. Inter conditiones eleemosynarum hæc est, ut fiant cum justitia, non ex alieno vel ex rapina. Atque hinc sacrilegus, antequam ablata aut damna restituerit, de suo non censetur fecisse eleemosynas. Clericus igitur, qui sciens eas accipit, consentire quodammodo videtur, aut saltem blandiri sacrilegio perpetrato. Z. *Ratio.*

II. Sed ista quidem ratio genuina non est; alias enim eadem pœna clerici locum habuisset, si a quovis fure eleemosynas accepisset, neque restricta fuisset ea censura ad sacrilegos fures. Ergo latet hic alia ratio, de qua statim dicemus. T. *Monitum circa eam.*

ad §. 6.

(259) I. Sacrilegium proprie rerum tantum est, & definitur *Cur vocem sacrilegii*

 fur-

d) c. quis quis §. sacrilegium 17. q. 4.

rum, *d)* ut cum quis sacrum de sacro, (261) vel sacrum de non sacro; (262) vel non sacrum de sacro (263)

---

extenderint Canonistæ?

furtum rei sacræ è loco sacro, vel religiosæ ex loco religioso. Sed Canonistæ ut major esset securitas Clericorum, etiam ad personas id extenderunt, ut criminis atrocitate ab offensione talium personarum eo magis abstinerent homines, imo etiam ad vestes, gloss. *in c. si quis suadente 17. q. 4.* Z.

Illustratio notæ præcedentis.

II. Quia sacrilegium refertur inter crimina atrociora, id est, quæ non tantum a magistratu civili pœnis capitalibus & ipsis quidem atrocioribus essent coercenda, sed etiam quæ pœnis Ecclesiasticis gravioribus notarentur, in tantum, ut & sacerdotes mitius cum sacrilegis agentes gravioribus censuris essent obnoxii per tradita §. *præcedente*, ideo operam dederunt Canonistæ, ut secundum morem consuetum vocibus usitatis novas plane significationes imponendi, sacrilegii crimen ad significatus inusitatos extenderent; partim, ut deterrerentur Laici, ne personas & res Ecclesiasticas ullo modo læderent, aut eas invaderent, partim, ut persuaderetur magistratus politicus extendere pœnas illas atrociores in sacrilegos proprie dictos ad casus alios insolitos, & qui alias citra hanc extensionem mitius puniri debuissent, partim etiam, ut sacrilegium, quod est delictum politicum possent referre inter crimina Ecclesiastica. T.

An simonia sit sacrilegium?

(260) Quinimo Simoniam aliqui ad species sacrilegii referunt, etiam ex nostratibus, ut eo facilius ad crimina Ecclesiastica Simoniam referre possint, contra quos disputat Dn. Böhmerus *de involucris Simoniæ detectis c. 2. §. 8.* T.

Sacrilegium proprie dictum.

(261) Hæc species sola jure civili sacrilegium constituit *l. 5. ff ad L. Jul. peculat.* Et hæc sola etiam in foro Saxonico pœna rotæ ordinaria punitur. Reliquæ enim pœna furti cœrcentur. Carpzov. *pr. crim. p. 2. qv. 80.* Lud. a Pegvera *decis. 24.* Z.

Quid moribus nostris.

(262) Etiam in hac specie de jure civili sacrilegium proprie di-

(263) aufert. Sed & si non de sacro aliquid ablatum fuerit, sed intra certos passus, (264) qui in circuitu ecclesiæ sunt, adhuc sacrilegium committi dicitur.

Ratione personarum committitur sacrilegium, cum quis clericum percutit, vel cum moniali rem habet.

§. 7. Personarum ratione sacrilegium perpetratur, cum quis in clericum, vel monachum violentas & impias manus *e*) iniicit: (265) vel cum personæ Deo dicatæ per coitum appetuntur: de quibus infra suo loco latius dicturi sumus.

e) *c. si quis contumax* §. *sacrilegium 17. q. 4.*

DE

dictum committi contendit Antonius Matthæus *de criminib. tit. de sacrileg. n. 3.* & ante eum Cujacius *l. 13. Obs. 19. in fin.* sed negant alii. Foro certe nostro pœna sacrilegii ordinaria non coërcetur. Z.

Quid jure civili? (263) Etiam hoc casu non alia quam furti pœna locum habet. Carpzov. *d. l. n. 76.* Et quidem plerique Doctores hanc speciem sacrilegii nomine jure civili venisse negant. Affirmat tamen Petrus Gregorius *syntagm. jur. l. 33. c. 14. n. 8.* Z.

Explicatio. (264) Triginta scilicet; id enim spacium Ecclesiæ reverentia defendi debere, dixit autor supra *lib. 2. tit. 20. §. nec ab atriis.* Forte etiam ille sacrilegium committit, qui ex domo Episcopi aliquid suffuratur. Concessum enim est isti domui jus ἀσυλίας, perinde ut Ecclesiæ. Tam ample scilicet fimbrias suas dilatarunt personæ Ecclesiasticæ. Z.

ad §. 7.

Adhuc aliæ sacrilegii species inusitatæ. (265) Injuriæ nomine id apud nos venit, & atrocioris quidem, male enim, quod in rebus tantum committitur crimen, ad personas extenditur. Solent vero Canonistæ etiam alias sacrilegii species sibi effingere. Ita statuit Cajetanus & cum eo ICti Dilligenses *in compos. pac.* sacrilegium committere eum eamque, qui

DE FVRTIS.

TIT. VI.

Furis nomine omnis illicita usurpatio continetur: & fures promoveri non possunt, imo promoti, deponuntur, & si sint incorrigibiles, debent excommunicari, & si occisi fuerint in furto, non est pro eis orandum, nisi ante mortem sint confessi.

§. I.

c. pœnale 14. q. 5. FVrti quidem nomine omnis illicita usurpatio alienæ

vel quæ monasterium, cui se voto obstrinxit, relinquit, & ad vota matrimonialia transit, posseque summo jure ab Episcopo, Abbate, vel ordinario repeti, ubicunq; in imperio fuerit. Transire enim ejusmodi personam per votum religionis in potestatem monasterii, cui processu judiciario persequi eam jure licet. Consentit Alexander ab Ales *part. 2. q. 170.* quæ sacrilegii species sacris litteris & naturæ religionis Christianæ, imo praxi pontificiorum, qui sæpe ob bonum temporale, Cardinalium, Episcoporum, & monachorum vota laxant; & ad conjugium non impediendum solvunt, repugnat. Conf. Paludan. *in 4. sentent. dist. 38. q. 4. art. 4. conclus. 10. & 11.* Richard. de Mediavilla *4. sent. D. 38. art. 9. q. 1. p. 240.* Sed & sacrilegium committi dicunt, quando locus sacer copula carnali dehonestatur, etiamsi id fiat a conjugibus. Gregorius Sayr. *in clav. reg. lib. 8. c. 5. n. 21.* ubi tamen coitum conjugalem in loco sacro excusatum habet, si fiat ad vitandam carnis incontinentiam a conjugibus ibi inclusis, non habet excusatum, si fiat propter liberorum procreationem; finem scilicet matrimonii secundarium præfert primario. Z.

TIT.

næ rei (266) concluditur : ſed nunc de iis tantum agimus, quæ ſpeciali nomine deſtituta generali furti appellatione (267) continentur. Fures autem non ſolum ſeculares leges, (268) verum etiam Canones acriter inſectantur: (269) nam nec ad ſacros ordines pro-

TIT. VI.

ad §.1.

(266) *Sub furti appellatione*, inquit Salmaſius *de fæn. trapezit. p. 105. omnes fraudes, quæ ad proximum circumſcribendum adhibentur, & eum deſpoliandum pauperandumve quocunque modo vel vi vel clam, contineri puto. Verbi gratia, ſi quid publicanus extra conſtitutum extorquet, ſpecies furti eſt, & quicquid fit, quo fraudetur proximus ac ſuo ſpolietur. Abigei, raptores, ſepulchrorum violatores, parietum perfoſſores, debitorum inſiciatores, depoſiti abnegatores & id genus omne fraudatores pro furibus ad octavum præceptum decalogi pertinent, &c.* Ita etiam de jure civili, ſi creditor pignore, aut is, apud quem res depoſita eſt, ea re utatur, aut is, qui rem utendam accepit, in alium uſum eam transferat, quam cujus gratia ei data eſt, furtum committit. *§. 6. Inſt. de obl. quæ ex del. naſc.* Z. *Declaratio.*

(267) Si recte ſe habere debet adverſativa, dicere debuiſſet, ſe agere velle de furto ſpecialiter dicto. Præmiſit enim furti generali acceptione omnem illicitam uſurpationem concludi. Z. *Objectio.*

(268) Hactenus egit de delictis Eccleſiaſticis ratione objecti, jam pergit ad delicta Eccleſiaſtica ratione pœnæ. Confer ſupra *tit. 2. §. ult. & ibi notata.* T. *Connexio.*

(269) Contra Canones igitur & jura ſtatuunt noviores moraliſtæ, poſſe ei, qui paratus eſt furari a paupere, perſuaderi, ut furetur a divite tali determinate, qui non eſſet rationabiliter invitus reſpectu ſuadentis, poſito, quod fur a furto paupe- *Canoniſtarum doctrinæ non cohærentes.*

ris

promoveri, nisi secundum ea, quæ supra primo libro diximus, (270) & promoti ab iisdem dejici, & si depositi incorrigibiles fuerint, excommunicari, & demum
a) c. 2. extr. eod. potestati seculari tradi debent. Et si, *a*) dum furum committitur, occisi fuerint, pro eis minime orandum erit: (271) quanquam si comprehensi, aut vul-

ris aliter non posset absterreri. ap. Escobar *Tr. 9. exam. 5. n. 120.* Contra canones etiam docet Baunius Jesuita *in Summ. p. 213. 214.* posse famulos occulte heris suis surripere, & ex bonis domini sibi clam corradere, ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt. Z.

Remissio. (270) Videlicet sub *tit. 25. qui promov. non poss. §. de fure 16.* Z.

Contra orationes pro defunctis. (271) Pontificii orationes pro defunctis ita interpretantur, ut ipsis dicantur satisfactiones pro peccatis mortuorum, & redemptiones animarum ex igne purgatorii. Non ergo ajunt esse orandum pro eo, qui in flagranti delicto reperitur & occiditur, tanquam pro obstinato & excommunicato. Sed enim in antiqua Ecclesia ignoratus fuit iste talium precum usus. Erant enim tum orationes pro defunctis publicæ celebrationes, applicationes & obsignationes promissionum divinarum, de remissione peccatorum requie & salute pie defunctorum, fuerunt institutiones & exhortationes viventium, fuerunt consolationes & confirmationes lugentium, & fuerunt declarationes piarum affectionum animi erga defunctos. Et istæ orationes non sunt ex Apostolica doctrina aut mandato divino, sed sunt primum per humanam traditionem libera & varia consuetudine introductæ & tandem superstitiosa observatione roboratæ, præsertim postquam purgatorii figmentum accessisset. Vid. Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. part. 3. p. 536. seq.* Z.

(272)

vulnerati confessi fuerint, (272) communio eis non sit deneganda.

Furtum committentes ob necessitatem mitius puniuntur, & pœna furum puniuntur partientes cum eis, & qui furtorum sunt conscii.

§. 2. Sed hæc de illis intelligere nos oportet, qui nulla necessitate adacti furtum commiserunt. Cæterum, si quis propter necessitatem *b)* cibaria, vestem, vel pecus furatus fuerit, longe mitiori pœna (273) puniendus erit. Nec fures solum supra dictis pœnis

b) c. si quis propter extr. eod.

(272) Presbytero vel Diacono *c. 2. X. de furt.* de qua re, & quid Diaconus hic possit, cum absolvere nequeat, multa est Doctorum sollicitudo. Aliqui hæc verba restringunt ad ministrationem Sacramentorum Ecclesiasticorum, quam permittunt, deficiente Sacerdote, Diacono, ut maxime absolvere nequeat. Joh. Bapt. Costa *de remed. subsid. c. 127. n. 31.* Alii per communionem hic intelligunt, non communionem Eucharistiæ, sed communionem Ecclesiasticam, juxta quam & oretur pro mortuis & offeratur sacrificium, adeoque dicunt presbyterum & diaconum hic nominari, non tanquam absolutionem impendentes, & confessionem excipientes, sed tanquam testes signorum pœnitentiæ, ob quæ sola furi decedenti velit Ecclesia non negari communionem Ecclesiasticam. Augustin. Barbos. *ad d. c. 2. X. de furt. in fin.* Et quanquam subtiliter ista disputentur, simplicissime tamen statuendum est, furi pœnitenti non negandam esse communionem Eucharistiæ, nedum Ecclesiasticam, & Eucharistiæ sacramentum administrari posse etiam a quovis Diacono, de qua re plura diximus *lib. 2.* Z.

Explicatio c. 2. de furtis.

ad §. 2.

(273) I. Agnoscit ergo id Autor esse delictum; sed recentiores Moralistæ id non volunt. Diserte Lessius *lib. 2. c. 12. n. 12.* pro-

An furtum committatur in necessitate?

c) c. qui cum fure eod. tit. pœnis tenentur, ſed ii quoque, (274) *c*) qui aut cum fu-

probabile eſſe, ait, non ſolum in extrema, ſed etiam in gravi neceſſitate morbi, famis, nuditatis, poſſe te clanculum ſurripere ab opulentis, ſi aliter grave illud malum avertere nequeas. Alii vero extremam requirunt neceſſitatem, ut talis ſurreptio excuſari queat. Gregor. Sayr. *in clav. reg. lib. 9. c. 14. n. 17. ſeq.* In eadem ſententia eſt Antonius Perez. *Cod. de furt. n. 10.* & Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 2. n. 6.* Sed verius videtur, revera committi furtum, cum nulla hac in parte legis inveniatur diſpenſatio. Nec eſt, quod fraude talem & lucri faciendi animo carere dicas. Non enim abeſſe poteſt dolus, ubi quis invito Domino nec prævio Magiſtratus decreto rem alterius contrectat, quem ſane neceſſitatis prætextus purgare nequit, cum nulla tanta Viro bono vis inferri queat, ut ſciens turpitudine aliqua ſe contaminet, nec tam prohibitum eſt lege mori fame, quam prohibitum eſt furari. Lucri autem probatio eſt in promptu, cum ipſum illum cibum ab eo lucri fieri certum ſit. Vid. Anton. Matthæ. *de criminib. tit. de furt. c. 1. n. 7.* Tabor *in racemat. criminal. 112. ſeq. & 547. ſeq.* Intelligitur autem hic non pœna civilis, ſed Eccleſiaſtica, uti patet ex inſcriptione *c. 3. X. h. t.* quæ deſumptum iſtud capitulum dicit ex pœnitentiali Theodori. Quanquam & in foro civili hoc caſu mitior ſit decernenda pœna. Vid. Carpzov. *p. 2. prax. crim. qv. 83. n. 50.* Z.

Mea ſententia. II. Quænam de quæſtione; an in caſu neceſſitatis committatur furtum, ſit mea ſententia dixi *in inſtit. Juriſpr. divin. l. 2. c. 2. §. 124. ſeq. item* §. *168. ſeq. & in Fundam. Jur. Nat. & Gent. l. 2. c. 2.* T.

Pœnæ concurrentium ad furtum. (274) Auxiliatores, qui ad ipſum furtum cooperantur, pœna furti ordinaria puniendi ſunt, quibus in foro Saxonico pares habentur ii, qui aliis furtum committentibus in excubiis ſteterunt. Sed qui poſt furtum commiſſum aliquid cooperantur, veluti opem præbendo ad evadendum & fugam arripiendam, aut viam mon-

furibus partiuntur, aut qui furtorum conscii fures quærentibus possessoribus non indicant.

DE VSVRIS. (275)
TIT. VII.

Usu-

---

monstrando, ut ex manibus judicis persequentis fur aufugere possit, vel occultando eum, ne deprehendatur, vel etiam res furto ablatas occultando & vendendo &c. pœna tantum extraordinaria pro judicis arbitrio puniendi sunt. Carpzov. *pr. crim. p. 2. qv. 87.* Z.

TIT. VII.

(275) Sæpius in notis antecedentibus ut e. g. *ad lib. 1. not. 374. & 400. & ad hunc librum nota 63.* provocavi ad hunc titulum, quod nempe hic expediri debeat quæstio, an & quo jure usuræ sint crimen. Lancelottus hac de re nihil profert, sed tanquam rem indubiam supponit in verbis finalibus §. 1. crimen usurarium. Sed M. Antonius Cuchus probe sentiens assertionem de crimine usurario ita indubiam non esse, *in Juris Canonici institutionibus lib. 4. tit. 7.* in summam contrahit rationes Canonistarum pro affirmativa. *Usuræ crimen*, inquit, *non minimum existimatur, cum & testamenti utriusque lege diris execrationibus sancitæ sint, & a jure quoque humano, tam Cæsareo, quam Pontificio repellantur.* (cap. Quid dicam. ubi gl. ver. reddi. 14. q. 4.) *Sive id sit, quia naturam superare, & quodam modo violare velle videntur, qui id agunt, ut pecunia, res suapte natura nulli propagationi apta, nullo tamen domini labore, nullaque ejus industria, quasi fructus ex se gignat: seu, quia pietati contrarium sit, & a Christiana charitate alienum, nolle opibus sibi superantibus proximo egenti gratis suppetias ferre.* Contra pro negativa pugnat Maresius *in notis ad d. l. Cuchi p. 245. seq.* simulque originem erroris de crimine usurario

An usuræ sint crimen?

Rationes Cuchi pro affirmativa.

Maresii pro negativa.

 rio

pertrahere. Nos vero censemus, ut etiam defendimus ad Erot. de Fœn. Trapez. *1. Usuram & fœnus in symbiosi non tantum non repugnare æquitati naturali; sed illa, si modum servet, niti, & in ea fundari. 2. Modum usurarum esse a Magistratu definiendum, ut ejus est rebus promercalibus justa precia imponere. 3. Non peccare etiam Trapezitas, qui hanc negationem exercent, & se continent intra leges a Magistratu positas: Quod etiam adversus Antitrapezitas a multis aliis nobiscum defensum fuit hoc tempore, imo a Classibus integris, & judicatum ab Ill. Ordd. Gelriæ & Hollandiæ; quorum hi suum decretum inseri Actis Synodicis voluerunt.* Quod ad sacram Scripturam attinet, ad quam Cuchus provocaverat, sic respondet. *In testamento veteri prohibebantur usuræ jure forensi inter Israelitas, sed eas licebat ab extraneis exigere, quo fundamento & hodierni Judæi nituntur in sua praxi; Nulla vero usurarum prohibitio extat in Novo Testamento. Nam quam eo non faciat locus* Lucæ VI,35. *Grotius* ibi *luculenter ostendit.* Sed provocabat etiam Cuchus ad Jus Cæsareum & Pontificium. Respondet Maresius: *De Cæsareo nego: contrarium statuit* canon Quid dicam. hic cit. Quid dicam de usuris, quas etiam ipsæ leges & judices reddi jubent? Denique contra duplicem a Cucho allatam rationem sic excipit: *Neutra harum ratio valet; nam pecunia est quidem res in se sterilis, sed industria utentis fit valde fœcunda: ut vero mutuatarius rei meæ fructum integrum solus percipiat, est rectæ rationi contrarium. Charitatis vero officia erga pauperes, ubi & sors ipsa est exponenda, non tollunt contractus mutui in symbiosi: Et falsissimum est axioma Canonistarum, Quod omne mutuum debeat esse gratuitum.* Poteram hic subsistere, si ea quæ de origine doctrinæ Juris Canonici de crimine usurarum protulit Maresius, talia essent, ut non ulteriorem dispectionem admitterent, nunc vero, etsi certum sit, clero jam antiquis temporibus una cum negotiatione & mercatura prohibitas etiam esse usuras, ut facile patet ex *canon. 6. prioribus caus. 14. q. 4.* adde Ziegl. *de Episc. lib. 4. c. 12. §. 4.* atque

Origo sententiæ affirmativæ non accurate a Maresio narrata.

etiam intuitu nostrorum Ecclesiæ ministrorum negotiationes fœnerarias esse valde indecoras & prohibendas. vid. Brunnem. *l. t. c. 6. m. 10. §. 6. ibique* Stryk. *in notis*, tamen non sequitur, quod ideo usura omnis postea etiam Laicis fuerit prohibita. Nam alias etiam debuisset omnis negotiatio Laicis interdici. Accedit, quod qui de Laicis loquuntur Canones in decreto, nimirum *can. 7. seq. d. q. 4.* si non æque vetusti, tamen non multum juniores sint canonibus illis, qui de Clericis loquuntur. Ut taceam, quod rationes canonum, usuras omnes pro illicitis habentium, sint universales, æque ad clericos ac laicos pertiuentes. Ergo de origine & progressu doctrinæ de crimine usurario res paulo distinctius est proponenda. Nimirum notum est *Deuter. 23. v. 19. & 20.* prohibitum esse, ne frater a fratre, id est Israelita ab Israelita usuras quascunque acciperet, sed tamen simul permissum esse, ut ab extraneis accipere liceret. Porro *Ps. 15. v. 1.* dicit David: *Jehova quis commoraturus est in tentorio tuo? quis commoraturus in monte sanctitatis tuæ? Qui pecuniam non exponit fœnori.* Denique ipse Salvator *Lucæ 6. v. 35.* præcipit: *diligite inimicos vestros & benefacite & mutuum date nihil inde sperantes.* Hos textus sic interpretati sunt Lactantius, Basilius Magnus, Gregorius Nyssenus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Bernhardus, quorum loca quædam relata sunt in Decreto a Gratiano *d. C. 14. q. 3. & 4.* quasi usuræ in universum sint illicitæ, atque hæc sententia postea, cum Aristoteles in scholas introduceretur, a Scholasticis communiter fuit defensa, quia & Aristoteles *l. 1. de rep. c. 10.* usuras damnavit. Imo & Seneca in usuras invehitur *lib. 7. de benef. c. 10.* Atque sic factum est, ut Alexander III. seculo 12. non solum in concilio Lateranensi, sed & in variis constitutionibus, quæ pene solæ *titulum extra de usuris* implent, hoc delictum usurarium pro maxime atroci declaraverit & graves pœnas in usurarios constituerit (conf. Cuchum *d. l. p. m. 243.*) cujus vestigia postea pressit Gregorius X. in seculo 13. atque non solum adversus ipsos usurarios, sed etiam adversus eorum fautores graves pœnas decrevit relatas *eod. tit. in 6.* Tandem Clemens

Potius deducenda ex Patribus non recte exponentibus dicta Scripturæ,

accedente postea autoritate Aristotelis, & Senecæ.

Ejus sententiæ canonizatio seculo 12.

seculo 13.

V,

V. seculo 14. *clem. un. h. t.* non solum magistratus excommunicavit, qui de usuris solvendis statuta ordinaverint, fecerint, scripserint, vel dictarint, vel secundum ea statuta judicaverint, sed & eos, qui saltem defendere ausi fuerint, usuras exercere non esse peccatum, voluit ut hæreticos esse puniendos, simul Episcopis & inquisitoribus hæreticæ pravitatis injungens, ut contra eos, quos de errore hoc diffamatos invenerint, aut suspectos de hæresi, procedere non omittant. Post hunc pontificem non deprehenditur aliqua nova constitutio, neque in duobus extravagantium libris, neque in septimo decretalium. Apparet autem ex hactenus dictis, quod multi viri sagaciores tam ex laicis quam clericis senserint & palpaverint istam doctrinam communem Canonistarum esse erroneam & falsam, atque adeo de usuris statuta fecerint earumque licentiam determinaverint, donec Clemens V. metu inquisitionis tanquam de hæresi fautores sententiæ illius deterreret. Unde mirarer, qui factum fuerit, ut Maresius in loco ab initio descripto negaret, causarum usurariarum cognitionem inquisitorum foro subduci & reservari judiciis ecclesiasticis ordinariis, nisi viderem ab eo citari Eymericum, qui paulo post illam constitutionem Clementis V. teste Limborchio *in syllabo Autorum* operi *Historiæ Inquisitionis* præmisso per 44. annos inquisitor hæreticæ pravitatis fuit, unde etiam in toto opere Limborchiano nihil de fœnoribus & usuris continetur. An forte id ideo factum, quod, cum tantum inquisitores juberentur inquirere in defensores sententiæ, quod usuræ non sit peccatum, nemo postea inventus fuerit, qui istam sententiam publice defendere ausus esset etsi ipsi usurarii & eorum fautores non desinerent? Sane ipsa sententia hæc Canonistarum tam altas radices egit in animis omnium eruditorum, ut initio reformationis ipse Lutherus & Melanchthon eandem defenderint, itemque postea Brentius, Urbanus Regius, Hieronymus Wellerus, ex Reformatis vero Musculus, Hyperius, Borrhaus, Aretius, Ivellus &c. Contra in diversum abierunt ex Reformatis Oeculampadius, Buccrus, Bullingerus, Calvinus, Viretus, Zanchius, Danæus, Tossanus, Junius, Martinius, Keckermannus, Zepperus, Rivetus, Amesius, Wollebius, Cloppenburgius. Præcipue ve-

& 14.

(An causarum usurariarum cognitio pertineat ad tribunal inquisitionis?)

Sententia Canonistarum etiam defensa a Theologis præcipuis Lutheranis, & a quibusdam ex Reformatis. Negativam contra de-

fendere inceperunt Theologi Reformati, vero ex his Calvinus peculiari responso de usuris non minus odium Pontificiorum, quam Lutheranorum sensit, illis objicientibus, quod fœneratorum causam tuendam susceperit, his vero ipsi imputantibus, & exprobrantibus, quod duo ministri Genevæ depositi instigante scilicet Calvino, ideo fuerint, quod usuram, quam status ille probaverat, dixissent illicitam. *sequentibus eos multis Lutheranis.* Quemadmodum autem Rivetus Pontificiis os obturavit, ita mox ex Lutheranis cum Calvino de usuris idem sentire cœperunt, Chytræus, Pelargus, Heerbrandus, Schnepfius, Bidenbachius, Hunnius, Gesnerus, Hoe, Gerhardus, Backmeisterus, Meisnerus, Tarnovius, Jacobus Andreæ, Balduinus, Brochmannus &c. ICtos quod concernit, dicitur primo Carolus Molinæus defendisse, usuram, nisi fraus adsit, aut nisi debitor nimium opprimatur, licitam esse, ipsum tamen fateri, quod Doctores omnes a sexcentis annis contrarium docuerint. Ejus sententiam postea secuti sunt Hugo Donellus & Petrus Heigius, contra quos ex Pontificiis prolixe disputat Honoratus Leotardus *libro singulari de usuris & contractibus usurariis coercendis quæst. 3.* *Renovatio hujus controversiæ in Belgio seculo elapso.* Superiori seculo in Belgio hæc quæstio valde agitata fuit, dum Gisbertus Voëtius & ejus asseclæ fœneratores trapezitas nollent admittere ad sacram cænam, (vide Gisb. Voetium *Polit. Eccles. lib. 2. tr. 2. sect. 4. cap. 3. p. 779. seq.*) contra Salmasius, qui eo tempore tria volumina ediderat ad materiam usurariam pertinentia, unum *de usuris*, alterum *de modo usurarum*, tertiam *de fœnore trapezitico*, in horum ultimo (ut ex indice sub vocibus *fœnus* & *usura* patet) multa de moralitate usurarum & positis certis circumstantiis licentia differuerat, & inprimis defenderat, magistratum, prætendentem, Trapezitas institutos esse in utilitatem pauperum, cum contra Voetiani clamarent in concionibus, pauperes a trapezitis opprimi. Huic loco Salmasii peculiarem tractatum in favorem Voetianorum opposuit Boxhornius *de trapezitis*. Pro magistratu vero adversus Voëtianos disputavit & summatim dicta a Salmasio latius deduxit Martinus Schoockius, *Exercit. Variar. 28. de usura trapezitica a p. 430. ad p. 498.* Sed & ex Theologis Belgis non pauci Voëtianis contradicebant, quos inter etiam erat Servatius Gallæus *in notis*

ad

ad Lactantium anno 1660. editum p. 84. seq. p. 608. seq. & p. 744. seq. adversus quem ex Pontificiis anonymus Parisiis anno 1677. scriptum edidit, sub titulo: *defence des sentiments de Lactance sur le sujet de l' Usure* &c. sed pro more Canonistarum non tam rationibus quam autoritatibus Patrum & juris Canonici pugnans. Novissime ICtus plane eximius Gerardus Noodt in utilissimo tractatu *de fœnore & usuris Lib. 1. a cap. 4. ad 12.* quæstionem de moralitate usurarum tam plene, perspicue ac solide tractavit, & sententiam Anti-Voetianorum defendit, ut quod ei addam, nihil habeam. Pleraque etiam quæ hactenus de historia hujus controversiæ tradidi partim ex ipso, partim ex Schockii modo citata exercitatione excerpsi. Summa responsionum ad loca scripturæ supra memorata, quæ Canonistæ pro sua sententia adducunt, eo redit: Statim ex ipso loco Deutronomii apparere, prohibitionem usurarum non esse juris divini universalis, cum alias ne quidem permissum fuisset, ut eam Judæus ab Extraneis acciperet, sed eam pertinere peculiariter ad statum reipublicæ Judaicæ, (Confer Burnetum *Hist. Reform. Anglic. Part. 2. libr. 1. p. 293.*) & quamvis Ambrosius *can. ult. caus. 14. q. 4.* extraneos in loco Deuteronomii intelligat in specie de populis excidio a DEO destinatis, non de extraneis omnibus, istam tamen expositionem non fundatam esse in regulis bonæ interpretationis, probavit Nodtius *d. l. c. 10. p. 64. seq.* Porro quæ David in Psalmis de pietate & sanctitate ejus, qui pecuniam suam non exponit fœnori, prædicat, haudubie intelligenda sunt secundum intellectum legis Mosaicæ; quam etiam regulariter in disputationibus cum Pharisæis & doctrinis adversus eorum tradita, præ oculis habuit Christus, nisi aliud ex circumstantiis appareat. Et quidem in illo loco, qui a dissentientibus adducitur, ubi Christus *jubet mutuum dare nihil inde sperando*, Christus præsupponit jam legem Mosaicam de usuris a fratribus non accipiendis, adeoque non de his primario, sed de ipso mutuo gratuito agit, quod illud indigentibus, etsi inimicis ex animi generositate & liberalitate dandum sit, etsi de restitutione quis sit incertus. Arcanum Politicum, quod sub communi Canonistarum doctrina latet, eo per-

Commendatio tractatus Nodtii de fœnore & usuris.

Responsio ad loca Scripturæ, ad quæ Canonistæ provocant.

Arcana Politica sub doctrina Ca-

Usura quid sit, & unde dicta: & habens possessionem in pignus recepta pecunia, si recuset fructus in sortem computare, usuras committit.

§. I.

C.14.q.3. VSura est, (276) quidquid ultra sortem mutuatam (277)

nonistarum latentia. pertinet, partim, ut Patrum Ecclesiæ expositiones Scripturæ parum rationales non excusentur, sed quasi articuli fidei essent, canonizentur, & dissentientes ut hæretici intimidentur, ac ita autoritatis præjudicium in Laicis altas radices agat, & infallibilitas Cleri confirmetur; partim ut Laici, dum Clerus, etsi ditissimus mutuum ab eis petat, non auderent loco usurarum vel tantillum a Clero postulare &c. T.

ad §. I.

Usura mentalis. Mutuum palliatum. Alia varia. (276) Canonistæ usuras tam absolute damnant, ut etiam mentalem includant. Mentalem autem usuram dicunt, quando quis mutuat eo animo, & intentione ut lucrum ex mutuo accipiat, citra conventionem expressam vel tacitam. Quæ tamen sententia ita deinceps temperata ab aliquibus fuit, ut tum demum mentalis intentio & spes lucri usurarium facere crederetur, quando est principalis & primaria, non quando minus principaliter & in quandam consequentiam lucrum speratur. Augustin. Barbos. *in c. consuluit. 10. X. de usur.* Henr. Canis. *de usur. c. 1. n. 5.* Videntur autem Canonistæ usuras damnare odio fere solius nominis, & si in causa mutui excessivum quid sine ullo justi velamine recipiatur. Usuræ enim vitium in contractu mutui proprie, non aliis contractibus, committi docent. Fern. Vasqv. *lib. 6. controv. c. 60. n. 8.* Quod si in cæteris quoque tale quid excessivum accipiatur, degenerare illum ajunt in mutuum. H. Canis. *de usur. c. 1. n. 14. & c. 3. n. 2.* Gars. Mastrill. *decis. 106. n. 2. seq.* idque mutuum interpretativum, palliatum & reductivum dicunt, P. Gregor. Tholos. *l. 1. de usur. c. 3. n. 1* Læl. Zech. *de*

(277) percipitur : dicta ab usu, quia scilicet pro usu

---

de usur. c. 1. n. 3. Sig. Scaccia *de commerc. §. 1. q. 7. p. 1. n. 25.* In ipso contractu mutui prohibitas volunt usuras tantum lucratorias, non compensatorias, sed his tamen tam prolixum largiuntur ambitum, ut nemo lucratorias se percipere usuras, consiteri necesse habeat, omnes compensatorias se stipulatos esse, tuto asseverare possint. Ita statuit Paulus Laymannus *theol. moral. lib. 3. tr. 4. c. 16. n 9.* probabile periculum damni, cui mutuator se exponit, si homini non industrio & pluribus debitis obstricto mutuo det, æstimari, & idcirco interveniente pacto aliquid exigi posse, quia quivis prudens mallet decem florenos v. g. donare, quam centum tali homini credere aut mutuo dare, & esse hic contractum innominatum suapte natura iustum : *Subjiciam me periculo intui gratiam, si dederis mihi decem florenos.* Ecce vero, quis porro tam rudis erit inter usurarios, qui non aliquod caussari posset periculum? quid non singet sibi, patente hac usuras velandi ratione? Sed nec omnes abhorrere jus canonicum usuras patet ex perceptione annuorum redituum omnibus Canonistis probata, quam, ut maxime emptionis & venditionis contractu interveniente licitum fieri contendant, istos tamen annuos reditus in vicem usurarum & fraudem legis primum inventos fuisse, erudite tradit G. Franzkius *l. 1. resolut. 1. n. 56.* Z.

(277) Hodiernis Casuistis non semper est usura, quod ultra sortem mutuatam percipitur. Reperta enim est Stephano Baunio ratio pecuniæ non minus augendæ, quam augetur fœnore. *Is,* inquit, *a quo mutuo petitur pecunia, sic respondebit: Non est mihi pecunia, quam mutuo dem, est tamen, quam licita ratione collocem, ut ex ea legitimum mihi redeat lucrum, quamobrem si pecuniam ea conditione velis accipere, ut ex ea in commune negocieris, fortasse adduci possum, ut isto pacto dem; veruntamen, quia de lucro faciendo difficile convenitur, si tu mihi certum aliquid assignare volueris, facilius inter nos contrahemus,* *Fraudes novorum Canonistarum in expositione doctrinæ veteris.*

a) *c.1.2. & c. conquestus extravag. eod. tit.*

usu pecuniæ (278) recipitur. Unde a) & si quis pignoris obtentu rei alicujus nactus fuerit possessionem, si sortem suam deductis expensis (279) de fructibus jam

ac tibi statim pecuniam numerabo. Ista via, nisi fallor, plerique seculares, qui fœnoribus justam in se DEI indignationem instigant, cum salute animæ suæ pulchre, honeste, licite pecuniam quærere possunt. Alii, inter quos Escobarius, docent methodum dirigendæ intentionis, per quam evitetur istud crimen. Ita enim docet ille *Tr. 3. exam. 5. n. 4. Intenditur, ut de usura mentali ordiamur, lucrum ex mutuo, tanquam debitum ex justitia, estne usura? Ita plane. At si tantum ex benevolentia? nequaquam. Porro ex mutuo lucrum immediate intendere non licet, nec principaliter, nec minus principaliter; at vero lucrum intentum mediante benevolentia, non est usura. Et num. 33. Non est usura, nisi expectetur aliquid ex vi mutui, & cum civili obligatione. Unde sperare per mutuum aliquod donum ex gratitudine mutuatarii, non est usura mentalis; nec tale donum ex tali obligatione exigere, est usura realis.* Et huc pertinet peracuta methodus, quæ fit per contractum Mohatra dictum. Z.

Objectio.

(278) Usus pecuniæ consistit in abusu & consumptione. Dici ergo nequit, dari usuram pro usu pecuniæ, quæ consumpta periit utenti. Z.

Origo emtionis cum pacto de retrovendendo.

(279) Pactum antichreseos illicitum esse & usurarium plerique volunt Canonistæ & per consequens absque peccato exerceri non posse; sed fructus perceptos cum iis qui percipi potuerunt ex pignore, & damno in pignore dato, in extenuationem sortis imputari oportere, & si quid forte his subductis superexit, restituendum esse debitori, salvis tamen & ipsi creditori expensis in rem factis, & si quid aliud ipsi aberit ratione interesse. Ut autem evitetur pactum ejusmodi usurarium & nihilominus creditori quoad perceptionem fructuum consulatur, consulit Dominic. Soto *de just, & jur. lib. 6. qu.*

jam perceperit, (280) si eandem debitori restituere re-

qv. 1. art. 2. in f. ut Creditor rem, quam alioqui debitor pignori destinaverat, certo precio emat cum pacto retrovendendi, hac enim ratione fructus aliasque obventiones lucro emptoris cedere. Ita scilicet semper datur evadendi occasio, ne in leges impingere dicamur. Z.

(280) Sed præiverunt Canonistis, quoad emtionem cum pacto de retrovendendo Doctores Juris Civilis. Latius id thema tractavi in *dissert. de usu pract. distinct. inter emtionem cum pacto de retrovend. & contract. pignor.* Summa ibi dictorum hæc est in *cap. 2.* Pignus inventum esse in securitatem creditoris, & esse moribus gentium contractum non principalem sed accessorium præprimis mutui. Securitatem creditorum consistere 1) in possessione pignoris, 2) ut pignus valeat ultra quantitatem debitam, 3) aut æstimatio pignoris fiat secundum tempus præsens, quo res pignori datur, & 4) quanti vendi potest pretio communi, 5) ut pignus habeat pretium durabile; 6) in rebus sterilibus sufficere rei custodiam, in non sterilibus 7) ulterius requiri, ut fructuum perceptio relinquatur creditori; idque præsumi, nec opus esse pacto antichreseos; imo creditorem jure gentium non esse obstrictum ad reddendas rationes. 8) Si certum tempus ad reluitionem sit determinatum, finito illo tempore abstrahendo a legibus positivis rem oppignoratam in commissum cadere, atque adeo eam postea vendi posse a creditore sine restitutione pretii superantis, pendente vero tempore etiam vendi posse jus creditoris in pignore. At 9) si tempus sit indeterminatum, saltem jus pignoris a creditore vendi posse. Porro jus creditoris in res non steriles oppignoratas jure gentium esse dominii revocabilis speciem, cujus periculum adeo sit creditoris, ut non possit repetere mutuum pignore perdito, & etiam debitoris, intuitu pretii pignoris, excedentis summam quantitatis debitæ. Quod jus Romanum

Natura pignoris secundum principia Iuris Gentium.

Secundum principia Iu-

recuset, & perceptos fructus in sortem computare, (281)

---

ris Romani veteris, num attinet, olim duobus modis jus pignoris fuisse constitutum, partim simplici depositione, partim fiducia. Fiduciam verosimiliter fuisse contractum, quo pignus solenni mancipatione tradebatur creditori, ut si determinato tempore debitor solveret, id ei remanciparetur, si non solveret debitum, ut pignus caderet in commissum, id est, ut creditor illud quiete possideret, ne posset illud relui a debitore tempore elapso, at si creditor fiduciam postea distraheret, superfluum debitori restitueret. Inde vero sequi, in contractu fiduciæ dominium non statim transisse ad creditorem. Porro sustulisse legem

Et novioris, potissimum Justinianei. commissoriam, adeoq; simul fiduciam veterum Romanorum, Constantinum M. & a Justiniano ex corpore juris eam plane fuisse expunctam

Pignoris Justinianei cum pignore Juris Gentium convenientia, vel deletam. Pignus vero Justinianeum in eo convenire cum pignore juris gentium, quod sit contractus accessorius in securitatem crediti; quod transeat ad creditorem detentio pignoris donec debitum solvatur; quod pignus valeat ultra quantitatem debitam; quod æstimatio pignoris fiat secundum tempus præsens, quanti id vendi possit pretio communi; quod pignus habeat pretium durabile; quod in re sterili oppignorata sufficiat rei custodia absque potestate utendi.

Et differentia. Contra differre in eo, quod Jus Romanum etiam in rebus non sterilibus nihil aliud voluerit transire ad creditorem, quam possessionem & custodiam, potestatem vero utendi & fructus percipiendi, non nisi ex pacto antichreseos, in tantum, ut si tale pactum non fuerit adjectum & creditor invito debitore re oppignorata utatur, actione furti conveniri possit, & fructus percepti qualescunque imputentur in sortem & usuras; Secundam differentiam esse, quod, cum apud Romanos legitimus usurarum modus determinatus esset, etiam ubi pignori pactum antichreticum esset adjectum, non licuerit tamen legitimum hunc usurarum modum in perceptione fructuum excedere, adeoque creditorem rationem de perceptis fructibus reddere debuisse; Tertio, quod lex commis-

(281) proculdubio usurarum committitur crimen. (282)

Pœnæ

---

missoria cessaverit, adeoque pretium rei oppignoratæ excedens pecuniam creditam debitori & ejus heredi fuerit reddendum. Quarto, quod jure Justinianeo creditor in pignore non sterili non habeat dominium revocabile, sed quod dominium apud debitorem maneat, neque adeo in pignore periculum creditoris sit, sed solius debitoris. Uti vero ibidem probavi, rationes harum differentiarum subtiles magis esse quam solidas, ita simul ostendi, non cohærere in eo doctrinas juris Romani, quod omnes illæ differentiæ apertissime eludi potuerint per venditionem cum pacto de retrovendendo, cujus adeo rarissimus usus fuerit, si Romani pignoris naturam intactam reliquissent; at postquam Romani creditori dominium in pignore & potestatem fructuum percipiendi, aut certe ultra consuetum usurarum modum percipiendi denegassent, & pactum legis commissoriæ sustulissent, atque onus reddendarum rationum de fructibus peceptis ei imposuissent, nullum esse dubium, frequentiorem fuisse usum venditionum cum pacto retrovendendi, cum in his creditori seu emtori omnia illa licerent, quæ non licebant in contractu pignoris. Etsi igitur in eo differat jus Canonicum a civili, quod in pignore plane nullum pactum antichreseos admiserit, quia videlicet usuras in universum damnat, non tamen vel fraudi Canonistarum vel stupiditati eorum est imputandum, quod admiserint venditiones cum pacto de retrovendendo, cum tales venditiones ab ipsis non sint primitus inventæ, & Doctores juris civilis æque non senserint, ejusmodi venditionibus tolli omnes cautelas & leges usuras vel in universum, vel ultra determinatum modum prohibentes. T.

Elusio differentiarum harum per venditiones cum pacto de retrovendendo.

Excusatio Canonistarum.

(281) Non solum percepti fructus, sed etiam qui culpa Creditoris percepti non fuerunt, una cum damno dato in sortem imputari debent. *l. 2. al. 3. C. de pign. act.* Quæritur tamen, annon ini-

Variæ observationes.

Pœnæ usurariorum sunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum & officiorum & ecclesiasticæ sepulturæ amissio.

§. 2. Multiplicibus autem pœnis sacri Canones usurarios insequuntur: nam præter inustam infamiam, (283) nec ad Christianam, (284) nec ad communio-

iniqua sit particularis hæc ex annua fructuum perceptione solutio? Et respondet Canisius *de usur. c. 5. n. 25.* sibi imputare debere creditorem, quod cum nullo jure cogeretur ad mutuandum (imo vero cogitur ille jure naturæ, ut proximo subveniat) hanc sibi necessitatem imposuerit, ut ex fructibus rei pignoratæ velit sortem suam colligere. *Z.*

Usuræ quando illicitæ. (282) Usuræ per se non sunt illicitæ, nec furtum inferunt. Mœstert. *de Just. Leg. Rom. lib. 2. dub. 20.* Dn. Pufendorff. *de J. N. & G. l. 5. c. 7. §. 8. seqq.* Sed si quid vitii hic concurrat, hoc omne est ex personarum ratione; Si enim ab illo usuras exigam qui nihil lucri ex pecunia mea quærere potuit, sed suæ tantum consulit inopiæ, peccatum est manifestum. Vid. Dn. Osiander *ad Grot. lib. 2. cap. 12. §. 20. obs. un.* S. *p. 731.*

ad §. 2.

Quid jure civili? (283) Etiam de jure civili infames fiunt improbi fœneratores *l. 20. C. ex quib. caus. infam. irr.* ubi improbum fœnus vocatur, quod est ultra modum præscriptum *l. 26. §. 1. C. de usur.* Istam tamen constitutionem extendit Bachovius ad jura recentiora, quibus omnino usuræ prohibentur, in Treutl. *vol. 2. disp. 3. th. 3. circa fin. Z.*

Explicatio. (284) Communio Christiana consistit in unione Ecclesiæ tanquam corporis cum Christo, capite & membrorum ejus inter se. Atque idcirco avulsus veluti est & abscissus ab hoc corpore, qui non communicat cum Christo aut cum reliquis membris. Tales di-

munionem *b*) admittuntur altaris, nec quisquam de *b*) *c. quia in* manu eorum oblationes (285) accipiet. Et si clerici *extr. cod.* fuerint, *c*) tam officii, quam beneficii ecclesiastici *c*) *c. praeterea eod. tit.* periculum patientur. (286) Nullus quoque sub poenis Gregoriana *d*) constitutione (287) comprehensis, *d*) *c. 1. & seq. eod. tit. in 6.* manifestis usurariis (289) aut locabit domus, aut conducere

dicit autor esse usurarios, quippe quos excommunicari jubet *c. 7. X. h. t.* Z.

(285) Oblationes dicuntur res illae, quae intuitu religionis immediate DEO ab hominibus absque immolatione exhibentur, ut scilicet vel in usum Ecclesiae vel in usum ministrorum cedant. Earum faciunt tres species; prima dicitur donatio rei inter vivos facta DEO & Ecclesiae; secunda dicitur donatio causa mortis, quae fit pro animae redemptione; tertia dicitur usualis, & est illa, quam faciunt fideles, dum offerunt ad altare, vel ad manum sacerdotis. Aug. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 3. c. 23. n. 2. 3.* Apud veteres Christianos oblationes fiebant a communicantibus, nec a non communicantibus olim oblationes recipiebantur, & consistebant istae oblationes in pane, vino, aliisque similibus, quae esui erant, it. in pecunia aut alia re mobili. Vid. Dorsch. *ad diatypos. Concil. Nicaen. sect. 2. n. 21. 22.* Z. *Oblationes quid & quotuplices sint?*

(286) Non quidem ipso jure, sed per sententiam judicis. Canis. *de usur. c. 8. n. 1.* Z. *Limitatio.*

(287) Quae habetur in *c. 1. de usur. in 6.* qua ipsa non quidem diserte exilio puniebantur usurarii, sed per indirectum tamen cedere loco cogebantur, perinde ut illi, quibus aqua & igni olim interdicebatur. Z. *Declaratio.*

(288) Manifestos usurarios dicunt, qui vel foenus palam exercent, vel id in judicio confessi sunt, vel de eo condemnati sunt sententia judicis. Canis. *de usur. c. 7. n. 3.* Jul. Clar. *sent.* *Manifesti usurarii qui?*

ductas habere permittet: sed & si in hoc scelere decesserint ecclesiastica carebunt sepultura. (289)

Licet quis de usuris satisfieri mandet per hæredem, non tamen est tradendus ecclesiasticæ sepulturæ, donec fuerit satisfactum: & contra faciens incurrit pœnas eorundem, & testamenta usurariorum non valent.

c) *c. 2. eod. tit. in 6.* §. 3. Et id adeo obtinet, ut c) etiam si morituri in ultima voluntate de usuris satisfieri expressa quantitate, vel indistincte mandaverint, donec secundum Gregorianæ constitutionis tenorem satisfactum fuerit, (290) ecclesiastica sepultura carere debeant. Quicunque vero manifestos usurarios contra prædictæ factionis formam tumulare ausi fuerint, pœnæ Lateranensis concilii (291) contra usurarios promul-

---

tent. lib. 5. §. Usura. n. 15. Quod vero putant aliqui, ad probandum usurarium manifestum sufficere testes singulares, id recte negat & refutat Gregorius Sayrus *in clav. reg. lib. 12. c. 21. n. 17.* Z.

Ratio. (289) Quia scilicet per excommunicationem, qua notantur, privantur omni Ecclesiæ commercio, usque dum pœnitentiam egerint. Et huc facit mandatum Sereniss. Elect. Saxon. *de anno 1625.* ibi: daß sie nach ihrem Tode mit Christlichen und gebräuchlichen ceremonien nicht bestattet werden. Z.

ad §. 3.

Declaratio. (290) Aut saltem de restitutione facienda fuerit cautum *c. 2. de usur. in 6.* Z.

Alia, & ampliatio. (291) Quæ est, ut, qui tales usurarios sepelire ausi fuerint, ab officii sui maneant executione suspensi, donec ad arbitrium Episcopi satisfaciant. *c. 3. X. de usur.* Noviori jure etiam ipso facto sunt excommunicati *c. 1. de sepultur. in Clementin.* Z.

(292)

mulgatæ ſubjiciendi erunt. Teſtamenta *f*) quoque *f*) *d. c. 2.* ab eisdem facta, aliter quam ſecundum dictæ conſti- *in fin.* tutionis formam non valebunt, ſed ipſo jure erunt irrita. (292)

Non debemus facere malum, ut poſtea faciamus bonum: & ſi non ſint, quibus reſtitui poſſint uſuræ, eroganda ſunt in pauperes: & paupertas excuſat a reſtitutione.

§. 4. Nec quicquam *g*) proficiet, quod quis *g*) *c. ſuper* pro captivis redimendis, vel eleemoſynis dandis *eo ubi gl.* (293) ſeſe uſuras exercuiſſe alleget: nec enim pro- *extr. eod.* pterea magis cum uſurario diſpenſari poterit, cum pro vita alterius nec mentiri †) quidem, (294) nedum ra- †) *c. ne quis* pe- *22. q. 2.*

(292) Quod extendunt etiam ad donationes, quæ fiunt *Extenſio &* cauſa mortis, Joh. Dilect. *de art. teſtand. cautel. 7. n. 2.* uti & ad *conſilium* codicillos Caniſ. *de uſur. cap. 7. n. 8.* Ei autem, qui ab uſurario *pro herede.* manifeſto heres eſt inſtitutus nulla præſtita cautione, conſulit Joh. Dilectus *d. l. n. 4.* ut tranſigat ratione uſurarum cum ſummo Pontifice aut Epiſcopo loci, & ſic hæreditatem impetret, quod tamen meræ videtur eſſe gratiæ. Z.

ad §. 4.

(293) Secundum vulgatum illud: non ſunt facienda ma- *Ratio.* la, ut inde eveniant bona. Atque hinc recte dicitur in *c. non eſt 1. q. 1.* non eſſe putandum eleemoſynam, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, quia qui hac intentione mala accipit, ut bene diſpenſet, gravetur potius quam juvetur. Z.

(294) I. Diſſentit Hugo Grotius *lib. 3. de jur. bell. & pac. c.* *Conciliatio* *1. n. 16.* cujus ſententia hactenus probari poteſt, quod in tali ca- *cum diſſen-* ſu non proprie committatur mendacium, ſed tantum occultatio ve- *tientibus.*

 ri.

*) *cap. cum in eod.*

pere liceat. Plane *) si nec ii, a quibus quis usuras ex-

---

ri. Aliud autem est, non dicere veritatem, aliud mentiri, cum in mendacio dolus sit, qui non semper adest, ubi quis veritatem non dicit. Nec proinde omnis veritatis dissimulatio dolum continet, & pro mendacio est habenda. Z.

De moralitate mendacii officiosi.

II. Sæpe audivi regulas vitæ ex exemplis sanctorum male probari, v.g. Est quæstio apud Theologos & JCtos, *An mendacium, quod in nullius damnum, sed potius commodum alicujus cedit, sit peccatum?* Ubi sententia Augustini a plerisque laudata, quod affirmanda sit quæstio. Sed nonnulli defendunt talia mendacia, ut vocant officiosa, & utuntur exemplis obstetricum Ægyptiacarum, quarum factum videtur laudari, & aliis. Sed respondere soleo, sæpe laudari factum secundum quid; sicut Salvator noster factum injusti dispensatoris laudavit, scilicet providam curam, non factum improbum, nec corruptionem hæreditariarum tabularum *l. 18. pr. ff. fam. herc.* Et sane non dubito dicendum esse, *nullum factum sanctorum* (excepto Salvatoris facto) *in Scriptura ex asse laudari.* Omnibus enim adhæret aliqua infirmitas. Nota est phrasis B. Lutheri, justum in omni opere bono peccare; quo purior est hominis quid agentis intentio, eo melius est factum vel opus. Ideoque ex factis sanctorum pro rectitudine operis omnimoda, non potest firmum argumentum sumi. Obstetricum factum placuit DEO, quia DEO magis obediebant, quam Regi injusta imperanti; quia dilexerunt Israelitas & infantulorum vitæ parcebant, licet falsiloquium non potuerit placere. Sed quia aliam viam non poterant invenire, qua sibi ac Israelitis consulere possent, hoc medium apprehenderunt, quod in ipsis excusari potest. Hoc exemplo proferri solito declarabo, *Latrones a me quærunt, an is, cujus vitam petunt, sit in meis ædibus?* quæritur, quid agendum? Si nihil respondeam, res suspecta videbitur Latronibus; si indirecte respondeam, vel

extorserit, nec illorum sint hæredes superstites, non solum

vel ambigue v. g. me nescire in quo loco sit, scilicet in proprio, & in quo angulo sit, videtur esse æquivocatio, a nostris etiam improbata. Ergo inquiunt dicendum esse, non esse eum in ædibus meis. Sed infirmum hoc argumentum. Nam si mendacia officiosa jam publice & consensu publico probentur, id procul dubio Latrones & Tyranni scient; quid si ergo non contenti sint negativa mea, sed requirant etiam juramentum. Ergo perjurium etiam officiosum dabitur? Non certe. Dixerim, istis casibus excusandum esse mendacium, tanquam ex defectu alterius medii, quo salus hominis petiti expediri posset, ex quo tamen non sequitur, illud ab omni labe liberum esse. Ideoque Pastores non sint faciles in factis Sanctorum probandis, sed omnia expendant secundum trutinam Legis divinæ. Neque tamen ex infirmitatibus facienda peccata regnantia &c. B. *l. 6. 1. 22. p. 114.*

III. Recensetur ea (*sententia Augustini ad quam in nota præcedente provocabat Brunnemannus*) in *c. Primum est 8. Caus. 22. Q. 2.* ubi post octo species mendaciorum recensitas concludit: *Quisquis esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putaverit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.* Cæterum de hac materia mendacii, & an hoc aliquando licitum, Autor noster prolixe egit speciali Dissertatione de Mendacio, quæ hodie extat *in Comment. ad Pand. sub L. 11. ff. de interrog. in Jur. faciend. n. 16. seq.* Conf. Balth. Conrad. Zahnn. *Tr. de Mendac. lib. 1. cap. 42. n. 2.* Dn. Ziegler. *ad Grot. lib. 3. c. 1. §. 10. & 15.* D. Osiander. *in observat. ad Grot. d. l.* Quamvis Theologi non pauci mendacia officiosa admittant. Balth. Meisner. *in Philos. s. br. P. 1. Sect. 2. Q. 6.* Brochmand. *System. Theol. artic. 18. de Lege cap. 16. Sect. 2. Q. 1.* Videatur tamen omnino Dn. D. Calov. *in Bibl. Illustr. ad cap.* *An mendacium aliquando licitum?*

cap. 2. Jos. v. 4. ubi Augustini sententiam per compendium recenset, & probat. S. *p. 143. seq.*

Doctrina juris Canonici de moralitate mendacii ab Augustino hausta.

IV. Ut vides, in quaestione de moralitate falsiloquii vel mendacii omnes ex Protestantibus tam Theologi, quam ICti ad nostra tempora, provocarunt non ad rationes ex doctrina morali petitas, (haec enim exulabat illo tempore in Academiis, & loco illius catalogus quidam ineptus 11. virtutum Aristotelicarum cum aliis ineptiis scholasticis praelegebatur juventuti) sed ad Augustinum. Quaeris rationem? dabo. Initio in scholis a Pontificibus institutis aut confirmatis antiquitus docebantur septem artes liberales secundum Augustinum, postea, quamvis introduceretur in scholas etiam Aristoteles, non solum tamen ibi Augustini autoritas haudquaquam fuit deminuta, sed alia occasione magis aucta, dum in scholis constituerentur professores Juris Canonici, in decreto vero pene in singulis distinctionibus, causis & quaestionibus longe plura capitula ex Augustino, quam & reliquis Patribus omnibus allegari solent, unde non mirandum, quod totus mundus magis Augustinianus quam Christianus factus fuerit. Etsi enim Augustinus fuerit vir suo tempore maxime eruditus, tamen ex altera parte etiam notum est, quod eo seculo, quo vivebat Augustinus, jam barbaries & ignorantia sanae Philosophiae, praecipue moralis, regnaret, & adeo magis vitio seculi quam Augustini adscribi debeat, quod vir optimae intentionis saepius bona fide in doctrinis moralibus & explicandis dictis scripturae eo pertinentibus & falleretur, & alios falleret. Atque idem ipsi contigisse in quaestione de mendacii moralitate, testatur ejus liber peculiaris, quem de mendacio scripsit, & quae inde & aliis ejus libris excerpsit Gratianus *caus. 22. q. 2.* Speciminis loco dabimus saltem duos canones, videlicet *8. & 14.* in quorum priore recenset octo genera mendaciorum, in posteriore vero mendacium ab occultatione veritatis distinguit & tres saltem species mendacii ponit, easque inter se comparat. *Primum est*, (inquit *ind. c. 8.*) *capitale mendacium, longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis ad quod mendacium nulla conditione quisquam debet adduci. Secundum autem, ut aliquem laedat injuste, quod & tale est, ut nulli*

Autoritas Augustini in orbe Christiano unde?

Doctrina Augustini de mendacio.

nulli prosit, & obsit alicui. Tertium, quod ita prodest alteri, ut obsit alteri, quamvis non ad immunditiam obsit corporalem. Quartum, quod fit sola mentiendi, fallendique libidine, quod mirum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de suaviloquio. His omnibus penitus evitatis atque rejectis, sequitur sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si quispiam pecuniam alicujus injuste tollendam sciens, ubi sit, nescire se mentiatur, quocunque interrogante. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui: veluti si nolit hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur. &c. Octavum est genus mendacii, quod & nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immunditia corporali aliquem tueatur. &c. Non est igitur mentiendum in doctrina pietatis: magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacii. Non est mentiendum secundo genere, quia nulli facienda injuria est. Non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius injuria consulendum est. Non est mentiendum quarto genere, propter mendacii libidinem, quæ per se ipsam vitiosa est. Non est metiendum quinto genere, quia nec ipsa veritas fine placendi hominibus enuntianda est; quanto minus mendacium, quod per se ipsum, quia mendacium est, utique turpe est. Non est mentiendum sexto genere; neque etiam testimonii veritas pro cujusquam temporali commodo ac salute corrumpitur, ad sempiternam vero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio &c. Neque septimo genere mentiendum. Non enim cujusquam commoditas, aut salus temporalis perficiendæ fidei præferenda est. Nec se quisquam in recte factis nostris tam male moveri sentiat, ut fiat etiam animo deterior, longeque a pietate remotior. &c. Nec octavo genere mentiendum est: quia & in bonis castitas animi, pudicitiæ corporis præfertur, & in malis id, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, nobis damnabilius est. In his autem octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur, quanto magis a primo recedit. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit putaverit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur a-

liorum. Deinde in *d. c. 14.* ait: *Ne quis arbitretur perfectum & spiritualem hominem pro ista temporali vita, in cujus morte non occiditur sive sua, sive alterius anima, debere mentiri. Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare: siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere; ut si quis forte vel ad istam visibilem mortem non vult hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius &c. Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa; cum aut jocamur, aut, ut proximis prosimus, mentimur. Illud primum in jocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, joci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Illud vero, quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est: tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commendavit, poposcerit; si forte gladium suum repetat furens, manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere. &c. Manifestum est non esse culpandum aliquando verum tacere, falsum autem dicere non invenitur concessum esse perfectis.*

Plurimae obscuritates in doctrina Augustini latentes & dubia contra eam.

Liceat jam pauca addere ad ostendendum, quod hæc doctrina Augustini non cohæreat, & cupidum veritatis lectorem magis confundat, quam ut erudiat. 1) Initio nullam regulam rationalem fundamenti loco ponit, unde rerum quarumcunque moralitas dijudicari debeat. 2) Quod vero mendacium in specie attinet, ejus turpitudinem alibi *c. 4. ead. q. 2.* exinde deducit, quia verba non ad fallendum, sed ad declarandas cogitationes hominum sint inventa, peccatum autem sit, uti verbis in alium finem, quam, in quem instituta sint. Sed facilis est responsio. Miscet enim Augustinus finem sermonis physicum cum morali, unicum cum primario, & non

non cogitasse eum ista scriberet vulgatum dicterium, unius rei plures esse fines. 3) Divisio mendaciorum in octo genera miscet diversa fundamenta dividendi adeoque non habet species juste appositas. Primum enim quartum & quintum genus vel sub reliquis comprehendi poterant, vel reliqua sub se comprehendere. Reliqua a fine vel effectu petita sunt, quod mendacia vel prosint, vel obsint, adeoque secundum & tertium ad unam classem commode referri poterant; sextum, septimum, octavum ad alteram, imprimis cum differentia, quæ inter hæc tria ultima est, ab objecto petita non videatur aliquid ad moralitatem mendacii facere. 4) Video equidem in fine canonis, quod Augustinus octo hæc genera constituerit ad ostendendos diversos peccatorum gradus in mendacio, sed & hic forte non pauca monenda essent, partim de ipsis gradibus, partim de usu hujus meditationis. Si de pœnis humanis mendacio infligendis Augustinus egisset, non fuisset ea nullius usus. Sed dum de peccati moralitate agit intuitu DEI, vereor, ut nullus sit ejus usus. Intuitu hominis etiam falsiloquium committentis usus erit exiguus. Nam sapiens & pius operam dat, ut ab omnibus peccatis abstineat, non ut eligat minora. 5) Video equidem, quod Augustinus dicat, priora quinque genera omnino evitanda esse, ex quo videtur sequi, reliqua tria non esse evitanda omnino, quod modo dictis repugnat. 6) Video porro, quod, si *cap. 14. cum cap. 6.* jungamus, Augustinus videatur id dicere voluisse, quod reliqua tria vitanda sint a perfectis, & adeo committi forte possint ab imperfectis, sed & hoc valde obscurum est. An enim peccata perfectorum putat esse venialia, imperfectorum mortalia? An per perfectos intelligit Clericos, per imperfectos Laicos? An forte sub conceptu perfecti respexit ad ideam Sapientis Stoicorum? Hinc facile sentis, quod novæ obscuritates hic lateant. 7) Si mendacium, quo innocentis vita conservatur, est peccatum minus, quomodo asserere potuit Augustinus, quod qui eo utitur, occidat animam suam pro corpore alterius. 8) Divisio mendacii in perniciosum, officiosum & jocosum, sæpius postea a Canonistis repetita originem quidem Augustino

ſtino d. bet, ſed & hujus intuitu multa eſſent monenda. Ita v. g. neſcio 9) ad quodnam ex octo illis generibus *cap. 6.* recenſitis referre velit mendacium jocoſum. 10) Si peccatum jocoſum non fallit, ut dicit Auguſtinus, quia ille, cui dicitur, intelligit, joci cauſa eſſe dictum, etiam non eſt mendacium, quia ſecundum ipſum Auguſtinum in *can. 4. d. q. 2.* formale peccati conſiſtit in voluntate fallendi. 11) Si tantum illud eſt mendacium jocoſum, quod alter, cui dicit, novit joci cauſa eſſe dictum, ut vult Auguſtinus *d. can. 14.* non video, quomodo idem *can. 18. ibid.* falſiloquium Joſephi ad mendacia jocoſa referre potuerit, neque enim ſciebant fratres Joſephi, joci cauſa a Joſepho id eſſe dictum. 12) Diſtinctio vero inter dicere falſum, & occultare verum tantum abeſt, ut dubia circa moralitatem falſiloquii occurrentia tollat, ut potius exinde occaſionem ſumſerint moraliſtæ ſubſequentium temporum, mendacia pernicioſiſſima ſub prætextu, quod in iis contineatur tantum occultatio veri, a claſſe peccatorum eximendi, & horrendam doctrinam de reſervationibus mentalibus harumque juſtitia proponendi. 13) Video equidem Auguſtinum iſtam diſtinctionem inveniſſe eum in finem, ut juſtificaret factum Abrahami dicentis Saram eſſe ſororem ſuam, ut apparet *ex can. 22. d. q. 2.* Sed ſi genuinis principiis doctrinæ moralis fuiſſet imbutus Auguſtinus, abſque iſtius diſtinctionis uſu longe aliter potuiſſet reſpondere ad objectionem illam. Alia ut jam taceam. Sed ut dixi, iſta nimia veneratio Auguſtini, & quod patrum dicta ſacris literis fuerint exæquata, effecit, ut confuſiſſima illa doctrina de moralitate falſiloquii regnaret in Academiis omnibus, etiam poſt reformationem, uſque ad tempora Hugonis Grotii, qui, niſi fallor primus *in libro 3. de Jure Belli & Pacis cap. 1.* diſtinctionem Auguſtini inter falſum dicere & verum tacere refutavit, atque docuit, diſtinguendum potius eſſe inter falſiloquium ſeu mendacium late dictum, & mendacium ſtricte dictum, per falſiloquium jus alterius lædens. Et quamvis ex commentatoribus Grotii non pauci, præcipue vero Zieglerus & Oſiander, receptam hactenus doctrinam defendere conati fuerint, ac Nicolaus Abramus Profeſſor Pontomuſſanus libro de veri-

Progreſſus doctrinæ Auguſtini.

Ejus deſtructio.

solum pauperibus (295) usurarum nomine acceptum ero-

---

ritate & mendacio Parisiis edito ex instituto Grotium perstringeret, quamvis etiam non diffitendum sit, Grotium in hac quaestione loca quaedam scripturae non optime explicuisse, (vid. Kulpis. *colleg. Grotian. exercit. 10. p. 125. seq.*) tamen post glaciem semel a Grotio fractam, facile fuit Pufendorffio. *lib. 4. c. 1. de jure Nat. & gent.* naevos doctrinae Grotianae emendare & pariter ineptias, ac pericula doctrinae communis evidenter ostendere. Paulo post, nempe anno 1676. Helmestadii Henricus Uffelmannus Professor Helmstadiensis in tractatu *de jure quo homo homini in sermone obligatur* doctrinam de veracitate justitiaria prolixius deduxit, & potissimum *cap. 9. & 13.* doctrinam Grotianam ac Pufendorffianam de mendacio confirmavit. Horum vestigia secutus operam dedi *in Institutionibus Iurisprud. divinae lib. 2. c. 8.* ut fundamenta doctrinae de moralitate mendacii & falsiloquii brevibus sed perspicuis positionibus includerem. Et ita factum est, ut nunc & Theologi nostri incipiant veritatem doctrinae Grotianae & Puffendorffianae rejecta doctrina Augustini gustare. Vid. Dn. Buddei *inst. Theol. Moralis Parte 2. cap. 3. sect. 5. §. 7. & 33. p. 715. & 745.* T.

(295) I. Ad pauperes vel etiam ad Ecclesiam tum demum devenitur, quando debitores, a quibus usurae exactae sunt, aut eorum heredes non supersunt, vel inveniri possunt. Et per consequens, si in vivis fuerit debitor aut ejus heredes, non excusatur usurarius, si id, quod ex usuris percepit, in ecclesiam vel pauperes contulisse dixerit. Z. *Declaratio.*

II. Obiter hic nota arcanum politicum quod sub hac doctrina latet. Cum enim pauperibus jubetur dari lucrum usurarium, & vero pauperum nomine eminenter veniant Clerus vel Monachi, facile patet, quod sub hoc praetextu lateat modus peculiaris acquirendi divitias absque peccato, earum rerum, quae Laici sine peccato retinere nequeunt. T. *Arcanum politicum.*

erogare poterit, verum etiam compellendus erit, nisi eum nota paupertas evidenter excuset. 296)

Non solum fœneratores, sed etiam illorum hæredes debent usuras restituere, nulla obstante appellatione.

§. 5. Nec tantum ecclesiastica districtione extortas usuras restituere (297) cogendus erit, qui fœneratus est, verum etiam *b)* filii, & quicunque extranei hæredes, (298) qui omnes super usuris conventi nullius appellationis remedio restitutionem subterfugere permittendi erunt.

b) c. tua nos eod. tit.

Iu-

Objectio.

(296) I. Illa excusatio non prorsus liberat, sed interim ei prodest, donec ad pinguiorem fortunam pervenit. Canis. *de usur. c. 7. n. 5.* De quo tamen valde dubito, cum ita non restituatur ablatum, aut propter quod locupletior usurarius factus fuit, sed aliud aliquid, & quod bono titulo acquiritur. Z.

Responsio.

II. Sed facile responderi potest ad hanc objectionem. Etenim notum est, quod usura potissimum consistat in perceptione rerum fungibilium, in quas non cadit affectio, & quorum una in commercio fungitur vice alterius. Adde quod etiam res non fungibiles pecunia æstimentur, & confer infra *notam 306.* in fine. T.

ad §. *5.*

Explicatio.

(297) Docent Theologi scholastici, quod usurarius, qui ex pecunia usuraria multa acquisivit, non teneatur ea restituere, sed tantum pecuniam, & id in quo alios damnificavit. apud Carol. Molinæum *tr. de usur. n. 628.* quo facit *l. 6. C. de R. V.* Z.

Etiamsi nihil ad eos perveniat.

(298) Quos compelli ad restitutionem debere volunt Canonistæ, etiamsi nihil ad eos pervenerit, ut saltem hoc modo expietur peccatum defuncti. Canis. *d. c. 7. n. 4.* sed id nititur prava Pontificiorum opinione de statu animarum in purgatorio, item de satisfactione, quæ etiam defunctis prodest, & ejusmodi aliis. Z.

ad

Iudex fœneratori potest præcipere sub pœna excommunicationis, tam ne usuras exigat, quam ut exactas restituat, non obstante iuramento præstito de non repetendis usuris.

§. 6. Sed & si quis sub usuris pecuniam acceperit, & de eis nunquam repetendis fœneratori juraverit, (299) *i*) adhuc Iudex usurarios per censuram ec-

i) *c. tua dudum eod.*

ad §. 6.

(299) Dupliciter a debitore propter usuras jurari potest, 1. quod usuras solvere velit, 2. quod usuras solutas repetere, aut etiam ab hoc juramento absolutionem petere nolit. De priore casu ita concludunt Canonistæ, jurantem a Creditore cogi posse, ut solvat usuras, sed postquam solvit, facultatem eum habere solutum repetendi & creditorem ad restitutionem per censuras Ecclesiasticas compellendi *c. debitores 6. X. de jurejur.* Rationem reddunt, quod juramentum hujusmodi ex parte jurantis licitum sit & servandum, ex parte vero Creditoris illicitum. Sigm. Scaccia *de commerc. §. 1. qu. 1. n. 403. seq.* Sed enim actio aliqua ut Creditori inde competat, forte concedendum non est. Esset enim illa vel ex contractu ipso, qui tamen ex mente Canonistarum juramento non confirmatur, vel ex juramento adjecto, quod tamen ex parte Creditoris illicitum est. Quod cum vidisset Didacus Covarruvias in *c. quamvis part. 2. §. 3. n. 4. de pact. in 6.* confugit ille ad subtilitates juris civilis, & actionem quidem DEO principaliter acquiri contendit, in utilitatem tamen creditoris, atque hunc ut adjectum solutioni considerari oportere, eum idcirco DEI nomine agere, & remittere quoque posse obligationem. At vero si illicitum est juramentum ex parte Creditoris, illicite etiam solutioni adjicietur, & sic neque propter juramentum DEO præstitum agere poterit. Deinde secundum explicationem Canonistarum juramentum non revera, sed dicis tantum causa

Doctrina Canonistarum de duplici juramento debitoris, cum censuris.

ecclesiasticam compellere poterit, tam ut ab earum de-

sa servatur & DEO graviter illuditur, dum ita solvuntur usuræ, non ut irrevocabiliter fiant accipientis, sed ut illico recipiantur. Ajunt etiam Canonistæ, posse jurantem petere a judice, ut compellat creditorem ad relaxationem juramenti, eaque obtenta nihil omnino teneri solvere. Sed profecto, dum jurans relaxationem petit, in effectu se firmiter obligatum esse negat, cum alias perjurii notam effugere vix posset, quia juramentum ex sua parte licitum est & subsistit. Et omnino serio rem promittere, & postea facto suo promissis contravenire contraria sunt, quæ a Canonistis conciliari nunquam possunt. Posteriore casu volunt, ad repetitionem usurarum præmittendam esse absolutionem a juramento, & ut tutius res agatur, posse absolutionem peti etiam ab eo juramento, quo de non petenda absolutione juratum fuit, Covarruv. *d. l. n. 3.* Sed enim conscientiæ suæ non satis consulit, qui contra juramentum suum agit, & alterum invitum ad restitutionem adigit. Supra enim dixi, juramenti hanc esse intentionem, ut res irrevocabiliter fiat accipientis, quæ intentio non retrahi potest ex eo, quod vitium aliquod ex parte Creditoris subsit. Nec vero simpliciter verum est, quod ubique ponunt Canonistæ, usurarum præstationem sua natura esse rem turpem & illicitam, directoque honestati naturali contrariam, hoc enim posito, uterque peccaret, non tantum qui accipit, sed etiam qui promittit solvitque usuras; cum tamen mediæ potius sint naturæ, & propter circumstantias demum illicitæ fiant. Neque negamus, posse Magistratum fœneratores justa ex causa vel ad juramenti remissionem condemnare & gravi insuper pœna afficere, vel etiam recta jurantem a vinculo juramenti habita diligentia circumstantiarum consideratione absolvere, quod tamen tum fere contingit, ubi aut a pauperioribus aut contra leges publicas usuræ acceptæ fuerint. Z.

desistant exactione, & juramentum remittant, (300) quam etiam, ut exactas restituant, ne de dolo & fraude quenquam contingat commodum reportare.

Iudæi satisfacere debent de immoderato gravami-

(300) Pontifices non semper hujus observationis (quod juramenta, quæ salva salute æterna servari possunt, sint servanda) memores fuisse colligo ex *c. 6. h. t.* Notum est, usuras de jure canonico prorsus esse prohibitas, & inter delicta Ecclesiastica relatas, uti ad *librum V.* ostendam. Quid ergo, si quis juramento se ad solvendum usuras obstrinxit, an eas solvere debet? Secundum adductam hypothesin neganda erat quæstio, quia peccatum involvunt, ut ipsimet statuunt. Sed aliter hoc casu philosophatur Alexander III. in *cit. c. 6.* & ait: *cogendi sunt domino reddere juramentum*: Ast vero I. Gregorius III. *in c. 1. X. h. t.* censuit, relaxanda esse talia super usuris solvendis præstita juramenta, quæ relaxatio, prout infra ostendam, præsupponit, juramentum robur non habuisse. II. Innocentius III. in *c. 10. X. h. t.* censuit, juramentum non valere, quo quis promiserat, se nec per se, nec per alium usuras jam solutas repetiturum esse: Si ergo usuræ jam solutæ non obstante juramento repeti possunt, quod contra legum prohibitionem solutæ sint, multo minus promissor obligatus erit ad illas solvendas. III. Ipse Alexander III. in *cit. c. 6.* Sophistam agit, jubendo, usuras quidem solvendas esse, sed repetitioni locum esse, & creditores Ecclesiastica autoritate cogendos esse ad eas restituendas. Si debitor enim obligatur ad eas solvendas, non potest indebite eas solvisse dici, & qui solvit, non eo animo solvit, ut eas repetat, sed ut creditor eas retineat, quin quod qui indebite scienter solvit, donasse videatur. Ita cum ratione sæpe insaniunt Pontifices, quod etiam interpretes agnoscunt, vocantes hoc rescriptum irregulare, obscurum, odiosum, erroremque su-

Similis censura contra c. 6. de jurejur.

mine Christianis, alias excommunicantur modo quo possunt.

k) c. post miserabilem. cum seq. eod. tit.

§. 7. Iudaei *k)* quoque, (301) si a Christianis quocunque praetextu graves immoderatasve usuras (302) extorserint & per seculares principes & potestates (303) il-

perstitione adumbratum. Vid. Ernest. Cothmann. *vol. 1. resp. XVIII. n. 213.* B. *ad tit. de jurejurando* §. *26. p. 1281.*

ad §. *7.*

Judaei foeneratores.

(301) Judei semper fuerunt strenui foeneratores, ita ut etiam proverbium fecerint, ut inter Christianos Judaei dicerentur, qui usuris nimium fuerint dediti. Z.

Objectio contra doctrinam juris Canonici de usuris.

(302) Epitheta ista non habentur in matrice, quae est in *c. post miserabilem 12. X. h. t.* Et credibile est, inserta ea fuisse ab autore ideo, quod Judaeis usuras tum a Pontifice Rom. tum ab aliis Principibus hodie permittantur. Extant duo in eam rem consilia apud Anton. Tessaur. *decis. 57.* & in fine additum est Sixti V. Pontif. diploma, quo Judaeis in Sabaudia annuatim octodecim pro quolibet centenario permittit. Ea sane annon gravis fuerit & immoderata usura, judicent illi, qui rerum harum aliquam habent notitiam. Et tamen quia haec a Pontificibus concessa est, non habenda erit pro usura, cum haec Canonistarum constans sit sententia, quod possit Pontifex contractum alias usurarium declarare non usurarium, uti habetur in consilio primo, quod est Amedei praesidis apud Tessaurum *d. l.* Quid igitur est, quod ita abhorreant Canonistae usuras, & natura illicitas faciant? Z.

Objectio & responsio.

(303) Sed allegabunt forte Judaei pro se, quod lege Mosaica ipsis quidem prohibitum sit usuras accipere ab aliis Judaeis, permissum vero sit eas accipere ab extraneis, quales sint respectu Judaeorum etiam Christiani. Verum respondeo, uti lex illa Mosaica per supra dicta erat mere positiva, & per extraneos ibi intelligebantur, qui essent extra eorum Rempublicam, hodie vero Rem-

illas remittere sunt compellendi: (304) & donec de immoderato gravamine competenter satisfecerint, ab universis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quam in aliis per excommunicationis sententiam (305) eis omnimoda communio denegabitur.

Ponuntur plures casus, quibus quis fructus in sortem computare non tenetur.

§. 8. Sunt tamen casus, (306) in quibus aliquid ultra *c. 1. in fine h. t.*

Rempublicam non habeant Judæi, sed dispersi sint in toto orbe, ac adeo in rebuspublicis Christianis soleant cum servis publicis comparari, non poterunt haberi pro extraneis. Deinde etsi Judæi lege illa Mosaica forte in hunc finem uti possint, ut probent, se non facere aliquid contra legem suam, tamen cum Christianos non obliget lex Mosaica, qua ceremonialis, aut forensis est, non prohibitum etiam est principibus Christianis restringere hanc eorum libertatem, adeoque ab horum arbitrio dependet in quantum permittere velint usuras Judæis aut eas prohibere. T.

(304) Sed cum usura sit crimen mere politicum, vel etiam per supra dicta plane non sit crimen, quo jure Canones principibus Christianis leges præscribunt, ut in re mere politica regulas ineptas, ut vidimus & falsas a Clero ipsis dictatas sequantur? Unde vides hic iterum, quale arcanum Politicum lateat sub doctrina juris Canonici, quod usuræ omnes sint illicitæ, ut nempe hoc prætextu utentes, in jura Maiestatis Politicæ involarent, & tamen ablata Principibus potestate in hac materia dispensandi, sibi aut Pontifici suo per dicta *nota 302.* potestatem eam vindicent. T. *Arcanum Politicum.*

(305) At qui non est in communione, qui est extra Ecclesiam & extra corpus fidelium, excommunicari non potest. Z. *Objectio.*

ad §. 8.

(306) Plures adhuc recenset Glossa *c. quod autem 14. qu. 3. lit* *Casus alii ex Glossa cum censura.*

ultra sortem (307) absque vitio usurarum licite reci-
pi-

4.lit.L. ubi dicit, quod ultra sortem aliquid accipere his sex casibus licitum sit. 1. favore Ecclesiæ. At si ex se injustæ sunt usuræ, quî licitæ fieri possunt favore Ecclesiæ? 2. si fidejussor solverit usuras, quod tum repetere eas possit. 3. quando pœna petitur præter sortem. 4. cum usura tanquam interesse petitur. Sed his tribus casibus agitur de damno vitando. Et istud interesse sæpe ita explicant Canonistæ, ut & lucrum cessans & damnum emergens contineat, in quo profecto nomen tantum usuræ rejiciunt, rem ipsam admittunt. 5. cum recipitur aliquid pro re, quæ non consistit in pondere, numero vel mensura, uti in locatione. Sed quare non idem liceat in rebus pondere, numero & mensura constantibus? Nummus utique est mensura omnium æstimabilium, mensurat igitur idem id, quod interest creditoris, qui mutavit res pondere, numero & mensura constantes. 6. ratione incertitudinis, de qua re mox in §. *ille quoque. 9.* Z.

Absurditas duplex Canonistarum in doctrina de usuris.

(307) Dato uno absurdo sequuntur plura. Si Canonistæ non indistincte usuras contra omnem rationem condemnassent, non opus habuissent postea casus excogitare, quibus revera fraus fieret doctrinæ de crimine usurario, quos tamen ipsi usuras esse negarent. Audax quidem facinus, sed ad quod tamen ipsos allicere nimia stupiditas & asininitas Laicorum illius temporis. Tyrannicum videtur, obtrudere homini ratione prædito doctrinam aliquam irrationalem, quod res in se indifferens, ut hic usura, crimen sit; duplex tyrannis iisdem persuadere, quod res aperte injusta & inhonesta, & aperte excedens usura, sit indifferens, imo non sit usura. Sed tamen excusandi sunt Canonistæ. Cur enim instar mulorum fuere Laici, ut colla sponte, & absque violentia subjicerent huic potestati absolutæ. Si non credidissent, usuras in se consideratas esse crimen, non potuisset Clerus ipsis persuadere,
im-

pitur: utputa, si clericus ecclesiasticum beneficium a-

---

impias & inhumanas usuras ne quidem usuras esse. Videamus ergo hic saltem genera illa usuraria, quæ Canonistæ potissimum si ipsimet vellent usuras capere, Laicis persuaderunt non esse usuras, ad quod non opus erit magno labore, sed sufficiet, si ea quæ supra sparsim dicta sunt, hic colligamus Notatum enim jam fuit *nota 276, 277. 279, 280.* quæ palliata usurarum genera a Canonistis defendantur non esse usuræ. Eadem fuit opinio B. Strykii *in Us. mod. ad Pand. tit. de usuris* §. 4. *Magis*, inquit, *indistinctam usurarum prohibitionem obfuisse Rebusp. Christianis, praxis tot seculorum docet. Nam hac ratione vel penitus humanitatis officia denegarunt illis, qui aliena ope & pecuniario subsidio indigebant; vel pessimo quodam velamento usurariam pravitatem tegere conabantur. Hinc per tot Leges & Canones non repressa est creditorum avaritia, sed ansa potius data, ut viis indirectis eo magis usurariam pravitatem sub specie aliorum negotiorum licitorum exercere possent. Unde enim barbarus ille contractus* Mohatra *dictus, quam ex hac cerebrina æquitate? Nec aliunde, quod primo ponendum erat loco, annui reditus redimibiles ortum trahunt, quam quia creditores sciverunt, usuras se accipere non posse, tunc aliud negotium, scilicet emtionem venditionem substituerunt, & sub hoc colore gravissimas olim exegerunt usuras. Similiter ad palliendas usuras emtio venditio sub pacto de retrovendendo in praxin assiduam traducta fuit, quæ plerumque tamen est contractus fœneratitius*, *vid. Berlich.* P. 2. concl. *1. Plura hujusmodi in fraudem Legis inventa negotia referuntur* in Reform. Polit. de anno 1530. tit. 26. & 1548. *quæ infra suis locis videbimus.* Agit vero de istis *ibidem* §. *20. & plur. seq.* De invento venditionis annuorum redituum ita Franzkius *lib. 1. resol. 1. n. 55. Cum Pontifices horumque asseclæ animadverterunt mutuum non saltem ex ratione juris civilis in se esse gratuitum, sed*

Varia genera usuræ palliatæ.

In specie de venditione annuorum redituum.

aliter redimere non valens prætextu pignoris de manu

sed & ita secundum legem divinam dari debere, ut nihil inde speretur, usuram, quæ per stipulationem mutuo adjectam, promissa sit, sive zelo quodam præpostero, sive corticem verborum sectando, illicitam putarunt. Et tamen cum auctis postea opibus Clericorum pecunias otiosas vel steriles possidere, vel etiam proximo gratis mutuas dare recusarent, de alio medio cogitatum est, ut pecuniæ illæ interveniente emtionis titulo ab illarum possessore, tanquam precium quoddam pro certa pensione annuatim præstanda in perpetuum alienentur: qua quidem ratione putatum fuit legi divinæ satisfactum, dum ab invito sors pecuniæ repeti non potest, secus quam in mutuo, ubi recipiens pecuniam præcise ad restitutionem & quidem suo etiam periculo obligatus est. l. incendium 11. C. si cert. pet. *& a vero mutuo recessum esse, dum pensio illa non tanquam usura, sed merx quædam vendita a recipiente pecuniam, qui venditoris partes sustinet, percipiatur. Licet enim pensio illa in hoc cum usura convenire videatur, quod pecunia non minus ac in usuris sit, immediate fructum pro rata sortis & temporis quasi pariat, & debitores temporali æris usu indigentes his reditibus utantur, quemadmodum de jure civili solebant olim usum pecuniæ usuris redimere; quia tamen ab initio nulla oritur obligatio ad restitutionem sortis, sicut in mutuo, ubi in creditoris potestate est, nisi pecunia ad certum tempus credita sit, pro arbitrio totam sortem repetere, æquum visum est, ut sicut Creditor sortem perpetuo alienavit ita non saltem eidem propter carentiam hujusmodi sortis pensio sive reditus certus valori summæ ita alienatæ correspondens constituatur, sed & perpetuo conservetur, licet duplo vel triplo vel amplius sortem tractu temporis excedat, non minus ac si quis fundum certo pretio comparasset, fructus suos facit, licet pauculis annis precium solutum supergrediatur, &c.* De Moha-

De Mohatra.

nu laici illud acceperit: nec enim hic in sortem fru-
ctus

hatra Carolus Molinæus *tract. de usuris c. 14. Maxime contra illos improbos Mercatores* (procedere possunt judices) *qui nolentes indigenti mutuare, neque reditum ad rationem bessis usuræ emere, eo quod non quantum cupiunt lucrarentur, velut admota nec missura cutem nisi plena cruoris hirudo, vendunt merces longe supra justum precium prætextu modicæ dilationis precii, accepto interim idoneo fidejussore vel tuta cautione, easdemque merces per se vel vicaria manu per interpositos suæ cupiditatis administros, vel etiam ejusdem artis & fraudis consortes invicem in hac piratica exercenda præpositos, mutuasque in id operas libenter præstantes, mox vilissimo precio redimunt, deinde aliis justo aut cariori precio revendunt: tripliciter peccantes; & superfœnerantes super eadem merce & eodem fere tempore. Et hanc barbaricam deprædationem suaves illi homines non usuram vocant, sed mercantiæ cursum & fortunam. Sed vere scelus est & nequitia plus triplo usura gravior & detestabilior. Nemo enim vera & formali usura damnificatur, nisi post longum intervallum & diutinum pecuniæ usum, & adhuc semper facultatem habet debitor solvendo liberari ab usura & mature solvendo modicum aut nullum sentire damnum; sed illa arte piratica ab illis nequissimis inventa, statim & absque remedio pauper damnificatur & deprædatur. Et (quod indignius est) hanc nequitiam utplurimum exercere solent in constitutos in angustia & repentina aliqua clade aut miseria afflictos, tantoque audacius & crudelius, quanto promtæ pecuniolæ subsidio pauper magis indiget: non minus miseria & clade aliena in suæ nequitiæ compendia abutentes, quam barbari illi totius humanitatis hostes, qui naufragio ejectos deprædantur*, &c. Covarruvias *lib. 11. var. lect. cap. 3. n. 6. in fine. Illud profecto latrocinii genus maxime execrandum est, & justis pœnis vindicandum, quo mer-*

ctus tenebitur computare. (308) Idem, si terra non sit beneficii alicujus ecclesiastici, sed ad accipientem in pignus

catores utuntur, quippe, qui pecunia credita, vendunt indigentibus & aliquibus egestate oppressis, merces carius, quam valeant, & per se vel per alios statim iterum eas merces emunt, ab eis, quibus vendiderant, viliori pretio ob id, quod pecunia statim numeratur. De Mohatra jam anno 1663. Zieglerus peculiarem dissertationem edidit, in qua §. *31.* de origine ejus inquirit, & magnam partem corruptæ doctrinæ morum, potissimum per novam doctrinam de probabilitate morali, Jesuitis adscribit. Meretur etiam ea disqutatio vel ideo inspectionem attentiorem, quia Zieglerus usuras ibi secundum principia juris naturalis, Canonici & Civilis consideravit, & prolixius & distinctius assertionem, quod usuræ non repugnent juri naturæ (secundum ea quæ supra n. *275.* docuimus,) deduxit, quam in notis ad Lancelottum, quod cur factum fuerit nescio, cum tamen notæ ad Lancelottum annis non paucis post publicatam illam dissertationem elapsis editæ fuerint. An forte timuit murmura nostratium, doctrinas Canonistarum adhuc defendentium? Sane eum jam tempore editæ illius dissertationis *de mohatra* Theologos timuisse *ex* §. *20.* dictæ dissertationis patet. T.

Ratio & objectio. (308) Quia scilicet tum nullum facit lucrum clericus, sed potius hac via recipit id, quod ad se legitime spectabat. Sed ratio hæc non satis stringit. Utique enim ut pignus in aliqua re accipiam, necesse est, ut supponam, rem istam esse alienam. At ex aliena re si fructus percipio, utique tum lucrum facio. Posito igitur ex mente Canonistarum, antichresin illicitam esse prorsus & non permittendam, non erit excusandus clericus, qui ita ex re aliena lucrum facit. Z.

(309)

pignus Jure dominii directi pertinere (309) noscatur. Idem *l)* si possessiones pro non numerata dote genero a socero pignori obligatæ fuerint: cum enim frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda, pignoratarum possessionum fructus in sortem computandi non erunt. (310)

l) c. saluhriter ext. eod.

Non

(309) Atque id tam in laico, quam in clerico locum habere volunt. In ratione tamen reddenda non satis conveniunt Dd. Aliqui dicunt, id fieri propter naturam & conditionem feudi, cujus dominium utile quodammodo consolidetur cum directo dominio. Sed id non placet Didaco Covarruviæ, qui *lib. 3. var. resol. c. 1. n. 4.* falsum putat, per dationem pignoris consolidari utile dominium cum directo. Et recte cum pignoris constitutio nunquam ullum transferat dominium. Sed quod Covarruvias istam deinde confingit rationem, quia fructus rei feudalis ejusdem sint æstimationis cum servitiis, in eo non satisfacit Henrico Canisio *de usur. c. 6. n.* 4. Hic tamen dum ad priorem confugit rationem, & objectionem tamen Covarruviæ non diluit, eo ipso dubium relinquit Lectorem & abunde prodit, nulla firma ratione niti hoc jus papale. Z.

Objectio similis contra rationem.

(310) Hic iterum in ratione reddenda admodum variant & disputant Canonistæ, uti videre licet apud Canisium *d. l. n. 6. seq.* Plerique dicunt, subesse hic aliquam specialitatem, eamque consistere in subintellecto pacto liberali percipiendi fructus, non tam ex dotis favore, quam causa emergentis damni, vel loco satisfactionis pro oneribus matrimonii. H. Zoës. *ad Digest. tit. de usur. n. 16.* Sed enim cum etiam absque dote subsistere possit matrimonium, & hoc casu nihilominus ejus onera maritus ferre teneatur, nulla subest causa, quare ob dotem promissam, fructus ex pignoribus percepti in sortem computari non debeant. Ut maxi-

Et adhuc alia.

Non est usurarius rem emens minus justo pretio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus vel minus est res valitura, vel aliter dubius eventus usurarum suspicionem removet.

m) c. fin. §. ille ext. eod.

§. 9. Ille *m*) quoque, qui dat decem solidos, ut alio tempore totidem sibi grani, vini vel olei mensuræ reddantur, ex hoc usurarius censeri non debet: (311) quia licet tunc plus valeant, utrum plus vel minus, solutionis tempore fuerint valituræ, verisimiliter dubitatur.

Usu-

---

xime igitur damnent Pontifices pactum antichreticum, tales tamen admittunt exceptiones, quarum rationes nec ipsi norunt, nec aliis explicare possunt. Z.

ad §. 9.

Nova observatio non cohærentiæ juris Canonici.

(311) Id quidem verum est, si de præsenti tempore, quo ita convenitur, sermo fuerit. At quando deinceps apparet, tempore eo, quo danda merx fuerit, pluris eam valere, utique lucrum tum facit, qui pecuniam dedit, omne autem lucrum, quod ultra sortem percipitur, usurarium facit contractum secundum Canonistas. Nec obstat, quod etiam minoris valere & sic in damno constitui potuisset ille, qui pecuniam dedit; quia scil. tum quoque alter ille, qui pecuniam accepit, quod excessivum fuerit, restituere deberet. Nec sustinere poterit contractum istum incertitudo, quandoquidem certum deinceps fit, quod ab initio erat incertum. Et imo potius conditio aliqua subesse videtur conventioni: Do tibi decem, ut mihi alio tempore totidem mensuras vini reddas, si scil. singulæ mensuræ valuerint unius. Hæc enim debet esse intentio contrahentium, qualis si non fuerit, & alteruter lucrum intendat, non potest excusari ille ab usura mentali. Z.

ad

Usurarius est, qui a debitore recipit aliquid ultra sortem, etiam si suscipiat in se periculum.

§. 10. Aliud tamen Juris est, si quis naviganti, n) vel ad nundinas eunti certam pecuniæ quantitatem mutuatur, & ex eo, quod in se mutuans periculum suscipit, aliquid ultra sortem ut recipiat, convenit: nam hic usurarius reputandus erit. (312) *n) c. fin. in princ. ext. eod.*

DE ADVLTERIIS, ET ALIIS CONJVNCTIONIBVS ILLICITIS.

TIT. IIX.

Adulterii appellatio est generalis: proprie tamen in nuptam committitur: & quæ sit adulterii pœna.

§. I.

Adulterii (313) generalis est appellatio: (314) continet

ad §. 10.

(312) Hodierni Canonistæ ita limitant hoc capitulum, si scil. creditor non alias mutuum dare voluerit transmarinum, quam in se suscepto periculo, hanc enim rem gravem esse posse debitori, qui maluisset ipse subire periculum non ita præsens, & hoc casu sc. debitorem esse in labe usuraria. Alias communiter admittunt ejusmodi fœnus nauticum, ut licitum, siquidem non tam ratione mutui aliquid capiatur ultra sortem, quam nomine justi periculi pecunia æstimabilis. Vid. Zoës. *ad tit. ff. de naut. fænor. n. 3.* Anton. Perez. *Cod. eod. n. 6.* ubi verba Pontificis explicat de tali casu, quando prætexitur periculum, ubi nullum est, vel majus quam subest, sic ut lucrum sit majus ipso periculo. Z. *Variantes rationes.*

TIT. IIX.

ad §. 1.

(313) I. Obiter noto, inter leviora aut minora referri adulte- *Adulterium an crimen grave?*

terium, *c. 4. X. de judic.* quod tamen Ulpianus inter graviora refert *tit. de dotibus* §. *9.* ut & Clemens *in c. quid in omnibus 32. q. 7.* & Imperatores quoque inter fæviora connumerant *l. 7. C. Theodos. de indulg. crim.* Z.

Distinctio inter crimina atrocia & levia. Sententia Antonii Matthæi de illa.

II. Non poterit judicari de quæstione an adulterium sit crimen grave vel leve, nisi antea constet de ipsa divisione in crimina gravia & levia, majora & minora, atrocia vel minus atrocia. Videamus ante omnia quid de ea tradat acutissimus JCtus Antonius Matthæi *de criminibus cap. 4. prolegom. n. 2. 3. 4. p. 44. seq.* Secunda criminum divisio, inquit, est: Crimina sunt vel graviora vel leviora. Quarum specierum definitionem multi judicis arbitrio relinquunt: nos vero, qui discentibus præimus, ne inanes eos dimisisse videamur, ita distinguamus. Crimen aut natura sua grave est, aut circumstantibus exaggeratur. Quæ natura sua gravia sunt, in his nihil potest arbitrium judicis: at in illis, quæ circumstantibus gravantur, potest plurimum. Natura dictat graviora esse, quæ dolo amittuntur, quam quæ culpa: nec ulla tanta culpa reperiri potest, quæ dolo gravior possit videri. Dictat etiam naturalis ratio, eo gravius unumquodque admissum esse, quo gravius aut divina majestas, aut honestas, aut utilitas reipublicæ per id offenditur. Hujusmodi sunt crimen majestatis, cædes, adulterium, incestus, raptus, sacrilegium, violatio sepulchri, adulteratio monetæ. Reliqua fere leviora existimantur. Et esse modo enumerata graviora, inde quoque elucescit, quod abolitio publica, quæ ad leviora crimina pertinet, reis istorum criminum non prosit. *l. si interveniente 12. D. ad SC. Turpil. l. 1. C. de gener. abol. l. 3. 4. & 5. C. Theod. de indulg. l. 3. C. de episc. aud.* quodque ex *nov. 17. cap. 7.* immunitate ecclesiæ non defendantur homicidæ, adulteri, raptores, si ad eam, tanquam ad asylum confugerint. Circumstantiæ autem quæ sint, quæ crimen leve efficiant grave, diligenter executi sumus *tit. de pæn.* repetique possunt *ex l. aut facta 16. D. de pæn.* Uno alterove exemplo in præsentiarum id demonstrasse satis erit. Convitium alicui dicere, non valde grave est *l. 4. de injur.* at grave facit crimen persona, si servus domi-

no

no, libertus patrono, civis magistratui convitium dixerit: Grave facit locus, si id factum sit in foro, in conspectu prætoris: tempus, si dum sacris vacat, aut publicæ lætitiæ d es est. Furtum non admodum atrox crimen est: sed exaggerat crimen rei qualitas, veluti si rem sacram, aut publicam, aut vestimenta algenti, aut cibum esurienti abstuleris. Locus, si rem prophanam e loco sacro, aut vestimenta lavantium e balneis tuleris. Tempus, si die sacra, aut ludis publicis, aut sæpius & diu saccularium feceris. Modus, si cum armis, perfosso pariete fractisque seris. In his omnibus dijudicandis prudentia judicis opus. Sed pergunt interpretes, atque etiam criminis qualitatem ex pœna dijudicandam censent: ut grave sit crimen, quod exquisitiore supplicio vindicatur: leve, quod levius punitur. Hac nota non falletur cupidus discentis animus, si pœnas justa proportione constitutas singamus: sed quid si proportio recta observata non sit a legumlatoribus, nonne præsens captio erit: Exempli gratia, veteres Saxonum leges *tit. 4.* capite puniri iubent eum, qui caballum furatus fuerit; at qui nobilem vel litum occiderit, ære potius, quam vita mulctant *tit. 2.* Quis dixerit propterea, gravius esse furari caballum, quam occidere hominem? Constitutiones Siciliæ *lib. 3. tit. 40.* adulterinam monetam scienter accipientibus capitis pœnam irrogant; eædem *tit. 43.* adulteros & adulteras non ut olim gladio, sed confiscatione, nasi truncatione, flagellatione coercent: Quis sustinuerit propterea affirmare, gravius esse falsam monetam accipere, quam adulterium committere? Constitutio Justiniani *134. cap. 10.* adulterum gladio punit, mulierem virgis cæsam in monasterium detrudit: num igitur quisquam ausit defendere, levius adulteras quam adulteros peccare? Et hodie cum sicarii gladio, fures laqueo puniuntur, (est autem lenior gladius, nec mollius moriuntur homines, quam resecta cervice,) nemo propterea dicat furtum cæde gravius esse: suntque ridiculi, qui ut propositam de pœnis notam adstruerent, id scribere non sunt veriti. Denique cum hodie sicarii gladio, adulteri ære mulctantur, nemo recta ratione præditus propterea disputet, levius esse adulterii crimen. Scio, Alexander III. Pontifex *in c. etsi clerici de jud.*

quadret verbis, etiam dupondius juris auditor facile animadvertet. Ac si malumus fateri quod res est, sanctissimi patres nimis indulserunt ei vitio, in quod maxime se proclives sentiebant. Hi nimirum illi fructus interdicti clericis matrimonii, ut quidam de illo grege ausi sint scribere, in clericum amplexantem mulierem, nullam cadere turpitudinis suspicionem: quin videri ei benedicere. Alii, clericum adulterantem alterius uxorem minus peccare, quam maritum laicum coëuntem cum soluta. Alii, minus peccare clericum, si multas domi meretrices alat, quam si unicam ducat uxorem. Alii, non valere statutum, pœnam concubinis clericorum imponens: quia per hoc facile infamarentur calumniose clerici. Eum, qui clericum obsidet in domo meretricis, populoque conspiciendum exhibet, excommunicatum esse. Infinita denique hujus generis sunt, quæ cum legis, merito exclames cum Poëta: *Ego te ceventem Sexte verebor!* Hactenus Antonius Matthæi. Sed vereor, ut discentes, quos informare hic voluit Antonius Matthæi, distinctum conceptum ex hac ejus doctrina de criminibus gravibus & levibus sibi parare possint, & ne potius confusiores recedant perlecto etiam cum attentione hoc ejus discursu, quam antea accesserant. Multa enim nova adversus hanc ejus doctrinam oriuntur dubia. Saltem potiora hic referre liceat. 1) Distinctio inter crimina natura gravia, & quæ ex circumstantiis redduntur gravia, non videtur continere genera opposita. Nam, ni fallor, omnia delicta ex circumstantiis loci, temporis, personæ delinquentis, modi &c. aggravantur, tam gravia quam levia. 2) Omnia vera crimina dolum præsupponunt, ubi culpa saltem adest, non est verum, sed quasi delictum. Ergo omnia vera crimina erunt gravia, nullum leve. 3) Si ea sunt graviora, quibus gravius læditur honestas aut utilitas reipublicæ, vel iterum omnia delicta erunt gravia, quia omnia lædunt utilitatem Reipublicæ, vel obscurum manet, quodnam ex illis gravius lædat rempublicam vel honestatem, nisi aliud criterium evidens addatur, ex quo judicetur, quodnam ex illis gravius turbet quietem publicam, quod criterium tamen omisit Matthæi. 4) Quod convitium attinet, quod non valde grave esse dicit, nec tamen

Varia dubia contra doctrinam Antonii Matthæi.

men etiam propterea inter levia referri potest, quia tamen grave est, & quia certe etiam NON VALDE gravia, propterea tamen non sunt levia. Adde quod honor, qui per convitia læditur, non recenseri possit inter bona levia, quia secundum vulgatum vita & fama pari passu ambulant. Et quamvis jure Romano injuria referatur inter delicta privata, hodie tamen in multis locis non sine gravi ratione jubentur judices sublata actione injuriarum inquirere in convitia tanquam in crimina publica. 5) Furtum etiam ex ratione Romanis peculiari inter delicta privata refertur, Germani contra & olim & hodie inter crimina gravia id referunt, quia videlicet utilitas reipublicæ graviter per id offenditur, atque adeo definitio criminis natura gravioris ab ipso Matthæi tradita furto competit. 6) Qui ex pœna graviore delicta graviora judicari volunt, vereor, ut re ipsa ab Antonio Matthæi dissentiant. Eorum enim sententia est, non, quod dijudicatio fieri debeat ex pœnis irrationalibus, sed quod delictis, quæ gravius lædunt rempublicam, debeatur etiam pœna gravior, quæ levius lædunt, levior, id quod nec doctrinæ ipsius Matthæi adversum est. Sed & ipsa læsio Reipublicæ non solum ex ipsis delictorum generibus judicari debent, sed etiam ex frequentia. Notum est, crescentibus delictis, crescunt pœnæ, & notum est, quod, ni fallor, Lycurgus, aut quis alius ex antiquis legislatoribus, quæsitus, cur parricidio nullam pœnam dictaverit, responderit, parricidium hactenus Reipublicæ, cui leges ferebat, fuisse incognitum. 7) Quod leges Saxonum attinet, poterat pro earum excusatione dici, quod furtum caballi, dolosum scilicet, capite puniant, puniant tamen etiam occisionem hominis dolosam, v. g. si in domo ejus fiat, capite *tit. 3.* titulum vero *2.* ubi mulcta pecuniaria dictatur homicidis intelligendum esse de homicidio culposo, si quis ex iracundia & non præcedente deliberatione hominem interficiat, qualibus homicidis Lex ipsa Mosaica parcebat, & asyla in eorum gratiam inveniebat. 8) Nescio quis revelaverit Antonio Matthæi, non mollius mori homines quam resecta cervice. Ego firmiter persuasus sum, laqueo suffocatos non mori durius, etsi ob erroneam vulgi persuasi-

onem

onem gladius habeatur pro pœna mitiori. 9) Non credo, negaturum Antonium Matthæi, homicidium esse gravius delictum adulterio, ergo sine ratione taxat mores hodiernos, quod sicarios gladio, adulteros ære mulctent, quasi contra rationem adulterium pro leviori crimine quam homicidium habeant. 10) Quod inter graviora natura crimina *num. 2.* primo loco resenseat Antonius Matthæi ea, quæ gravius lædunt divinam majestatem, recte quidem se habent, sed vereor, ne nihil hoc criterium faciat ad illustrationem distinctionis allatæ. Nam intuitu futuri seculi omnia delicta vera violant præcepta Dei & intuitu pœnarum æternarum sunt mortalia, ergo nullum hoc intuitu est altero gravius; Quodsi, ut videtur, ejus sententia est, dari intuitu pœnarum hujus seculi distinctum a reliquis aliquod crimen læsæ Majestatis divinæ, adversus eam sententiam jam disputavimus supra *not. 196. 197.* 11) Frustra disputatur adversus Canonistas, quod doceant adulterium esse crimen minus, nisi prius constet, an Alexander III. *in cap. 4. de iudic.* adulterium inter crimina minora retulerit. Sunt enim qui & hoc negant nec absque ratione, si non firma, saltem etiam non plane contemnenda. Vid. Tellez. *add. cap. 4.* 12) Poterat ergo abstinere Antonius Matthæi, ab invectiva parum tempestiva adversus Canonistas & Clerum Pontificium, ob ipsorum libidinem, ut jam notavit etiam Tellez. *d. l.* Cum enim negare non possit, quod adulterium sit levius v. g. blasphemia, homicidio &c. cur adeo opus foret, notare Alexandrum, quod adulterium retulisset inter delicta minora. 13) Ut taceam, quod potius videatur censuram mereri capitulum Pseudo-Clementis ab Antonio Matthæi adductum *Caus. 32. q. 7.* dum dicit, adulterium in pœnis post hæresin primum obtinere locum, cum tamen, etiam concedentibus Canonistis, homicidium adulterio sit gravius. Vid. Tellez *ad cap. 3. de adult. n. 6. p. 306.* (quamvis non videatur pro hac sententia multum probare, ad quod provocat *cap. si quid verius C. 33. q. 2.*) Neque putandum est, quod Zelus inconsideratus & invectivæ in adulterium tanquam crimen gravius sint genuina indicia veri Christiani, sed possit sub hoc Zelo magna latere hypocrisis ut passim ex historia Evangelica constat, quod apud Judæos scortato-

res & adulteri stilo Pharisaico dicerentur peccatores simpliciter tanquam committentes peccatum atrocissimum, cum tamen Christus hypocrisin Pharisaicam longe graviorem censuerit. Confer præ reliquis locis *Lucæ c. 7. & Johan. cap. 8.* Ita etiam Pseudo-Clemens ex simili errore hypocritico partim errori in fide, etiamsi errans sobrie vixerit, primum locum inter peccata tribuit, etsi supra latius ostensum fuerit, talem errorem ne quidem crimen esse, partim adulterio primum post hæresin locum assignat &c. Igitur cum doctrina illa Antonii Matthæi non sit perspicua, sed doctrinam obscuram, obscuriorem rediderit, inquirendum erit, annon apud alios ICtos invenire liceat distinctiorem conceptum divisionis in crimina majora & minora. Non pauca de ea collegit Carpzovius *Prax. Crimin. qv. 102. n. 56. seq.* eo tendentia: Crimina esse vel atrocissima seu gravissima, vel atrocia, seu gravia, vel levia, neque addendam esse quartam speciem atrociora, ut quæ cum atrocibus coincidant; Sed in definitione singularum specierum non convenire interpretes. Alios enim delicta levia appellare ea, quæ absque dolo committuntur, aut dolosa quidem sed in re modica, ut damnum L. Aquiliæ & furtum rei modicæ, gravia quæ dolo perpetrantur & magnum afferunt præjudicium ac magnam pœnam merentur, ut furtum rei magnæ, gravissima denique, quæ publica sunt & pœnam mortis merentur; alios saltem duas species agnoscere, leviorum delictorum absque dolo, & graviorum seu dolosorum si pœna excedat 300. aureos; alios judicis arbitrio rem relinquere, utrum delictum sit grave vel leve; alios aliter sentire. Moribus nostris in foro Saxonico omnia delicta haberi pro levioribus, quæ pœnis civilibus coerceantur, (scil. ex mente Carpzovii *d. q. 102. n. 31. seq.* mulcta pecuniaria, carcere, & relegatione,) adeoque saltem quæri, quænam delicta sint atrocia seu atrociora, quænam atrocissima. Veriorem autem videri sententiam Julii Clari, atrocissima esse, quæ peculiari ac graviori genere ultimi supplicii vindicantur v. g. culeo, igne, scissione in frusta, rota, tractione ad caudam equi, vel quando aliæ qualitates ultra pœnam mortis addantur, v. g. extensio pœnæ etiam ad filios &c. atque

Carpzovii collectanea de hac distinctione,

que ad hanc atrocisſimorum criminum claſſem pertinere, crimina læſæ Majeſtatis, Sodomiam, incendium, ſortilegium, parricidium & infanticidium, etiam ſuo modo fratricidium &c. Atrocia crimina, ſed non atrocisſima eſſe, quibus ſimplex pœna mortis, gladii aut ſuſpendii, vel ſaltem alia pœna corporis afflictiva dictetur, ut homicidium, furtum, blasphemiam, adulterium, inceſtum, perjurium, diffidationem &c. Denique uſum hujus diſtinctionis in eo quærendum eſſe, quod in delictis atrocibus reus nonniſi bis torturæ ſubjiciatur, in atrociſſimis etiam tertia vice. Communiter quidem a Legiſtis & Canoniſtis etiam hanc ſtatui differentiam, quod in delictis atrocisſimis judex jura transgredi posſit, quod tamen pauci quidam ſaltem concedant in puniendo reo confeſſo vel convicto, plerique etiam in procedendo, v. g. ut ad torturam progredi liceat etiamſi non adſint indicia ſufficientia, neque probata per teſtes omni exceptione majores, &c. *& de ejus uſu.*

Meam ſententiam, quod attinet, ut paucis me expediam, dico *Mea ſententia.* 1) Termini grave, leve, atrox, atrocius, magnum, minus &c. ſunt hauddubie termini non abſoluti ſed relativi. 2) Tales vero termini ſecundum diverſam relationem poſſunt prædicari de una eademque re; ita minor gigante, major nano, eſt unus idemque homo. 3) Eadem res ſecundum diverſas circumſtantias conſiderata etiam intuitu ſui ipſius poterit dici major & minor, v. g homo pro diverſitate ætatis, domus reſpectu exaltationis, ampliationis, deſtructionis. 4) Ejusmodi termini ſæpius in ſignificatu variantes parum commode in diviſionibus adhibentur. Quodſi vero adhibeantur, opera danda eſt, ut ab homonymia liberentur. 5) Applicando hæc principia palpabilia ad rem præſentem, patet, adulterium diverſo reſpectu eſſe crimen majus & minus, nec propterea ſtatim contradictionis accuſandum eſſe, qui id modo inter majora, modo inter minora retulerit. Bene Auguſtinus: *c. 11. C. 32. q. 7. Adulterii malum vincit fornicationem; vincitur autem ab inceſtu. Pejus eſt enim cum matre, quam cum aliena uxore concumbere. Sed omnium horum eſt peſſimum, quod contra naturam fit, ut ſi vir membro mulieris*

non

non ad hoc concesso voluerit uti. Usus enim naturalis, si ultra modum prolabitur, in uxore quidem veniale est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. Tantum valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tolerabilius, quam in eis, quæ concessa non sunt, vel unus, vel rarus excessus. Vides, adulterium est crimen grave, intuitu fornicationis, leve intuitu criminis sodomitici & incestus cum matre, non intuitu incestus omnis cum remotioribus. 6) Sed & adulterium adulterio gravius est. Sic ex hypothesi praxeos hodiernæ adulterium duplex gravius est simplici, inter simplicia levius est adulterium viri cum soluta, quam soluti cum uxore. Eadem fuit sententia Augustini *cap. 10. ead. C. 32. q. 7. Quemadmodum non recte dici potest, si ergo nescit homo, non peccat, (sunt enim etiam peccata ignorantium, quamvis minora, quam scientium) ita non recte dici potest, ergo si causa fornicationis dimiserit vir uxorem, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorum, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, sed utique minor quam eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt.* 7) Quod certas classes criminum atrociorum & leviorum attinet, nullum est dubium, eos, qui his terminis utuntur, primario respexisse ad pœnas, ita tamen ut magis pœnas atrociores deduxerint ex atrocitate delictorum, quam atrocitatem delictorum ex atrocitate pœnarum. Cum vero pœnæ sint vel capitales, vel corporis afflictivæ, vel his minores, & capitalium etiam quædam sint atrociores; patet quod nihil intersit, sive hoc intuitu duo genera delictorum gravium & levium, sive tres, levium, atrocium, & atrocissimorum, sive etiam quatuor, levium, atrocium, atrociorum, atrocissimorum facias, modo mentem perspicue explices. 8) Cum vero pœnæ præsupponant delicta, & pro gravitate delictorum sint aggravandæ, & commune principium politicum sit, gravitatem delictorum æstimandam esse ex damnis Reipu-

publicæ datis, verum quidem eſt, damnorum quæ Respublica patitur a criminibus gravitatem dependere a variis circumſtantiis moralibus, ſed pleriqne, qui diſtinctione illa criminum utuntur, reſpexerunt præcipue ad objectum, quod per crimina illa læditur. Inde crimen læſæ majeſtatis cenſetur atrocisſimum, ex his quæ privatos lædunt atrociora ſunt, quæ vitam petunt, quam quæ bona fortunæ. Quod honorem attinet & famam, variant opiniones Philoſophorum, utrum fama vitæ ſit æquiparanda, an inter bona fortunæ referenda. Pudicitia communi conſenſu inter vitam & divitias medium locum obtinet. Suppeditat hæc obſervatio ſimul cauſam, cur adulterium absque metu contradictionis diverſo reſpectu modo inter delicta majora, modo inter minora referri posſit. 9) Sufficiant hæc de diſtinctione criminum in majora & minora ſecundum regulas philoſophicas. Quodſi juridice eam confideres, quatenus videlicet Jurisprudentia eſt habitus interpretandi leges, paulo aliter hic erit procedendum. Interpres enim non inquirit, quid legislator dicere debuerit, ſed quid voluerit, & quamvis ratio legis ſit fons interpretationis dubiæ, JCtus tamen, ut interpres, non examinat rationes legislatorum, an cum regulis prudentiæ conveniant nec ne, ſed an ſint veræ vel falſæ, h. e. an conveniant cum antecedentibus, conſequentibus, aut alibi dictis nec ne. 10) Porro cum jus ſit vel civile vel Canonicum, tranſeat nunc interpretatio juris civilis Romani antiquiorum temporum, etſi forte clerus Imperatoribus Chriſtianis legum formulas præſcripſerit, imo tranſeant capitula ex decreto, utpote in multis etiam non convenientia cum jure noviore Canonico, quod in decretalibus reperitur. Itaque uti de dictis patrum ex decreto jam ſuperius quædam obiter diximus, ita ad noſtrum ſcopum non pertinet inquirere quænam ſit ratio, cur *l. 6. 7. 8. C. Theodoſ. de indulgent. criminum* modo 8. modo 9. crimina ut atrociora eximantur ab indulgentiis paſchalibus illo tempore uſitatis. 11) Jure Canonico noviore atrociora vel atrociſſima videntur eſſe dicta, quæ ex hypotheſi Canoniſtarum DEum lædunt, minora & leviora, quæ lædunt homines. Nec opus eſt, ut prolixus ſim in hujus aſſertionis probatione

one, cum eo non ducat saltem, sed impellat §. *ultimus* Lancelotti *supra tit. 2. hujus libri.* Igitur hoc intuitu non solum adulterium sed & homicidium crimen minus est. Quænam vero majora vel atrociora aut atrocissima sint, eodem paragrapho distincte recensuit Lancelottus. Saltem illud est repetendum ex hactenus notatis, quod, uti certum est, DEum propie non lædi posse ab hominibus, & certum est, Papam hactenus plus una vice DEo esse in jure Canonico æquiparatum, ita in sensu juris Canonici crimen læsæ majestatis divinæ est, quod violat autoritatem, potestatem absolutam, dignitatem Cleri Pontificii. (vide supra *not. 196. 197.*) &c. 12) Usus hujus distinctionis præcipuus est, quod in criminibus minoribus judices debeant observare communia jura, at in criminibus atrocissimis ea pro arbitrio transgredi possint, ut videlicet quocunque modo infallibilitas & potestas absoluta Cleri in Laicos defendatur, inde v. g. in his criminibus puniuntur etiam mortui, (Tellez. *ad cap. 5. de hæret. n. 7. p. 177. seq.*) torquentur sæpius etiam innocentes, & omnia reliqua in iis adhibentur omni juri repugnantia, quæ jam supra *not. 215.* ex Limborchio de iniquitatibus processus inquisitorii recensuimus. 13) Ex his vero facile patet, cur Alexander III. adulterium inter crimina minora retulerit, (vide supra *notam 62. in fine.*) cur simonia pro gravissimo crimine fuerit habita, (vide *notam 133.*) cur hæresis sit crimen atrocissimum, (vide *notam 160.*) cur sacrilegium sit crimen atrox. (vide *notam 259.*) Adde infra *notam 351.* T.

Quid jure civili?

(314) I. Adulterii vocabulum in jure civili tam late patere, ut etiam stuprum comprehenderet, negant nonnulli. Arnold. Vinnius *in §. 4. Inst. de publ. jud. & tract. de transact. c. 7. n. 20.* quibus tamen repugnare videtur *l. 29. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.* Ant. Matth. *de criminib. h. t. c. 1. n. 3.* Joh. Gœdd. *ad l. 101. ff. de V. S. n. 3.* Z.

Declaratio notæ præcedentis.

II. Adulterium pariter ac stuprum, si Grammatice considerare velis, ita comparatum est, ut utrumque tam late accipi possit, ut alterum sub se comprehendat, ut fusius declarat Antonius Matthæi *loc. cit.* Utrum vero promiscue his vocibus usa fuerit lex Julia de adulteriis, dubito. Etsi enim dispositio quædam ejus legis

tinet enim non modo alieni tori *a*) violationem, sed omnem (315) prope illicitam fornicationem. Proprie *a*) *can.* 2. *§. adulterium.* 36. *q.* 1. *c. nemo* 32. *q.* 7.

gis ubi adulterii fit mentio a JCtis ob rationis identitatem quandoque ad ftuprum fuerit extenfa *d. l.* 29. §. 1. verbis, quod magis eft, *ad l. Juliam de adult.* tamen ex aliis locis patet legem Juliam diftincte ftupri & adulterii mentionem feciffe. Vide *l. hæc verba* 12. *ff. eod. tit.* conf. Briffonium *ad L. Jul. de adult.* in recenfione legis *c.* 1. & 2. *p. m.* 84. & conftat etiam ex plerisque reliquis capitibus dictæ legis Juliæ, eam voce adulterii in ftricta fignificatione uti. Igitur ad interpretationem illam extenfivam refpiciens Modeftinus videtur in *l.* 101. *de V. S.* fcripfiffe quod *lex Julia de adulteriis hoc verbo* (adulterii, non ftupri) *indifferenter utatur*, & fimiliter Papinianus, *l.* 6. §. 1. *ad L. Jul. de adult. quod lex* (Julia) *ftuprum & adulterium promifcue appellet* (quod de fola voce adulterii intelligo, non quafi ftuprum etiam in lege Iulia fumatur pro adulterio) quam appellationem tamen ipfe Papinianus vocat καταχρηστικώτερον id eft *valde abufivam*, hoc eft magis ad interpretationem extenfivam, quam declarativam pertinentem. T.

(315) Atqui hic fignificatus primam originem debet non legibus Mofaicis aut Romanis, fed patribus Ecclefiæ, Lactantio *l.* 6. *divin. inftit. c.* 23. Ambrofio *can.* 4. *c.* 32. *q.* 4. Auguftino *can.* 6. *dift.* 34. & *can.* 11. *C.* 32. *qu.* 4. Vid. *differt. de concubin.* §. 19. & 21. T. *Abufiva adulterii acceptio unde.*

(316) I. Vocabulum hoc generaliter hic ufurpatur & plures fub fe continet impudicæ commixtionis fpecies, *c. quemadmodum &c. non folum* 32. *q.* 7. Jac. Menoch. *de arb. jud. quæft. caf.* 280. quandoque tamen fpecialiter accipitur pro concubitu illicito foluti cum foluta. Z. *Fornicationis ambiguitas.*

II. Occurrit ille fpecialis fignificatus *in can. adulterii ead. c.* 32. *q.* 7. Uterque fignificatus iterum patribus debetur & potiffimum Auguftino, cujus fere funt capitula hactenus allegata. *Conf. c.* 6. *Plura de voce fornicationis.*

prie tamen (317) adulterium in nuptam (318) committitur.

---

c. 6. dist. 34. imo ipsa fornicationis vox debetur scriptoribus Ecclesiasticis; cum eam ignoret Jus civile, & non inveniatur in isto sensu apud alios scriptores Latinos antiquiores. Vide *lexica tam communia quam Juridica.* Usurpare autem cœperunt scriptores ecclesiastici hanc vocem pro scortatione, quod forte ipsis postea occasionem præbuit vocis significatum extendendi ad quamlibet illicitam cohabitationem, (quia sub fornicibus etiam committebantur adulteria &c.) cum scortatio in specie denotet concubitum cum iis qui vel quæ corpore quæstum faciunt. T.

Usus significatus proprii. (317) Cur proprie? quia laxior ille significatus erat incognitus moribus Judæorum & Romanorum, & subsequentibus demum temporibus a Patribus Ecclesiæ pro more cum terminis magis Grammaticorum quam Philosophorum aut interpretum more ludentibus, inventus. Præbebat autem sensus ille abusivus illud etiam inconveniens, quod scriptura sacra, adulterii voce in significatu proprio utens a Patribus Ecclesiæ ista significatuum mixtura sæpe præter vel contra leges bonæ interpretationis fuerit exposita. T.

Objectio contra significatum proprium. (318) I. Stricta nimis est hæc descriptio, & totam adulterii materiam non exhaurit, sed speciem tantum aliquam explicat, cum tamen etiam in sponsa alterius committatur adulterium, imo etiam in soluta, si cum ea consueverit maritus. Rectius igitur describitur, quod sit fidei matrimonialis per fornicationem violatio. Z.

Responsio ad eam. II. Mirarer, quomodo Zieglerus talia scribere potuerit, cum tamen non ignoraverit, hæc verba desumta esse ex *l. 6. §. 1. ad l. Jul. de adult.* & quod ipsa etiam lege Mosaica maritus cum soluta concumbens pro adultero non habeatur, Levit. *18 v. 2. & 20. v. 10.* Deuter. *22. v. 22.* videlicet ob toleratam polygamiam virilem; & cum lex Iulia de adulteriis, subsequentibus Severi & Antonini temporibus quoad certum caput ad sponsam fuerit saltem extensa *l. 13. §. divi & §. si minor ff. ad l. Jul. de adult*; jure Canonico vero per sponsam hic

titur. Pœna †) in laico, excommunicatio: in Clerico, †)*c. clerici* de- *de excess. prælat.*

hic intelligatur ea quæ jam contraxit matrimonium, quamvis de sponsa proprie dicta nullum sit dubium, quin sponsus stupratam ducere non cogatur, cum sponsalia hæc proprie dicta plane non obligent *vid. cap. quemadmodum 25. de jurejur.* (quamvis dissentiat Anton. Matth. *ad tit. de adulterio cap. 1. §. 9.*) Mirarer, inquam, hoc Zieglero contigisse, nisi constaret, Theologos pariter & JCtos Protestantes utriusque religionis istum errorem a Patribus, Ambrosio & Augustino *c. dixit. c. nemo sibi blandiatur C. 32. q. 4. & c. non mœchaberis c. 32. q. 6.* introductum (etsi Lactantius *nota 315.* citatus diserte fateatur, eum juri Romano adversum esse) & jure Canonico propagatum, nescio ob quod interesse, ut articulum fidei defendisse, & adhuc hodie ægre ferre non paucos, quod hi errores Patrum modeste detegantur a studiosis genuinæ doctrinæ. Ita notum est, Carpzovium *in Crimin. qu. 52. n. 42. seq.* omnibus viribus defendere, concubitum mariti cum soluta jure divino pariter & Romano esse adulterium. Ex Reformatis non paucos adducit Antonius Matthæi *d. l n. 12.* quorum tamen rationibus ibidem respondet. Carpzovio respondit Huberus *in prælect. ad L. Jul. de adult. n. 1. & 2.* Alia quæstio est, annon legibus positivis humanis crimen adulterii etiam ad virum cum soluta cohabitantem juste potuerit extendi? Quod non nego, præprimis apud populos, apud quos polygamia non est permissa. Hinc etiam apud Romanos jam imperator Antoninus jussit, judicem in causa adulterii ante oculos habere debere, & inquirere, an maritus pudice vivens mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit, cum perniniquum videatur esse, ut vir pudicitiam ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. Refert hoc rescriptum Augustinus *lib. 2. de adult. conjug. ad Pollentiam*, & inde desumta est lex Papiniani *13. §. judex ad l. Jul. de adult.* Vide Brisson. *ad. l. Jul. de adult. ad caput, qui deprehensum &c. p. m. 116.* Cæterum an jure civili adulterium committatur cum ancilla, libertina, vili,

depositio: (319) vel in utroque, certæ pœnitentiæ impositio.

Arbitraria est pœna incestus, Sodomiæ, & rei habitæ cum brutis.

§. 2. Eadem vel etiam pro Judicis arbitrio major, aut minor, eos manet pœna, qui incestum commiserunt: (320) ut puta, cum qui contra naturam huma-

---

abjecta, vulgari, injusta uxore, concubina alterius, & quæ marito repudium misit, item cum uxore absentis &c. vide latius apud Anton. Matth. *d. cap. 1. n. 4. ad 11.* T.

Iniquitas Juris Canonici. (319) I. Gravius omnino peccat Clericus adulter, quam Laicus, & mitius tamen punitur. Quod num proportionem juste observet, merito licet dubitare. Observo tamen, jam olim in personis delinquentibus invaluisse istud pœnarum discrimen. Frequens est in Canonibus, qui apostolici dicuntur, clericorum καθαιρεῖσθαι, deponi, gradu moveri, laicorum vero ἀφορίζεσθαι, segregari, vel communione ecclesiastica privari, uti videre licet ex *can. 25.* it. *can. 31.* Ob graviora autem & magis exosa nonnulla crimina clericus non saltem deponitur, sed etiam excommunicatur, ut videre est canonibus *28. 29. 30. 62.* Z.

Declaratio ulterior. II. Sed Canones isti Apostolici sunt suppostitii. Etsi igitur sint quidem satis antiqui, tamen jam ab antiquo cœpit illa iniquitas, quod distinctio inter clericos & laicos sit inventa ad dominatum Clero parandum, & Laicos ut mancipia tractandos; Repete quæ eam in rem ex Zieglero *de Episcop. lib. 3. c. 30. §. 115. seq.* jam supra *nota 62.* sunt latius adducta. T.

ad §. 2.

Incestus quid? (320) Incestus est consanguineorum aut affinium conjungi prohibitorum fornicatio. Gloss. *in rubr. C. de incest. nupt.* Z.

(321)

manæ ſocietatis parentibus, vel liberis, (321) vel aliis ejusmodi perſonis (322) impudice adhærent: aut ſi cum illa, quam quis de ſacro fonte ſuſceperit, (323) aut quam ante epiſcopum tenuerit, cum ſacro Chriſmate inungeretur, fornicationis ſcelus perpetraverit: aut cum relicto naturali uſu contra (324) naturam *b*) more

b) c. clerici ex. de prælat. exceſſ.

---

(321) I. Inceſtus hic in ſpecie ſolet dici nefarius, quod ipſum jus naturæ violet; & talem bruta etiam animantia plerumque abhorrent. Vid. Hug. Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 5. n. 12.* Z. *Inceſtus linea recta.*

II. Sed ſi hæc ratio procederet, quomodo Zieglerus *nota 324.* aſſerere potuit, ex delictis carnis ſolam Sodomiam eſſe contra naturam hominum? Igitur ex aliis rationibus inceſtus parentum & liberorum oſtendendus eſt repugnare juri naturali, qua de re egi *in inſtit. Jur. divin. lib. 3. c. 2. & 3. & in Fundam. Jur. Nat. & Gent. ad d. l. 3. c. 2.* T. *Quomodo contra Jus Naturæ.*

(322) Committitur enim inceſtus etiam inter fratrem & ſororem, de qua tamen conjunctione num juri naturæ adverſa ſit, multis adhuc diſputant Doctores. Committitur etiam inceſtus ratione affinitatis tam in affinitate perfecta inter vitricum & privignam, novercam & privignum, ſocerum & nurum, ſocrum & generum, quam in imperfecta inter filium & concubinam patris. Z. *Variæ inceſtus ſpecies.*

(323) Omnem eam cognationem & hinc deductum inceſtum, merum eſſe inventum Canoniſtarum dixi *lib. 2. tit. 13.* Z. *Remiſſio.*

(324) Inter delicta carnis ſola Sodomia eſt contra naturam humanam. Habet enim pro fine non prolis generationem, cujus tamen gratia membra genitalia homini data ſunt, ſed meram deteſtandamque libidinem, naturæ humanæ prorſus contrariam. Et mirandum hinc eſt, reperiri potuiſſe inter Chriſtianos, qui laudem Sodomitici hujus peccati ſcripſerunt, Johannem de la Caſa, Petrum Are- *Moraliſtarum hodiernorum ſpurcities.*

re Sodomitico fornicabitur : aut humani generis naturam transgressus, sese brutis commiscuerit. (325)

Quæ

Aretinum & alios. Nec profecto excusari possunt hodierni Moralistæ, qui antiquas Ecclesiæ constitutiones, & ipsorum Pontificum Romanorum decreta insulsis & multum detortis explicationibus ludificantur. Constituerat Pius V. Pontifex, Clericos, Sodomitas omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate & beneficio Ecclesiastico privari debere. Hanc constitutionem examinat Escobarius *Tr. 1. Exam. 8. n. 102.* & quærit, num bulla Pii V. contra clericos Sodomitas obliget in foro conscientiæ? Ad hanc quæstionem ita respondet: *Henriquez sentit, usu non esse receptam probabiliter, nec in conscientiæ foro obligare. Quod si usu recepta sit, clericus fœminam in indebito subigens vase, non committit proprie sodomiam, quia licet non servet debitum vas, servat tamen sexum. Nec incurrit ex Suario pœnas bullæ, intra vas masculi semen non immittens, quia delictum non est consummatum. Nec ex eodem, qui non nisi bis aut ter in Sodomiam sunt lapsi, quia Pontifex has pœnas clericis exercentibus sodomiam infligit. Nec (adhuc ex Suario) ante judicis sententiam declaratoriam pœnas bullæ in foro conscientiæ incurrunt: quia nulla lex pœnalis obligat homines ad se prodendum. Colligo, Clericum exercentem sodomiam, si sit contritus, etiam retento beneficio, officio, & dignitate, omnino esse absolvendum.* &c. Talia plura leguntur apud Thom. Hurtad. *tr. 1. resol. 31. seqq.* Z.

Explicatio. (325) Superat homo hac in parte malitia sua bruta animalia, cum, teste Platone *in politico*, asinorum & equorum tantum promiscua sit commixtio, reliqua vero animalia sine aliena commixtione ex propria procreent specie. Recte igitur Impp. Constantius & Constans jubent insurgere leges & armari jura gladio ultore, ut exquisitis pœnis subdantur hujusmodi malitiosi homines. Z.

ad

Quæ pœna sit stuprantis mulierem & honeste viventem, & virginem deflorantis.

§. 3. Quod si quis stuprum (326) admiserit, multum intererit, (327) utrum cum muliere honeste vivente rem habuerit, an virginem defloraverit. Primo enim casu stuprator pœnitentiæ subditus, pecuniaria etiam pœna coercendus erit: posteriore vero dotata vir-

ad §. 3.

(326) Stuprum est concubitus illicitus cum virgine aut vidua honesta. Quanquam enim Filliucius *tr. 30. c. 3. n. 59.* in viduam proprie dictum stuprum committi neget, & in eam sententiam etiam inclinet Gratianus *in c. hæc lex 36. qu. 1.* nulla tamen dari ratio solida potest, propter quam vocabulum istud commixtioni cum vidua honesta (de tali enim sermo est) convenire nequeat. Nam quod de virginitatis signaculo adducit Filliucius, nihil omnino facit, cum signaculum istud etiam sine carnali commixtione amitti queat; & imo in quamplurimis non dari ejusmodi signaculum, ostendit Paul. Zachias *in quæst. medico-legal. l. 3. tit. 2. q. 1.* Z. *Stuprum an in viduam commit tatur?*

(327) Imo nihil interest, viduam quis stupraverit, an virginem. Quanquam enim statuat Antonius Faber *in Cod. lib. 9. tit. 7. def. 5.* impunitum plane esse tale stuprum cum vidua commissum; convenit tamen honestati naturali, ut utrobique, sive virgo fuerit stuprata sive vidua, idem jus observetur. Atque id facit constitutio Sereniss. Elect. Sax. *27. p. 4.* quæ nullum plane facit discrimen. Nec video, cur non æque duci in Uxorem debeat Vidua, atque virgo, nisi forte autor cum iis faciat, qui secundas nuptias, ut minus honestas damnarunt. Z. *Imo idem obtinere & in vidua.*

G (12) (328)

virgine (328) eandem patre consentiente habebit uxorem: si vero pater virginis dare noluerit, (329) aut stuprator eam uxorem habere legibus impediatur, (330) reddet pecuniam juxta modum dotis, (331) quam vir-

An disjunctive an copulative? (328) Generali consuetudine receptum est, ut stuprator aut ducat aut dotet stupratam. Quanquam enim sint, qui alternative id intellectum nolint, sed verba textuum Canonicorum copulative accipiant, in qua sententia etiam hic videtur esse autor, propter textum *Exod. XXII. 16.* Legislatorem tamen disjunctive id jubere posse, docet Antonius Matthæus *tit. de adult. & stupr. c. 7. n. 17.* & Rabbinos quoque præceptum divinum ita intellexisse, ut nihilominus integrum sit vel stupratori ipsi, vel puellæ, vel puellæ patri, in matrimonium non consentire, notat Joh. Seldenus *de Uxor. Hebr. lib. 1. c. 16.* Z.

Quid si stuprata nolit? (329) Quid vero, si ipsa nolit virgo? adhuc dotari eam debere nonnulli statuunt, argumentantes: si patre dissentiente, cujus de conjunctione principaliter non agitur, dos danda est, quanto magis danda erit dissentiente ipsa, cujus de conjunctione agitur. Sed enim a patre ad filiam non satis firmum ducitur argumentum. Filia enim quæ nubere renuit, ipsamet sibi irritum reddit hoc dotationis debitum; at pater si renuit, non imputandum id est filiæ. Quia enim filia cum consensu patris nubere debet, facile patet, priorem partem alternativæ, qua aut ducere aut dotare jubetur stuprator, in casu, quando stuprata habet patrem, reddi conditionalem, hoc modo; ut aut ducat, si pater puellæ velit, aut dotet. Conditione igitur deficiente, tota expirat legis in ea parte dispositio; sed alteram tamen partem ut tum impleat stuprator, necesse est, cujus vi ad dotationem obligatur. Z.

Exemplum. (330) Quod intelligendum etiam est de eo, qui Uxorem jam habet. Modestin. Pistor. *quæst. 127. n. 16.* Berlich. *part. 5. concl. 38. n. 35.* Z.

(331)

virgines accipere consueverunt: Quod si consentiente patre stuprator ipse corruptam virginem in uxorem ducere renuerit, (332) corporaliter castigatus (333) excommunicatusque, (334) in monasterium (335) ad agen-

(331) Imo vero dos constituenda est a stupratore major ea qua alias non deflorata elocari potuisset. Quia enim per deflorationem conditio illius mulieris longe deterior facta est, non ita facile maritum sibi aequalem invenire poterit, si dotaretur tantum secundum facultates paternas. Vide Schneidew. *ad §. in duplum. n. 12. Inst. de actionib.* Z. *Quantitas dotis.*

(332) Ex hoc paragrapho, qui desumtus est ex *c. 2. X. h. t.* infertur, non habere stupratorem licentiam, alterutrum praestandi, h. e. vel ducendi stupratam, vel dotandi tantum. Poenae enim acerbitas, quae hic proponitur, sensum alternativum non admittit. Si enim alternative sensus concipiendus esset, stuprator praestatione dotis liberaretur, & ad ducendum vitiatam compelli praecise non posset, nec, si hoc recusaret, poena corporali affligi, aut in monasterium trudi. Gregor. de Valentia *tom. 3. disp. 9. qu. 3. punct. 3. vers. secundo qui virginem &c.* Z. *Novum argumentum pro sensu copulativo.*

(333) Quae poena arbitrio judicis relinquitur. Anton. Tessaur. *decis. 3. n. 3.* Z. *Declaratio.*

(334) Excommunicatione minore, quae fit a participatione Sacramentorum. Z. *Explicatio.*

(335) Quasi vero illic deleri possent flammae libidinis, aut per hanc intrusionem prospectum esset stupratae. Notat autem Henricus Zoesius *ad Digest. tit. ad L. Jul. de adulter. n. 60.* poenam hanc non esse in usu, sed condemnari stupratorem ad quid dandum puellae ratione damni, ex arbitrio judicis, attenta qualitate virginis. Et sic igitur deventum ad alternativam illam, de qua supra dixi, quod aut ducere aut dotare stupratam teneatur stuprator. Z. *Origo explicationis alternativae.*

gendam pœnitentiam retrudatur, de quo nulla erit ei egrediendi sine judicis permissione licentia. c)

c) c. 1. & seq. ext. eod. tit.

Raptorum pœna excommunicatio, depositio, & servitus, cum facultate tamen seipsum redimendi.

d) 1.36.q.2.

§. 4. Major d) legum severitas raptores cohibet: nam præter secularium sanctionum pœnas, (336) anathemate cum suis adjutoribus (337) feriri, aut si clerici sint (338) proprii ordinis & honoris amissionem substinere debent.

In propria sponsa non cadit raptus, & raptus per consensum purgari potest.

e) c. pen. & fin ext. de rapt.

§. 5. Raptus e) autem tunc committi dicitur, cum illa, de cujus nuptiis nihil actum fuerit antea, abdu-

---

ad §. 4.

Pœna raptus de jure civili. (336) Leges civiles raptorem mulieris honestæ, sive nupta ea fuerit, sive innupta, capitis supplicio & bonorum ademtione persequuntur, *l. un.* C. *de rapt. virg. Novell. 143. & 150.* Vid. Jacob Menoch. *de arb. jud. quæst. l. 2. cas. 291.* Ludov. a Pegvera *decis. 43.* Pœna tamen mortis non semper est eadem specie, sed variis de causis augeri potest, vel propter modum illatæ violentiæ, vel propter qualitatem personæ vi raptæ & abductæ, *arg. d. l. un. §. fin.* Z.

Pœna adjutorum. (337) Jure civili, qui ipsi rapiendi actui interfuerunt, pariter cum raptore ultimo afficiuntur supplicio. Reliqui vero, qui vel raptorem post invasionem in domum receperunt, vel, ut raptam tuto ad locum destinatum deduceret, opem tulerunt, capitali quidem pœnæ sucjiciuntur, sed non mortis naturalis *d. l. un. verb. cæteros autem omnes*, ibi: *pœna tantummodo capitali.* Z.

Remissio. (338) Nota iterum arcanum politicum & repete *notam 319.* T.

ad

ducitur. (339) Vnde qui ſibi deſponſatam, (340) vel parentibus reclamantibus, abduxerit, in crimen raptus, & in pœnas minime incidit. Rapta quoque puella legitime cum raptore matrimonium contrahet, (341) ſi prior diſſenſio in conſenſum tranſeat. Raptor enim

---

ad §. 5.

(339) Abductio hic non intelligenda eſt qualiscunque, ſed per concubitum, ad quem ultimate terminatur, completa. Filliuc. *tract. 30. c. 6. n. 111.* Unde ſi concubitus non fuerit ſecutus, mitius & extraordinarie punitur delinquens, niſi rapuerit virginem Deo conſecratam, *l. 5. C. de Epiſcop. & Cler.* Diſſ. Anton. Matthæus *de criminib. tit. de vi publ. & priv. c. 2. n. 6.* Sed ad primum & præcipuum argumentum ſuum diſtinguere ille debuiſſet inter publicam magiſtratus & privatam parentum & cognatorum vindictam. Non enim quod privatæ vindictæ & juſto dolori propter acerbiſſimam injuriam conceſſum eſt, ut quaſi ſtante pede & in continenti, dum raptorem inveniunt cognati, occidere liceat, id etiam magiſtratui, qui omnes circumſtantias exactiſſime examinare debet, permiſſum eſt Z. *Quid ſi raptor non concubuerit*

(340) Jure civili is quoque tenetur, qui ſponſam ſuam rapit *d. l. un.* verb. *quibus connumeramus C. de rapt. virg.* quia ſcilicet ſponſa ideo adhuc mea non eſt, quia conditioni renunciari poteſt, poteſt autem conditioni renunciari, donec domum ducta fuerit *l. 1. C. de ſponſal.* & ſponſalia jure civili ſemper intelliguntur eſſe de futuro. Hodie igitur, quia ſponſalia de præſenti verum ſunt matrimonium, mitius erit agendum cum eo, qui ſponſam de præſenti rapuit, quoniam ſcilicet renunciare illa conditioni nequit. Et licet ſponſus violentiam inferendo peccet, a raptu tamen excuſatur. Thomas *2. 2. qu. 154. art. 7.* Z. *Diſtinctio inter deſponſatam & ſponſam.*

(341) De jure civili id non licet, *l. un. §. 10. C. h. t.* Sed jure *Declaratio*

 Ca- *varia.*

enim & rapta, nomina sunt vitiorum, non personarum: (342) vitia autem cum purgata fuerint, eorum etiam nomina abolentur. (343)

Ra-

Canonico, si rapta libero in loco constituta postmodum in matrimonium consensit, licita fiet conjunctio *c. ult. X. h. t.* Per hoc tamen matrimonium raptor non evitat pœnas raptus, cum per matrimonium tantum satisfiat honori raptæ, non etiam Reip. læsæ. Vid. Pegvera *decis.* 42. Pœnam autem hoc casu esse perpetuam relegationem, decrevit Collegium juridicum Helmstadiense apud Hahn. Obs. in Wesenbec. *ad L. Jul. de adult. n. 21.* Z.

Objectio. (342) I. Imo vero personarum vitium committentium. Nunquam enim crimen raptus dicetur raptor aut rapta. Z.

Responsio. II. Credo hoc ipsum intellexisse Lancelottum, & adeo saltem mentem suam non perspicue exposuisse. Hauddubie enim dicere voluit: *Raptor enim & rapta nomina sunt personis non perpetuo cohærentia, sed quæ personæ a vitiis nactæ sunt. Vitia autem cum &c.* T.

Fallibilitas conciliorum. (343) Obiter noto in hac controversia, num raptor & rapta matrimonio jungi possint, ipsis verbis Gratiani ostendi posse, tantam non esse autoritatem Conciliorum etiam probatissimorum, ut non aliquando errasse dici queant. Postquam enim Gratianus canones Concilii Meldensis & Aquisgranensis, quo utroque ejusmodi nuptiæ prohibentur, protulisset *c. si autem & c. placuit 36. qu. 2.* sic tandem concludit: *Hac auctoritas non præjudicat auctoritati Hieronymi, maxime cum illa testimonio divinæ legis nitatur. Legitime igitur post pœnitentiam peractam raptor sibi poterit copulare, quam rapuit, &c.* Agnoscit ergo Gratianus utrumque concilium Meldense & Aquisgranense errasse, & contra divinam legem statuisse. Quid noviter constitutum fuerit in Concilio Triden-

Raptus Monialis purgari non potest.

§. 6. Sed hæc de illis intelligenda sunt, qui mulierum laicarum consensum habuerunt: nam si quis Deo dicatas virgines *f*) vel rapuerit, vel volentes matrimonio sibi sociare tentaverit, (344) tanquam sacrile-

f) *can. 1. 36. q. 2. cum seq.*

---

dentino, explicat Gregorius Sayrus *in clav. reg. lib. 8. cap. 5. num. 1. Z.*

ad §. 6.

(344) I. Intendit id, quod edixit Imp. Jovianus in *l. 5. C. de Episc. & Cler.* postquam imperante antecessore suo Juliano multi impudici & perditi homines ut Christianis ægre facerent, virgines istiusmodi seduxerant, uti notat Sozomen. *histor. lib. 6. c. 3.* Non arbitror, votum castitatis, quale hodie apud Pontificios frequentatur, jam eo tempore in usu fuisse, aut si fuit, merito id habetur inter fundamenta, super quibus extructum fuit regnum Anti-Christi. Testatur utique Balæus, fuisse in Germania etiam sequentibus temporibus cœnobia monialium nobilium, unde exire & honeste nubere poterant, excepta Abbatissa. Quicquid sit, non tamen hoc dicit Imperator, capitis supplicio puniri debere, qui matrimonii jungendi causa moniales attentare ausus fuisset; sed hoc potius, & raptum & attentationem sive conatum raptus monialium matrimonii causa factum capitali pœna plectendum esse ut ita tota constitutio de raptu tantum & conatu ejus intelligi debeat. Vid. Augustin. Barbos. *in d. l. 5.* In Codice Theodosiano *l. 2. de rapt.* ita habent verba: *Si quis non dicam rapere sed vel attentare matrimonii jungendi causa sacras virgines vel invitas ausus fuerit, &c:* Mendum hic subesse arbitror, & pro verbis vel *invitas* legendum, *vel viduas.* Quod si retineri debet lectio vulgata, non erit supplicio afficiendus, qui volentem rapere attentaverit. Sed plerumque tamen Pontificii istam constitutionem contra intentionem Im-

Expositio l. 5. C. de Episc. & Cler. l. 2. C. Th. de raptor.

legium (345) admittens, pro tam nefandi criminis atrocitate plectendus erit, nulla g) prorsus voluntatis sacrarum virginum habita ratione.

g) gl. 1. d. can. 2.

Pœ-

Imperatoris accipiunt de matrimonio cum moniali sine raptu. Vid. Claud. Espencæus] *de vot. continent. lib. 4. p. 507.* Z.

Illustratio notæ præcedentis. II. Jac. Gothofred. in comment. ad *d. l. 2. C. Theod. de rapt. vel matrim. Tom. 3. p. 198.* pro INVITAS, legit INVITARE, id est de stupro compellare. Ego putarem, cum *l. 5. C. Justinianei de Episc. & Cler.* ista verba plane omittat, legi quidem debere *vel invitare*, sed non putandum esse, quod hæc verba in textu legis extiterint, sed quod ea interpres quidam in margine legis posuerit, ut explicaret verbum præcedens *attentare*. Cæterum de statu monialium istis Joviani temporibus vide Hospinianum *de monachismo lib. 3. c. 11. & 12.* T.

Pseudo-Sacrilegium. (345) Propter personam, quæ virginitatem DEO vovit, ritibusque sacris est initiata, seu publice consecrata. Atque hoc sacrilegium vel simplex faciunt vel duplex, ad instar adulterii simplicis aut duplicis. Simplex dicunt, quando una persona tantum, duplex quando utraque DEO est consecrata. Nos tale sacrilegium non agnoscimus; de votis a. monasticis quid vera sentiat Ecclesia, *l. 1. tit. ult.* abunde dictum fuit. Dubitare autem licet, num & Cœlestinus III. Papa sacrilegium commiserit, dum ægre ferens Tancredum regno Siciliæ potiri, Constantiam Rege Rogerio natam, occulte e monasterio Panormitano eduxit, eamque licet DEo dicatam Henrico VI. Friderici Barbarossæ Filio in matrimonium collocavit, hac conditione, ut regnum Siciliæ dotis nomine repeteret, uti refert Platina *in ipsius vita.* Utique si sacrilegium est, monialem sibi matrimonio sociare, sacrilegium etiam committit Pontifex, qui jungit, aut privilegium ostendat, per quod crimen committere ipsi impune liceat. Z. Repete *notam 259.*

ad

Pœna simplicis fornicationis est arbitraria.

§. 7. Demum si quis cum muliere soluta (346) & impudica (347) simpliciter fornicatus (348) fuerit, tam *c. meretrices & c. dicat. 32. q. 4.*

ad §. 7.

(346) Soluta hic dicitur non tantum ea quæ vinculo matrimoniali libera est, sed etiam quæ nulla necessitudine juncta est fornicatori. Quotiescunque enim horum aliquod accedit, fornicatio simplex non manet, sed in aliam transit delicti speciem. Z. *Declaratio.*

(347) Sive meretrice. Hoc enim maxime proprium est fornicationis, quanquam dissentiant Gregorius de Valentia *comment. theol. tom. 3. disp. 9. qv. 3. punct. 3. lit. C.* Paulus Layman, *theol. moral. lib. 3. tr. 3, part. 3. c. 13. n. 1.* & alii, contendentes, etiam cum virgine in illegitimos complexus consentiente committi fornicationem. Dicitur autem meretrix, quæ palam vel passim se prostituit *l. 43. §. Octavenus ff. de rit. nupt.* sive id gratis faciat, sive quæstus causa. Opera enim ista ita distinguebantur, ut si fierent gratis, ac sine precio, mere contumeliosa ac sola ὕβρει censerentur; sin autem dato pretio, ab hac potius parte æstimarentur, essetque minor contumelia, ad quam meretrix se auctorasset. Desid. Herald. ad Tertull. apolog. *l. 1. digress. 9.* Cæterum utrum autor sua hæc verba etiam de concubina intellecta velit, dicere non ausim, præsertim cum adhuc disputent inter se Doctores, annon licitus sit jure canonum concubinatus, propter *c. is qui dist. 34. c. Christiano dist. eadem.* Ubi tamen plerique per concubinam intelligunt talem mulierem, quæ vera quidem Uxor est, sed non legitima, verum talis, quæ alicui sine solennitatibus Ecclesiasticis est sociata. Vid. Jac. Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 418. n. 19.* Didac. Covarruv. *tom. 1. part. 1. cap. 4. num. 9.* Z. *Varia de meretrice, item de concubina.*

(348) Vides itaque & ipsos Canonistas fateri fornicationem simplicem, id est proprie & stricte dictam, nihil aliud esse, quam scortationem. Unde confirmantur ea, quæ supra *nota 316.* *Scortatio.*

tam pœnitentiæ modus, quam etiam alia pœna in Iudicis potissimum reponetur arbitrio, (349) qui ex qualitatibus variis minorem, vel majorem pœnam statuet.

DE CRIMINE FALSI

TITULUS IX.

Qui per se, vel per alios literas Papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus & Clerici officiis & beneficiis privantur, & degradati traduntur Curiæ seculari.

§. I.

ADversus eos quoque, qui falsi crimen commiserunt, varie statutum reperitur, (350) illos tamen cœ-

---

dicta sunt. Quod vero Laymannus a Zieglero nota præcedente adductus putet, fornicationem simpliciter dictam comitti cum virgine consentiente, in eo hauddubie errat, ac stuprum cum scortatione confundit. T.

Etiam in foro civili. (349) Etiam in foro civili. Modo enim relegatione, modo carcere, modo etiam mulcta pecuniaria tale delictum coercetur. Vid. Carpz. *pr. crim. p. 2. qv. 70. n. 43. seq.* Z.

TIT. IX.

ad §. 1.

Varia de crimine falsi. (350) Ita qui falsum commisit in literis Regis Franciæ, charactere notabatur *c. 3. X. h. t.* quod post glossam ita intelligit Claudius Espencæus *in ep. 1. ad Tim. digress. l. 2. c. 7.* ut cutis tantum superficies deformetur, non vero ad sanguinis effusionem procedatur, aut ita profunde ferrum sive character infigatur, ut sanguinem eliciat. Ita alias Clericus falsi reus depositus in monaste-

cæteris acrius (351) Canones insectantur, qui literis Apostolicis (352) falsis usi fuerint. (353) Talium enim li-

---

sterium detruditur. *c. si Episcopus dist. 50.* Varie autem committitur hoc crimen, potissimum vel circa personas, vel circa res. Circa personas est crimen suppositi partûs, mutatio nominis, falsum & corruptum testimonium: Circa res committitur, quando quis testimonium vel aliud instrumentum falsum scripsit, signavit, recitavit, subjecit &c. alienas literas resignavit, monetam adulterinam cudit, aut veram rasit, pondera aut mensuras falsavit &c. Et hinc etiam aliæ aliæque pœnæ pro atrocitate delicti locum inveniunt. Z.

(351) Sententia mea de atrocitate delictorum ex principiis Canonistarum supra *nota 313. sect. 2. num. 11. 12. 13.* proposita, ulterius egregie illustratur per hoc falsi exemplum & notam subsequentem Ziegleri. Vides: Falsum usu falsarum literarum Pontificis commissum, est crimen atrocissimum, quia læditur majestas vice-divina id est Papalis. At si Clerus Pontificius scripta vere Apostolica corrumpit, aut falsa ut vera protrudit, ne quidem peccatillum est, sed peccatores potius atrocissimi ex ipsorum mente habentur, quia talia falsa detegunt. T. *Cur crimen atrox?*

(352) Hoc est, literis pontificiis ex sede Romana commentitiis. Et hoc delictum gravius punitur apud Canonistas, quam vel homicidium vel adulterium. Nec unquam tantis pœnis subjiciuntur, qui ipsorum Apostolorum nomine scripta divulgant, iisque utuntur. Z. *Objectio gravis.*

(353) Tria requiruntur a Doctoribus, ut falsitas commissa puniri queat, 1. dolus, 2. mutatio veritatis, 3. quod alteri nocitum fuerit. Ventur. de Valent. *in Parthen. litigios. l. 1. c. 10. n. 8.* Quoad tertium tamen, inprimis in rescriptis regiis commentitiis sufficere putant nonnulli, quod nocere falsitas commissa potuerit, *Objectio & responsio.*

b) cap. ad falſ. ext. eod. tit. literarum falſarii b) cum fautoribus, & defenſoribus ſuis, anathemate feriuntur: & ſi Clerici fuerint, omnibus officiis & beneficiis Eccleſiaſticis perpetuo privabuntur, ita, ut qui per ſe falſitatis vitium exercuerint, (354) poſtquam per Eccleſiaſticum Iudicem degradati fuerint, ſeculari poteſtati tradendi ſint ſecundum legitimas conſtitutiones puniendi: (355) per quam & laici, qui fuerint de falſitate convicti, legitime punientur.

Qui falſis literis utitur, ſi Clericus eſt, officiis & beneficiis privatur: ſi laicus, excommunicatur.

d. capit. §. ſi vero. §. 2. Mitius cum illis agitur, (356) qui licet his

---

rit; etſi actu nondum nocuerit. Poſt Franciſcum Marcum Ludovicus a Pegvera *deciſ. 80.* Z.

Explicatio & limitatio. (354) Hoc eſt, qui ipſi falſas literas confecerint. Diſtinguit enim ab his illos, qui non ipſi confecerunt, ſed ab aliis confectas uſurparunt. Cæterum non præſumitur quis falſum comiſiſſe, ſi literæ Apoſtolicæ fuerint de ſimplici juſtitia, quia ſcilicet tales facile poſſunt iterato impetrari *c. penult. X. h. t.* Guid. Pap. *quæſt. 454.* Z.

Id eſt ultimo ſupplicio. (355) Secundum quas alias puniuntur Laici. Et plurimi volunt, Laicum literas Regias corrumpentem & falſantem, ultimo debere affici ſupplicio. Ludov. a Pegvera *dict. deciſ. 80.* Nicol. Boër. *deciſ. 82.* cui conſentit, quod notant Doctores, clerico curiæ ſeculari tradito pœnam imponi debere ultimi ſupplicii. Z.

ad §. 2.

Ratio. (356) Quia ſcilicet non tam graviter creduntur peccaſſe. Alibi tamen æque graviter puniuntur, qui uſi fuerunt falſis reſcriptis, & qui eas fabricarunt, Jacob. Menoch. *de arb. jud quæſt. caſ. 215.* Z.

(357)

his utantur, tamen ipsi non falsificaverunt: si enim Clerici fuerint, officiis & beneficiis Ecclesiasticis spoliandi erunt: si laici, tamdiu excommunicationi subjicientur, (357) quamdiu competenter satisfecerint. In utrisque (358) tamen malitia gravius, quam negligentia punietur: quod & de his, qui falsas literas impetrant, observabitur.

DE HOMICIDIO.

TIT. X.

Assasinium, sicuti omnium homicidiorum est atrocissimum, ita etiam atrocissime punitur.

§. I.

CVm non ad opera tantum sit respiciendum, sed tem- *c. sicut dignum h. t.*

(357) Si tamen modicum aliquid immutatum & correctum fuerit, nec substantiæ aliquid detrahatur, nolunt excommunicationis pœnam locum habere. Aug. Barbos. *ad c. 9. X. h. t.* Cæterum etiam ille, qui literas falsas sciens apud se detinet, easque intra viginti dies, a tempore, quo falsas esse cognovit, non destruit aut resignat, excommunicationi subjicitur *c. 4. §. adjicientes X. h. t.* Z. *Limitatio & Ampliatio.*

(358) I. Non video, qui locum in priore casu, quando scilicet quis ipse falsas literas confecit, habere queat negligentia. Utique ille semper versatur in dolo, & non poterit nisi ex malitia tales literas conficere. Z. *Objectio.*

II. Erravit Zieglerus. Per *utrosque* enim Lancelottus hic non intelligit & illos qui utuntur, & qui ipsi falsificaverint, sed, ut modo præcesserat, tam Clericos, quam Laicos. T. *Responsio.*

tempus, causa (359) voluntas, personarum differentia, & omnia quæ operibus accidunt, sint pervestiganda, sequitur, ut non sit omnium homicidiorum eadem conditio. (360) Cunctorum vero illud atrocissimum *a*) videtur, quod *Assasinium* (361) vulgo nun-

a) *c. 1. cod. tit. in 6.*

TIT. X.

ad §. 1.

Ratio. (359) I. Multum faciunt circumstantiæ temporis, loci, personarum ad aggravandum delictum & augendam pœnam. Anton. Matthæ. *de criminib. tit. de pæn. c. 4. n. 12. seq.* Z.

Remissio. II. Unde confirmatur id, quod de quæstione de atrocitate delictorum in expositione meæ sententiæ posui *nota 313. sect. 2. n. 3. & 8.* T

Tria homicidiorum genera. (360) Et hinc distinguuntur homicidia in dolosa, culposa & casualia. Dolosum dicitur, quando homo a sciente & volente occiditur. Culposum vero, quando occidens non quidem habet animum dolosum occidendi vel vulnerandi, culpa tamen interveniente vel præcedente aliquem occidit. Casuale denique dicitur, quod casu inopinato propter principium aliquod extrinsecum committitur. Et hæ circumstantiæ faciunt, ut pro ratione delicti variet pœna. Z.

Assasini qui? (361) Quando quis occidit aliquem ad instantiam alterius corruptus precio vel pecunia. Cur ita dicatur, ex Paulo Æmilio optime exponunt Franciscus Duarenus *lib. 2. disp. anniv. cap. 12.* & Tiberius Decianus *in tr. crim. lib. 9. c. 30.* Assasini enim e Perside profecti & Mahumedis persuasione imbuti, hostes religionis suæ ut interficerent, clam se iis miscebant, ex eorum numero se esse simulantes, donec cædem ab Arsacida sive Principe suo mandatam perficerent, vitæ suæ admodum prodigi, & hinc difficulter caveri poterant. Z.

(362)

nuncupant. (362) Vnde non ſolum aſſaſini ipſi, (363) ſed

(362) De aſſaſſinis vide plura apud Beſold. *voce* Meuchelmörder. Camerarius *Horar. ſubciſiv. cent. 1. cap. 30. p. 148. ſeq. Sic in illa celebri expeditione Hieroſolymitana in Orientem, Gallorum & Anglorum Principes, inſidiis hoſtilibus partim ſuccubuerunt, partim vix ſervati ſunt. Etenim fuit tunc temporis in Oriente quoddam genus hominum Aſſasſinorum ſive Beduinorum nomine, in denſis montibus habitantium, & Domino cuidam parentium, cujus nullum aliud nomen cognoſcebatur, quam quod Senem, ſive Magnum montis appellabant. Is per ſpeciem cujusdam paradyſi voluptatis, quem eorum animis impreſſerat, tantum ab eis conſecutus erat, ut ſolenni voto ſponderent, ſeſe in Principes omnes ſævituros eſſe, qui ipſorum ſectæ adverſarentur. Et ſane compertum eſt, Principes Chriſtianos in tota illa expeditione, a nullis æque atque ab illa hominum fece fuiſſe infeſtatos. Eorum inſidiis & Comes Tripolitanus occiſus eſt, & aliquando poſt Eduardus filius Regis Angliæ ab iisdem oppreſſus, in ſuo ipſius cubiculo vulneratus eſt. Philippus Galliæ Regis filius præmonitus de inſidiis, in ſe illis locis compoſitis, coactus eſt ex illis finibus excedere. Et Ludovicus, quem ſanctum appellant, pater ipſius, ipſe perditorum illorum conatus difficulter evaſit. Atque inde ASSASSINI in Gallica & Italica lingua vocantur, qui cædem aliquam, aut alioquin atrox facinus vel mercede conducti, vel ſpe præmii dedita opera perpetrant.* Cave igitur, ne putes, dum legis, Aſſaſſinium hic a Papa inter atrociora delicta referri, quaſi noſtra doctrina de atrocitate delictorum ex ſolo intereſſe Cleri æſtimanda, vacillet, cum hic Pontifex ex ratione evidenti Aſſaſſinium inter delicta atrociora referat, quia difficilius ejusmodi homicida caveri poteſt, & quia hauddubie in graviore dolo eſt, qui per inſidias alii vel dum amicum ſe eſſe ſi-

Plura de aſſaſinis.

Cur aſſaſſinium inter atrociora delicta hic referatur.

ſed etiam receptatores, occultatores, conſultatores & defenſores eorum, & qui per eosdem quenquam interfici fecerit, aut mandaverit, (364) dignitatibus, honoribus, officiis, omnibusque bonis nudatus, excommunicationis & depoſitionis (365) incurret ipſo ju-

ſimulat, nocet. Nequaquam enim hæc fuit cauſa primaria, quæ Papam movit, ut aſſaſſinium declaraverit eſſe crimen atrocisſimum; Primaria cauſa fuit, quod Aſſaſſini iſti eſſent Religioni Mahumetanæ addicti, & maxime, quod impedirent progreſſum Cruciatarum, quibus tamen Papæ ut potisſimo arcano tum utebantur ad ſtabiliendum ſuum Dominatum, & ad ſubjugandos Reges Chriſtianos. Huc reſpiciunt etiam verba finalia hujus paragraphi & quæ ulterius *in d. c. 1. de homicid. in 6.* memorantur de redemtione vitæ ab aſſaſſinorum domino non absque Chriſtianæ dignitatis opprobrio. T.

Aſſasſinator. Aſſasſinus. (363) Communiter Aſſasſini nomine venit tum mandans, tum mandatarius, licet a quibusdam mandans Aſſasſinator, mandatarius autem in ſpecie Aſſasſinus dicatur. Z.

Ratio. (364) Quando ſcilicet vel mors ipſa ſecuta fuit, vel actus aliquis ad mortem inferendam proxime directus. Habet enim etiam tum pœna aſſasſinii tum in mandante, tum in mandatario locum. Carpzov. *prax. crim. part. 1. qv. 19. n. 58. 59.* Decian. *d. l. n. 13.* Z.

Expoſitio varians. (365) Notat hic Barboſa, non intelligi talem depoſitionem, quæ ordinatur ad actualem degradationem, ut talis Clericus curiæ ſeculari tradatur, ſed potius hic irregularitatem denotari. Sed e contrario ſtatuit Tiberius Decianus *d. l. 9. c. 30. n. 11.* poſſe clericum aſſasſinum per judicem ſecularem morte puniri, absque ſollenni depoſitione & degradatione. Z.

(366)

jure (366) sententiam, & tanquam Christianæ religionis hostis a toto Christiano populo perpetuo diffidatus erit. (367)

Interficiens per industriam similis est Assasino.

§. 2. Non *b*) absimilis (368) eum tenet pœna, qui licet non per assasinium, per insidias tamen (369) & industriam hominem (370) interfecerit. *b*) *c. 1. extr. eod. tit.*

In-

(366) In textu originali *c. 1. de homicid. in 6.* habetur: *ipso facto.* Sed haberi ista pro synonymis, & utroque denotari canonem latæ sententiæ notat Augustinus Barbosa *in dict. usufreqv. n. 178.* Necesse tamen nihilominus est, ut feratur sententia declaratoria. *Z.* *Ipso jure. Ipso facto.*

(367) Et ex hoc ab omnibus impune occidi potest. Paria enim habentur, quando statutum aliquem facit diffidatum & quando mandat eum occidi. Tiber. Decian. *tr. crim. lib. 4. c. 9. n. 78.* Cæterum in foro civili admodum variat pœna assasfinii, pro more scil. & consuetudine cujusque populi. Quandoque enim ultra pœnam gladii etiam rota tunduntur assasfini, quandoque ustulatio additur per forcipes ignitos, quandoque in frusta scinduntur. In Electoratu Saxonico assasfinatoris gladio puniti cadaver rotæ imponitur, Assasfinus vero rotæ supplicio afficitur. Carpzov. *d. l. n. 15. & 19.* Z. *Diffidationis effectus. Pœnæ secularis assasfinorum.*

ad §. 2.

(368) Scilicet quoad pœnam capitalem. Sed in eo tamen est differentia, quod talis non ut assassinus tanquam religionis Christianæ hostis a toto Christiano populo perpetuo diffidatus habeatur *d. c. 1. X. h. t. junct. d. c. 1. eod. in 6.* Adeoque nec tale homicidium pro omnium homicidiorum atrocissimo a Canonistis haberi potest per dicta *nota 362.* T. *Limitatio.*

(369) Longe improbiores sunt insidiæ vi aperta. Vim enim vi repellere possumus, insidias autem nisi præmoniti vitare non pos- *Ratio.*

Interficiens latronem non ex necessitate, punitur: secus, si ex necessitate.

c) c. 2. extr. eod. tit. §. 3. Quod si *c*) quis latronem vel furem peremerit, videamus, an sit puniendus: & si quidem furem absque occisione comprehendere potuit, (371) certa adversus eum (372) statuta pœnitentia reperitur: quod si non potuit, (373) nulla occisori erit ex necessitate injungenda pœna.

Non

---

sumus. Et ut maxime præmoniti simus, semper inimicus insidiari potest, nos non semper cavere. Z.

Explicatio. (370) H. e. destinato & deliberato animo. Sunt enim homicidæ quandoque tam vecordes, ut animum occidendi clare ostentent, & vel factis vel verbis eum explicent. Non tamen ubique tales, perinde ut assasini, puniuntur, quod turpius & atrocius videatur, vitam hominis in commercio habere, & de ea certo precio pacisci. Z.

ad §. 3.

Jus capiendi fures. (371) Rem enim meam quocunque modo, etiam vi, retinere, aut occupatam extorquere, aut furem capere mihi licet, ita ut etiam τριβόλους seu murices ferreos ad lædendos & irretiendos fures in terram defodere aut alia offendicula ponere liceat. Menoch. *de arb. jud. qq. l. 2. cas. 324. n. 7.* Polydor. Ripa, *de noct. temp. c. 32.* Z.

Pœna juris civilis. (372) Etiam jus civile nullam hac in parte concedit impunitatem *l. 9. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Et diserte Ulpianus; *Si quis furem metu occiderit, non dubitamus, quin L. Aquilia non teneatur. Sin autem, cum posset apprehendere, maluit occidere, magis est, ut injuriam fecisse videatur.* Ergo etiam L. Cornelia tenebitur, apud Cujac. *ad l. 3. ff. de just. & jur.* Z.

Differentia inter furem (373) Vis, de qua dixi, rerum suarum retentiva, in tantum

Non punitur homicidium fortuitum, si nulla culpa casum præcessit.

§. 4.

tum extendi non debet, ut extra vitæ discrimen constituto furem occidere liceat. Ita etiam Lex Mosaica *Exod. XXII. 2.* eum quidem, qui furem nocturnum occiderat, non judicabat reum sanguinis, quod in dubio erat, utrum furti an cædis causa ædes nocte effringeret, sed si orto Sole eum occiderat, tam benigne non absolvebat, quia sc. de furto solum tunc erat præsumendum, quod mulcta non cæde ex lege compensabatur. Selden. *de ann. civil. vet. Judæor. c. 15. in fin.* Et huic conforme est, quod ab Ulpiano in emendationem Legis XII. tabb. proditum est *d. l. 9. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Occisorem furis nocturni tum demum impune id ferre, quando parcere ei sine periculo suo non potuit. Est igitur præsumtio pro eo, qui furem noctu occidit; sed si forte testes adfuerint, ex quibus constet, non fuisse eum, qui furem occidit, adductum in vitæ suæ periculum, jam præsumptio ista cessabit, ac proinde is, qui occidit, homicidii tenebitur. Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. l. 2. c. 1. n. 12.* Hinc vero judicium fieri potest de doctrina Leonhardi Lessii, quam proponit *l. 2. c. 9. n. 66. Ex Scriptura*, inquit, *Exod. 22. non est reus sanguinis, qui furem nocturnum occiderit, sed qui diurnum. Hinc qui furem diurnum non se telo defendentem interficeret, non excusaretur ab homicidio in foro externo; in foro tamen conscientiæ excusaretur, si non erat probabilis spes recuperandi, vel si recuperatio non erat certa, sed dubia, ut Sotus ait, quia non tenetur res suas perdere aut probabili periculo exponere, ut fur salvus sit.* &c. Ergone igitur, quos Lex Mosis plectit, eosdem absolvet Evangelium Christi? Ergone Legem destruit Christus, quam adimplere debuit? Dura hæc est Lessii doctrina, & ab omni ratione aliena. Quocirca nec facere possum cum autore, si hanc gerit mentem, licere furem occidere, quando apprehendi ille non potest. Utique enim non aliter occi- *diurnum & nocturnum.*

c. Johannes h. t. §. 4. Idem etiam obtinebit, si casu perpetratum fuerit homicidium, ut puta, si quis *d*) necessario *d) c. sæpe contingit 50. dist.* insistens operi, arborem inciderit, & aliquis subtus transiens opprimatur: nam si neque voluntate, nec ulla incidentis culpa (374) factum fuerit, ut pertransiens opprimeretur, arborem incidens homicidii pœnis obnoxius non erit.

Pœnitentia certorum annorum est injungenda parentibus opprimentibus filios.

c. fin. de his qui fil. occid. §. 5. Alia ratio est eorum, qui proprios filios oppressisse reperiuntur. Cum enim hos graviter de-

dere licet, quam si quis per eum in vitæ discrimen conjiciatur. Periculum quippe personæ justam facit furis occisionem, non periculum rerum. Z.

ad §. 4.

Varia de homicidio casuali. (374) Culpa committi potest, si non proclamet, ut prætereuntes caveant, quod tamen restringunt jura civilia ad eum casum, quando putatio fit in loco, ubi iter publicum vel privatum fuerit, ut tum clamor sit necessarius, & omisso eo putator in culpa constituatur. Quod si nullum iter sit, tum nullam ab eo esse exigendam culpam *l. 31. ff. ad L. Aquil. l. 7. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Add. Carpzov. *prax. crim. p. 1. qu. 27. n. 13. 19.* In genere autem circa homicidium casuale differentiam faciunt moralistæ, utrum quis operam dederit rei illicitæ, an licitæ. Priori casu, si homo inde occisus fuerit, reum eum dicunt homicidii, dum tamen actus ipse periculum occidendi continuerit. Secundo casu absolvunt operantem ab homicidio, si modo debitam adhibuerit diligentiam, etsi mors ex ipsa actione sequatur. Vid. Greg. Sayr. *clav. reg. lib. 7. c. 14.* Z.

ad

deliquiſſe (375) non ſit dubium, certorum annorum (376) erit illis injungenda pœnitentia.

Filius a patre, vel alio, patre ſciente, expoſitus, liberatur a patria poteſtate: & expoſitum ſuſcipiens nullum in eo habet jus.

§. 6. Quod ſi filius a patre, *e*) vel ab alio, patre ſciente, (377) fuerit expoſitus, (378) aut eidem a- li-

e) *c. uni extr. de infant. langu. & expoſit.*

ad §. 5.

(375) Scil. ſi conſtat, parentes interfectores eſſe, uti habetur *in c. fin. X. de his qui fil. occid.* Si non conſtet, non quidem omni pœna immunes erunt parentes, ſed eſſe tamen tum conſiderationem pietatis habendam, definitur *d. c. fin.* & nullam hoc caſu inſtitui accuſationem dicit Anton. Gomez *tom. 3. var. reſol. c. 3. n. 19.* Z. *Declaratio.*

(376) Triam ſcilicet, *d. c. fin.* ita ut unus peragatur in pane & aqua. In foro civili pœna eſt vel carceris vel relegationis pro qualitate delicti & culpæ. Carpzov. *pr. crim. part. 1. quæſt. 15. num. 33. ſeq.* Z. *Alia.*

ad §. 6.

(377) Ignorante enim eo ſi ab alio expoſitus fuerit infans, pater jus ſalvum retinet, modo educatori reſtituat alimenta *l. 1. C. de infantib. expoſ.* Z. *Quid ſi ignorante?*

(378) Communiter diſtinguitur, quod expoſitio infantis fiat aut in locum ſolitarium & e conſpectu hominum remotum, aut in locum non ſolitarium, & quotidie a multis præteriri ſolitum. Priore caſu vel mors ſecuta eſt vel non. Si prius, locum habet pœna ordinaria. Si poſterius, pœna extraordinaria & arbitraria infligi debet. Poſteriore caſu itidem vel moritur expoſititius vel non. Si illud, pœna fuſtigationis decernitur; Si hoc, relegatio vel tem- *Variæ diſtinctiones circa pœnas ſeculares.*

limenta denegata fuerint, (379) hoc ipso a potestate patria liberabitur. (380) Nec tamen propterea, qui expositos susceperit, aliquod in eis jus vendicare poterit. (381)

Impediens conceptionem, vel abortum procurans, punitur ut homicida: secus, si id casu fieri contingat.

c. si aliquis eod. tit.

§. 7. Is quoque, qui vel causa explendæ libidinis, (382) vel odii meditatione, (383) viro aut mulieri ali-

---

temporalis vel perpetua, aut etiam pœna carceris tantum. Vid. Finkelthaus *Obs. 86.* Carpzov. *part. 4. const. 4. def. 8. & 9. Z.*

Naturale debitum alendi liberos.

(379) Liberos enim alere patri necesse est propter ipsam naturam *l. fin. §. ipsum C. de bon quæ lib.* & ipse naturalis stimulus, i.e. στοργὴ parentes ad liberorum suorum educationem hortatur *l. un. §. taceat C. de R. U. A.* Add. Grot. *l. 2. de jur. bell. & pac. c. 7. n. 4.* Z.

Ratio.

(380) Idem disponitur in *l. 2. C. de infant. expos.* Nec enim suum quis dicere poterit, quem pereuntem contempsit. Z.

Nec jus domini nec patris.

(381) Idem habetur in *l. 3. C. de infant. expos.* Igitur nec jus domini consequitur ille, nec patris. Non domini: nam etsi pro servo sublatum habuerit, adsertio tamen denegatur ei, qui ex hujusmodi causa in libertatem vindicatur, neque ipsa libertas redimitur precio alimentorum. Non patris, neque enim ea res pro adoptione cedit, etsi filii loco sublatum aluerit. Anton. Matthæ. *de criminib. tit. de expos. infant. n. 2.* Z.

ad §. 7.

Libidinis expletio contra naturam.

(382) Primarius fœminæ usus est, ut ex ea procreentur liberi, non solum ut libido expleatur. Unde etiam Spartianus laudat Pescennium Nigrum, quod rei venereæ, nisi ad creandos liberos, prorsus fuerit ignarus. *Non ad voluptatis usum, sed ad propagationem sobolis hanc mihi adjungere constitui*, inquit Thya-

aliquid fecerit, (384) vel potandum dederit, quo minus possit generare, vel concipere, (385) vel nasci soboles, (386) ut homicida puniendus erit. (387) Quanquam

Thyamis apud Heliodor. *l. 1. Æthiop. p. 40.* Et Josephus Judæos hunc tantum ob finem cum Uxoribus congredi ait, *lib. 2. contr. Appion.* Quisquis ergo finem hunc intervertit, & libidinis tantum explendæ causa, muliere utitur, atque in eum finem sterilitatem procurat, ipsum naturæ ordinem impetit & turbat. Z.

(383) Ne heres nascatur, qui successionem speratam impediat, aut si uxor ipsa post divortium vim inferat visceribus suis, ne inimico marito filium procreet, quod exemplum in *l. 39. ff. de pæn.* Z. *Casus de odio.*

(384) Per incantationes. Quemadmodum Ferdinandus Rex Neapolitanus fecit, ut Johannes Galeacius Sforcia aliquot mensibus impotens esset, quo sc. Sponsam ejus Isabellam Alfonsi Ducis Calabriæ filiam Ludovico Sfortiæ nuptum dare posset. Fr. Guiccardin. *hist. Ital. lib. 1.* Z. *Incantationis exemplum.*

(385) Dicunt tamen nonnulli, sterilitatem tum demum fœminis procurare licere, quando probabiliter constat, mulierem in partu vitæ discrimen subituram, vel quia nimis arcta vel præ uteri angustia fœtum ferre nequeat, ap. Barbos. *ad c. 5. X. de homicid.* Male omnino, cum non liceat facere mala, ut inde eveniant bona, & propter incertum puerperii eventum, impium est impedire, ne nascatur homo. Z. *Quid si timeatur mors matris?*

(386) Ubi jam concepit fœmina. Aliæ enim (ut ait Hieronymus *ad Eustoch. de custod. virgin.*) sterilitatem præbibunt, & nec dum sati homicidium faciunt. Nonnullæ, cum se senserint concepisse de scelere abortii venena medicantur. Z. *Scilicet post conceptionem.*

(387) I. Optime Tertullianus *in apologet. c. 9. Nobis homicidio semper interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii* fe- *Observationes variæ.*

quam alias, si conceptus nondum vivificatus fuerit, (388)

festinatio est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo est & qui est futurus. &c. Sic & Synodus VI. in Trullo habita *can. 91. Eas quæ dant medicamenta partum abigentia, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidii pœnæ subjicimus.* Cæterum quod impotentiam aut sterilitatem procuratam concernit, negant Doctores, pro vero homicida haberi eum debere, & proinde nec ordinariam pœnam locum habere, sed mitiorem aliquam, relegationem videlicet vel fustigationem. Berlich. *part. 4. conclus. 8. n. 89.* Circa pœnam autem abacti partus ita distinguunt Doctores; ut si abactus fuerit fœtus, qui jam est animal παιδίον ἐξεικονισμένον, utero sc. jam verminante, tum capitale sit crimen; Sin vero nondum fuerit animal, tum minor pœna infligatur, veluti si in primis mensibus intra 40. aut 90. diem abortus procuratus fuerit. Cujac. *lib. 19. Obs. 9.* Paul Zachias *quæst. Medico legal. tit. 2. qu. 9.* Valentin. Voltzius *in append. ad L. Corn. de sicar. n. 99. seq.* In constitutione Electorali Saxon. 4. *part. 4.* tum demum mortis supplicio afficiuntur abigentes partum, quando partus jam fuerit in utero vitalis, h. e. quando dimidium temporis jam superavit, quo alias in utero esse solent infantes. Sed enim, ut maxime pœnarum gradus statui & decerni queant, ita ut gravius puniatur ille, qui παιδίον, quam qui ἔμβρυον, & gravius, qui ἔμβρυον, quam qui κύημα aut γονὴν abigit, in omnibus tamen his vitam illico post conceptionem adesse, dubitare nos hodie non sinunt Physici & Medici, qui docent, semen, quod in utero bene dispositio mistum & suscitatum est, illico post talem mistionem, animatum & vitale esse. Nec tamen hinc faciendum arbitror cum Antonio Thessauro, qui quanquam & ipse distinctionem eam inter fœtum jam animatum & nondum animatum non admittat, nunquam tamen locum esse vult supplicio mortis, *decis. 12.* Z.

II. Id

(388) nec ut abigeretur, quisquam dolo malo fecerit, (389) qui abortui *f*) occasionem tradidit, puniendus non erit.

f) *c. sicut ex literarum, eod. c. quod vero c. Moyses 32. q. 2.*

II. Id saltem dictis a Zieglero hic addere liceat, quod quamvis procuratio sterilitatis sit utique res illicita & pœnam omnino merens, non tamen in eo cohæreat doctrina Lancelotti dum dantem pocula sterilitatis dicit, ut homicidam esse puniendum, & tamen non vult puniri, ut homicidam, qui dedit poculum abortivum, si partus nondum fuerit animatus. T. *Doctrina Lancelotti non cohærens.*

(388) I. Jam dixi & animam & vitam illico post conceptionem esse in fœtu. Z. *Partus semper animatus.*

II. Variæ hic occurrunt quæstiones, quæ ita superficiali responsione transmittendæ non sunt, videlicet initio de origine animæ humanæ, utrum partus statim post conceptionem anima sit præditus, sic ut ea propagetur per traducem? an vero ea postea a DEO infundatur? & quando? an dum infans adhuc in utero est, an vero post editum partum? Porro distinctio inter partum vivificatum & nondum vivificatum unde ortum duxerit? an ex lege Mosaica, an a Patribus, & unde his orta? utrum etiam ea, & quæ de pœna procurantium abortum hodie recepta sunt, conveniant cum jure Justinianeo? &c. Sunt enim non pauci, qui distinctionem illam etiam in jure civili putant esse fundatam exponentes videlicet *l. 38. §. qui abortionis ff. de pœnis* & in ea quidem verba *aut homo* non ad poculum amatorium, quod dari solet & masculo & fœminæ, sed ad poculum abortionis referunt, si videlicet eo mulier, aut qui est in utero mulieris embryo perierit, qui *hominis* voce hic denotetur, cum possit esse vel masculus vel fœmella. Quin etiam jure divino procurationem abortus pro homicidio haberi dicunt, dum DEus legitur *Genes. 38.* Onanem ut homicidam morte punivisse, quod semen in terram effude- *Variæ quæstiones de origine animæ & pœna abortus.* *Doctrina Antonii Matthæi.*

derit, adeoque multo magis abortivum poculum dantem pro homicida habendum esse. Ad minimum distinctionem inter fœtum formatum & informatum originem debere legi Mosaicæ per expressa verba *Exodi 21. vers. 22.* ubi jubeatur abortum procurans morte puniri, si fœtus fuerit formatus, mulcta pecuniaria, si nondum formatus. Sic Antonius Matthæi post multos alios docet *de criminibus Lib. 47. tit. 5. c. 1. n. 2. seq. p. 182. seq.* Sed uti plurimi textus juris civilis mox adducendi ostendunt, JCtos Romanos abactionem partus pro homicidio non habuisse, nec salvis suis hypothesibus Physicis habere potuisse, ita etiam ipsi dissentientes fatentur *l. 38. ff. de pœnis* admittere aliam explicationem, utrum vero eorum explicatio, ut volunt, sit regulis bonæ interpretationis convenientior, statim videbimus. Scripturam sacram, quod attinet, verum quidem est, referri *Genes. 38.* quod Onan semen suum in terram effuderit, & quod Deus ob hoc factum hunc Judæ filium morte judicio occulto puniverit, sed tantum abest, ut scriptura exprimat, id ideo factum esse, quod crimen onaniticum committens pro homicida habendus sit, ut potius evidens sit, ejusmodi commentatores bibliorum inferre expositionem textui & committere petitionem principii, præprimis cum contextus ostendat, peccatum Onanis a Deo pœna extraordinaria punitum, in extraordinaria invidia & avaritia, vitiis, quæ præ reliquis Deo sunt abominationi, constitisse. (Conf. Cleric. *ad d. l.*) Adde quod ista expositio non cohæreat cum sensu, quem dissentientes dant textui *Exodi 21.* Si enim Onan tanquam homicida esset morte puniendus, etiam morte puniri deberet partum, quamvis nondum formatum, abigens. Quodsi vero lex illa Mosaica de pœna partum abigentis loquens absque distinctione eum mulcta pecuniaria puniri vult, multo minus pro homicida haberi potuit Onan. Et vero ita se rem habere, non solum docet textus Hebraicus, ubi nulla vola nec ullum vestigium de distinctione inter formatum & non formatum partum, aut de pœna mortis ob damnum partui datum. Unde recte versio vulgata quam etiam sequitur versio germanica Lutheri. *Si rixati fuerint viri & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortivum quidem fe-*

Quæ rejicitur ob graves rationes.

fecerit, sed ipsa vixerit: subjacebit damno, quantum maritus mulieris expetiverit, & arbitri judicaverint, Sin autem mors ejus (mulieris) *fuerit subsecuta, reddet animam pro anima.* Quin & Josephus (cujus verba græca refert Clericus *ad Exod. 21. V. 22.*) in hunc sensum accepit: *Qui mulierem calce petierit, si abortum patiatur mulier, mulctetur pecunia a judicibus, moriente illa ex plaga, ipse etiam moriatur.* Interim non mirandum, quod ICti pariter & Theologi celebres adhuc seculo præcedente doctrinas Juris Canonici, Justinianei, Mosaici toto cœlo inter se discrepantes misere miscuerint, cum illo tempore studium historiæ Philosophicæ, quæ præcipua pars Ecclesiasticæ est, parum floruerit, nec ista subsidia habuerit, quibus hodie fruimur. Quod Iure hodierno in assignanda pœna abortus ICti (accedentibus legibus imperii & non dissentientibus Theologis) distinguant inter fœtum formatum & non formatum debetur Iuri Canonico, Jus Canonicum eam distinctionem debet Patribus & præcipue Augustino, Augustinus Platonicis. Jus Justinianeum abortum non habet pro homicidio, quia sequitur hypothesin Stoicorum, docentium animam demum post partum infundi a Deo. Ab hac sententia non videtur alienum esse jus Mosaicum, secundum textum Habraicum. Septuaginta interpretes vero textum corruperunt inferendo ei distinctionem illam Platonicam inter fœtum animatum & inanimatum, quod & Platonizans Philo fecit, unde non mirandum, quod Augustinus, qui Hebraica ignorabat, legem Mosaicam secundum istam explicationem Platonicorum intelligeret. Scilicet ut & ea quæ summatim hic dixi, breviter quidem, sed tamen paulo distinctius demonstrem, ante non multos annos adhuc in Academiis protestantibus disputatum fuit de origine animæ humanæ, utrum ea per traducem propagaretur, ita ut statim post conceptum partum fœtus pro animato & humano sit habendus, latente videlicet anima in semine vel patris, vel matris, vel utroque, an vero potius corpus quidem hominis anima vegetativa & sensitiva præditum procrearetur ex semine, anima vero rationalis infunderetur a DEO, fœtu circiter post dimidium a conceptione tempus in utero formato, Posterius com-

Origo erroris summatim indicata.

et distinctius exposita.

Historia & momenta controversiæ an anima humana per traducem propagetur, an infundatur a DEO.

muniter defenderunt etiam Philosophi, vel metuentes, ne a duabus superioribus Facultatibus dissentiendo odium earum incurrerent, vel nescio ob quam aliam causam. Prius tamen asseruerunt pauci quidem, sed tamen non sine applausu, nec deficientibus etiam Patribus quibusdam Ecclesiæ, quorum autoritatem pro se allegare possent. Communem sententiam premebat illud inconveniens, quomodo si DEUS infunderet animam partui, conciliari posset hæc assertio cum asserto Mosis, quod DEUS cessaverit die septimo a creatione, quam objectionem ut evitarent, qui infusionem docebant, relicta opinione aliorum, quod DEUS animas in momento infusionis crearet, DEUM ab initio statim animas omnes suo tempore fœtibus infundendas, creasse statuerunt. Restabat tamen adhuc major difficultas, quomodo, si DEUS animas humanas vel ab initio creasset, vel adhuc hodienum crearet, liberari possit divinum numen, ne fieret autor peccati, si animas illas peccato infectas creasset, aut ne injustitiæ accusari possit, si animas absque peccato creatas infunderet corpori peccaminoso, qua in objectione tollenda jam olim sudarunt Patres. Sententiam de traduce animarum premebat aliud inconveniens, quomodo videlicet supposita ea salvaretur immortalitas animæ, inprimis, cum præter Aristotelem etiam Epicurus, hauddubie immortalitatem animæ negans, hujus de traduce doctrinæ primus autor esset. Videatur B. Patris peculiaris *dissertatio* Lipsiæ habita *de Origine animæ*, in qua prolixe doctrinam de traduce defendit & ad objectionem illam respondet, junctis ejus *quæstionibus Physicis cap. 44.* Adde Erasm. Francisci in der Christ-Monats Unterredung partim *in præfatione*, partim *p. 321. seq.* Dum igitur hoc modo disceptarent Philosophi, utrum sententia Platonis præferenda sit sententiæ Aristotelis & Epicuri, an posterior priori, obliti plane fuerunt doctrinæ Stoicorum, (in eo ab Aristotele & Epicuro dissentientium, quod statuerent, animam non propagari cum semine, sed infundi a DEO, in eo vero a Platonicis secedentes, quod docerent, fœtum in utero non esse hominem, sed partem viscerum matris, & animam rationalem demum infundi partui edito,) cum tamen

Tertia sententia Stoicorum animam demum infundi a DEO post partum editum.

tamen ejus doctrinæ, præter testimonia Patrum, vestigia plurima extent in corpore Juris Justinianei, quia videlicet plerique JCtorum, ex quorum fragmentis Pandectæ compilatæ sunt, Stoicorum sectæ erant addicti. Ita Tertullianus *de anima cap. 25. Sunt, qui præsumunt, non in utero concipi animam; nec cum carnis figulatione compingi atque produci, sed & effuso jam partu, nondum vivo infanti extrinsecus imprimi. Cæterum semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum, compinguescere in solam substantiam carnis, eam editam & de uteri fornace fumantem, & calore solutam, ut ferrum ignitum, & ibidem frigidæ immersum, ita aeris rigore percussam & vim animalem rapere & vocalem sonum reddere. Hæc STOICI cum Ænesidemo, & ipse interdum Plato.* Lactantius *lib. 3. divin. instit cap. 18. Pythagorici & Stoici cum timerent argumentum istud, quo colligitur, necesse esse, ut occidant animæ cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur: dixerunt, non nasci animas, sed insinuari potius in corpora.* Plutarchus *de pugnis Stoic. Chrysippus censet, fœtum in utero ali, ut plantam, cum autem in lucem editus est, frigefactum ex aere & induratum, mutare spiritum & fieri animal.* Idem alibi *de placit. cap. 15. Plato ait, fœtum in utero animal esse, nam & moveri ibi & ali, Stoici, partem esse ipsius uteri, non animal, & sicut fructus arborum partes dicimus videmusque maturos decidere, sic & fœtum.* Quod Seneca in septem libris de naturalibus quæstionibns ea de quæstione nihil habeat, ratio non erit longe quærenda, tractat enim in illis libris non totam Physiologiam, sed eam saltem ejus partem, quam meteorologiam appellant, quia pleraque de sublimibus est, & quæ inter cœlum terramque versantur. Interim tamen *in Epistola ultima* Senecæ reperiuntur quædam, quæ huc spectant, dum scilicet infantem, *qui maternorum viscerum latens onus est*, & eum, *qui cum maxime vitam accipit* (i. e. qui modo editus est,) sibi invicem opponit. Ex JCtis Romanis Papinianus docet, simile, modo ex Plutarcho inter fructus arborum & fœtum in utero allatum, non extendendum esse ultra

Eadem est sententia Papiniani,

tra tertium. *In Falcidia placuit*, inquit *l. 9. ad L. Falcid. ut fructus postea percepti, qui maturi mortis tempore fuerunt, augeant hereditatis æstimationem fundi nomine, qui videtur illo in tempore fuisse pretiosior. Circa ventrem ancillæ nulla admissa temporis distinctio est, nec immerito, quia partus nondum editus, homo non recte fuisse dicitur.* Marcellus *l. 2. de mortuo inferendo* narrat, quod Lex Regia prohibuerit *mulierem prægnantem mortuam humari, antequam partus ei excidatur; eum qui contra faceret, SPEM ANIMANTIS cum gravida peremisse videri.* Ulpianus non solum *l. 1. §. 1. de ventre inspic.* diserte ait: *Partum antequam edatur mulieris portionem esse vel viscerum*, sed & *in l. si mulierem 8. ad L. Corneliam de Sicariis* mulierem partum abigentem, dicit: *visceribus suis vim intulisse*; & quamvis ibidem addat, quod *Præses provinciæ eam in exilium exigere debeat*, quam pœnam Anton. Matthæi ad *lib. 47. tit. 5. c. 1. n. 2.* intelligit de exilio perpetuo, adeoque de pœna ordinaria legis Corneliæ de sicariis per *l. 3. §. 5. ad L. Cornel. de sic.* tamen collatio hujus loci Ulpiniani cum textibus parallelis facile ostendet, Ulpianum in *d. l. 8.* saltem de temporario exilio non de perpetuo esse intelligendum, & Ulpianum respexisse ad constitutionem Severi & Antonini, de qua Marcianus *l. 4 de extraord. crimin. Divus Severus & Antoninus rescripserunt, eam, quæ data opera abegit, a Præside in temporale exilium dandam:* Addijur rationis loco: *indignum enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse*, id est, etiamsi ex hypothesi illa Stoica homicidium non commiserit, adeoque perpetuo exilio puniri nequeat. Adde Tryphoninum *l. 39. de pœnis. Si qua visceribus suis post divortium, quod prægnans fuit, vim intulerit, ne jam inimico marito filium procrearet, ut temporali exilio coerceatur, ab optimis imperatoribus nostris rescriptum est.* Porro quamvis idem Ulpianus *l. 1. §. 8. unde cognati*, partum conceptum & nondum editum videatur inter animalia referre ob verba de nondum concepto: *quia non fuit proximus cognatus ei, quo vivo nondum animal fuerit*, tamen notum est, partim quod argumentum

Marcelli,

Ulpiani,

a con-

a contrario sensu non semper procedat, partim quod Ulpiani rationes non raro justis censuris sint obnoxiæ. Solet etiam a defensoribus communis doctrinæ urgeri, quod Tryphoninus *in d. l. 39. de pœnis* memoret, *Ciceronem in oratione pro Cluentio Avito scripsisse, Milesiam quandam mulierem cum esset in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi medicamentis ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatam.* Respondet enim ipse Antonius Matthæi *d. l.* non exemplis sed legibus judicandum esse, & referre saltem Tryphoninum, quid alibi judicatum sit. Alii respondent, Mileti, quæ colonia fuit Atheniensium, Stoicorum illam sententiam non fuisse receptam, sed potius partum in utero jam pro homine fuisse habitum. Vid Tellez. *ad capit. 3. de homicid. n. 10.* Adderem quod ipse Cicero *cap. 11. d. orationis* eam pœnam ut extraordinariam intuitu Romanorum memoret, & ipse rationem det, non quod homicidium sit commissum, sed quod *SPES PARENTIS, memoria nominis, subsidium generis, heres familiæ, designatus Reip. civis sublatus fuerit.* Restat Paulus JCtus. *Pauli.* Is secundum eadem principia Stoicorum eum, qui abortum procuraverit, intuitu partus abacti saltem pœna extraordinaria notari vult. *Qui abortionis*, ait, *l. 38. §. 5. de pœnis, aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum relegantur. Quodsi eo* (poculo abortivo) *mulier, aut* (poculo amatorio, utriusque sexus) *homo* (utpote cum poculum abortivum saltem mulieribus, amatorium vero & maribus & fœminis dari possit,) *perierit, summo supplicio afficiuntur.* Vel verba textus si quis attentius consideret, patebit cuilibet, quod ea non permittant, ut sub voce *hominis* hoc loco partus intelligatur, non magis, quam dum alii vel ex ignorantia vel ex lascivia eodem textu utuntur, tanquam ex quo probetur, mulieres non esse homines, quia *mulier* & *homo* ibidem sibi invicem opponantur. Plura de doctrina Stoicorum & ICtorum Romanorum in hac quæstione vide apud Lipsium *Physiol. Stoic. lib. 3 dist. 7.* Emund. Merill. *observat. lib. 1. cap. 16.* Gonzalez Tellez *ad d. cap. 3. de homicid. n. 9.* ubi & plures

Ortus distinctionis inter fœtum vivificatum & informatum ex Jure Canonico.

plures conclusiones juris ex hac hypothesi deductas annotat. Postquam igitur ex dictis patet, sententiam hodie communiter receptam de infusione animarum, non deberi Juri Romano, jam facile probari possunt reliqua, quæ supra asseruimus. Iuri Canonico originem debere distinctionem inter partum animatum, & inanimatum, vel hic paragraphus Lancelotti docet. Porro cum Jus Canonicum errorum suorum originem in reliquis plerumque debeat Patribus, videamus annon & intuitu illius distinctionis.

Sententia Patrum. Lactantii.

Lactantius paululum obscurius mentem suam declaravit *de opif. c. 17. Anima*, inquit, *non est aer ore conceptus, quia multo prius gignitur anima, quam concipi aer ore possit, non enim post partum insinuatur in corpus, ut quibusdam Philosophis videtur, sed post conceptum PROTINUS, cum fœtum in utero necessitas divina FORMAVIT.* Pro traduce enim videtur pugnare vox: *Protinus*, pro infusione Platonica vox *formavit.* Unde & Ruffinus in loco mox describendo Lactantium de traduce animarum intellexit. Sed ostendit jam Lipsius *d. l. diss. 10.* ex eod. libro *de opific. cap. 19.* Lactantium jam arripuisse doctrinam Platonicorum, quod Anima a Deo inseratur partui.

Tertulliani, Gregorii, Nysseni, Ruffini,

Interim Tertullianus & Gregorius Nyssenus videntur doctrinam de traduce defendisse. Nysseni locum vide apud Lipsium *d. disert. 7.* & Tertulliani apud Anton. Matth. *d. l.* Iam Ruffini tempore multum variabant de origine animæ patrum sententiæ. *De anima*, inquit ipse, referente Lipsio *diss. 10. fateor, me apud quamplurimos tractatorum diversa legisse. Legi quosdam dicentes, quod pariter cum corpore per humani corporis traducem etiam animæ diffundantur, quod puto inter Latinos Tertullianum fecisse & Lactantium, fortasse & nonnullos alios. Alii asserunt, quod formatis in utero corporibus, Deus quotidie faciat animas & infundat. Alii factas jam olim, id est, tunc, cum omnia creavit Deus ex nihilo, nunc eas judicio suo nasci dispensat in corpore. Hoc sentit & Origines & nonnulli Græcorum. Ego vero cum hæc singula legerem, Deo teste dico, quia usque ad præsens certi & definiti aliquid de hac quæstione non teneo.*

Augustini.

Sed de his patribus nihil quod sciam extat in jure Canonico, verum capitula

illa

illa duo in margine ad hunc paragraphum Lancelotti ex decreto notata sunt Augustini, in quorum uno (*c. quod vero 8. C. 32. q. 2.*) legem Mosaicam exponit secundum doctrinam Platonicorum, in secundo (*c. Moyses 9. ibid.*) locum ipsum Mosaicum ita refert: *Si quis percusserit Mulierem in utero habentem, & abortiverit, si formatum fuerit, det animam pro anima, si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia*, & porro ratiunculis contortis, partim ex scriptura, quod Deus inflaverit animam Adamo, partim ex ratione, quod anima tanquam spiritus in sicco habitare nequeat, ideoque in sanguine feratur habitare, distinctionem istam Platonicam probare vult. Idem Augustinus *can. si ad matris 114. de consecr. dist. 4.* contra Stoicos disputando, quod ad maternum corpus fœtus in utero non pertineat, exinde concludit, non baptizatum censeri fœtum, partui etiam vicinum, cujus mater baptizata sit. Desumsisse autem hanc periphrasin legis Mosaicæ Augustinum ex versione 70. interpretum, apertum est, nisi quod propositiones transposuerit. Ita enim versio illa Græca verba ordinaverat: *Si rixati fuerint viri & percusserint mulierem prægnantem, exieritque fœtus ejus, siquidem informis, mulcta mulctabitur percussor, si vero jam formatus, dabit animam pro anima.* Quod denique ista evidens corruptio textus Hebraici debeatur Platonicis, vel id argumento est, quod Josephus retineat sensum genuinum legis Mosaicæ, sed Philo, de quo proverbium est, aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat, in libro *de legibus specialibus* ita sensum legis ejusdem expresserit: *Si abortivum rude & informe fuerit, mulctetur, cum propter contumeliam, tum quod impedimento fuerit naturæ efformanti & effingenti hominem, animal pulcherrimum, quod vivum emitteret. Si vero jam formatum erat, omnibus membris suum ordinem, suasque qualitates nactis, moriatur.* (verba Græca vide ap. Cleric. *ad cap. 21. Exod.*) Plura ad quæstionem hanc pertinentia vide apud autores hactenus passim citatos. T.

Versio Græca legis Mosaicæ.

quam & Philo retinuit.

(389) Posset admitti hæc sententia, si ita intelligeretur, quod non puniri debeat, qui præter intentionem & plane imprudens

An ad matrem servandam possit

Qui sibi mortem inferunt, habentur similes illis qui impœnitentes moriuntur.

c. placuit. 23. q. 5. §. 8. Novissime sciendum est pro his, qui quocunque prætextu voluntarie ferro, vel veneno, vel suspendio, vel quolibet modo sibi mortem inferunt, nullam in oblatione faciendam esse commemorationem, & Ecclesiastica eos debere carere sepultura, (390) non aliter atque illos, qui pro suis sceleribus impœnitentes moriuntur.

DE INIVRIIS, ET DAMNO DATO.

TITVLVS. XI.

In-

---

abortus procurari? dens occasionem dedit abortui. Sed enim longius hic progrediuntur Canonistæ, & statuunt, licite posse abortionis poculum præberi, quando evidens periculum ex partu apparet, quod scilicet puerpera soleat ad extremum deduci, aut minus arcta sit, aut fama ejus lædatur, aut aliter discrimen existimationis metuatur. Barbos. *ad c. 5. X. h. t. n. 2.* Nihil horum sufficiens est, ut abortionis poculum licitum reddi queat. Vid. Danhauer. *disp. decalog. 11. §. 15.* Z.

ad §. 8.

Limitatio. (390) I. Si quis tamen, cujus de vita bene acta constat, sine animo doloso ex furore, malancholia vel alia animi impotentia manus sibi intulerit, honesta dignari poterit sepultura; non minus tamen id etiam tum honestum erit, ut remittatur aliquid de ceremoniis solitis, & differentia observetur inter eos, qui laudabilem vitæ exitum faciunt, & qui alienati, quasi a se ex hac vita migrant. Carpzov. *Jp. Consistor. lib. 2. def. 377.* Z.

Remissio. II. Repete jam supra dicta *ad libr. 2. nota 762. p. 1101. seq.* T.

TIT.

Inferens injuriam & damnum, debet damnum passo satisfacere, nec illum excusat ignorantia.

§. I.

Mitius *a*) cum his agitur, qui in pugna vel rixa aliquem lapide, vel pugno percusserint. Si enim ille mortuus non fuerit, sed in lecto jacuerit, (391) vel operas exercere fuerit impeditus, qui percusserit, & opera ejus, & impensas *b*) immodicas restituet. (392) Et generaliter, si culpa *c*) tua (393) datum est damnum,

a) *c.1.extr. eod. tit.*

b) *in medicos, medius.*

c) *c.fin.extr.eod.tit.*

TIT. XI.

ad §. 1.

(391) Atque hinc impeditus fuerit operas suas exercere. *Declaratio.* Qui enim in lecto occumbit, ab operis suis desistere eum oportet. Sive ergo decumbat percussus, sive non, dum laborem solitum peragere impeditur, damnum istud resarcire tenetur percutiens. Z.

(392) Judex enim æstimationem faciet impensarum in cu *Quid restituendum.* rationem factarum, & operarum amissarum, quasque amissurus esset inutilis factus *l. 3. ff. si quadrup. paup.* Æstimatio autem operarum ita fieri debet, ut delinquens teneatur annuatim solvere certam summam & quantitatem quolibet anno, quo vixerit, Petr. Binsfeld. *cap. 1. de injur. & damn. dat. q. 3. concl. 4.* ubi porro adserit, etiam Uxori, marito, parentibus, aut liberis satisfaciendum esse a percussore, si illis a mutilato alimenta præstita fuerint, & præstari amplius nequeant, Z.

(393) Pertinet huc totus tractatus JCtorum de L. Aquilia. *Remissio ad Jus civile.* Ejusque tam generalis in juris civilis libris habetur consideratio, ut non modo dolum, verum etiam omnes culpæ species, latam scilicet, levem & levissimam sub se complectatur, *l. 44. ff. ad L. Aquil.*

num, vel injuria irrogata, vel aliis irrogantibus opem tulisti, (394) aut hæc imperitia tua, (395) sive negligentia evenerunt, jure te super his satisfacere oportebit: nec te excusabit ignorantia, 396) si scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere, vel jacturam.

Si tuum animal damnum dabit, potes liberari illud dedendo, nisi sit ferum animal & nocere solitum, & non fuerit adhibita debita diligentia.

§.2.

Nam L. Aquilia non tantum verum delictum, quod semper ex dolo est, coercet, sed etiam quasi delictum. Imo vero nec ea quidem culpa excluditur, quæ in omittendo seu negligendo consistit, si modo negligentia circa factum aliquod antecedens causam damni præbuit. Arnold. Vinn. *ad* §. 2. *Inst. de leg. Aquil.* Z.

Alia similis. (394) Singuli enim hic ex suo facto obligantur, & pro eodem actori satisfacere tenetur. Et hinc igitur quod alius præstitit, alium non relevat, cum sit pœna, *l.* 11. §. 2. *ff. ad L. Aquil.* Z.

Imperitia & infirmitas quatenus culposa. (395) In hac materia etiam imperitia & infirmitas culpæ annumeratur *l.* 132. *ff. de reg. jur.* §. 6. 7. 8. *Inst. h. t. l.* 7. §. 1. *l.* 8. *ff. eod.* Nec movet, quod omnia scire superet humanum captum, & quod propter naturalem naturæ infirmitatem nequeamus robustiores esse. Ipsa enim imperitia & infirmitas in se spectata culpa non est, sed in reatum culpæ incidit negocium, quod humeris suis impar est, in se suscipere, cum affectare quis non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alii periculosam futuram, *l.* 8. *ff. ad L. Aquil.* Z.

Exemplum. (396) E. g. in putatione arboris, ut maxime ignores aliquem præterire, quia tamen scire debuisti, ex dejectione rami damnum dari posse, proclamare debuisti, idque si non feceris, teneris, §. 5. *Inst. de leg. Aquil.* Z.

ad

§. 2. Quod *d)* si animalia tua (397) nocuisse proponantur, nihilominus ad satisfactionem tenebe-ris nisi ea pro noxa dando (398) damnum passis, te ipsum velis liberari: quod tamen ad liberationem non sufficit, si fera fuissent animalia, (399) & quæ nocere consueverant, & quam debueras diligentiam non ad-hi-

d) c. fin. §. quod eod. tit.

ad §. 2.

(397) Pertinet huc totus titulus *ff. si quadrup. paup. fec. dic.* Intelliguntur autem hic animalia mansveta, quæ contra naturalem mansuetudinem omnium ejus generis animalium, & quasi ex contracto quodam vitio damnum dant, ut est equus calcitrosus & bos cornu petere solitus *pr. Inst. si quad. paup.* Quod si fera bestia, quam quis habet, nocuit, de pauperie quidem directa actio non datur *l. 1. §. 10. ff. si quadr. paup.* sed datur tamen utilis, dummodo adhuc sit in potestate ejusmodi fera, *§. 2. Inst. eod.* Z.

Bestiæ vel mansuetæ vel feræ.

(398) Non igitur obligatus est dominus animalis præcise, ut damnum omne resarciat, sed in libero ejus est arbitrio, vel damnum resarcire, vel dare animal, quod damnum dedit, *l. 1. ff. h. t.* Ex causa tamen gravius coerceri poterit dominus, si sciens vitium animalis, passus est id vagari sine custode. Jure Saxonico dominus animalis electionem hanc amittit, si post damnum datum, animal in possessionem suam recipiat, tum enim de integra damni æstimatione tenetur, & quandoque etiam arbitrarie carcere aut mulcta pecuniaria punitur. Carpzov. *pr. crim. p. 3. q. 131. n. 19. seq.* Z.

Collatio juris civilis & Saxonici.

(399) Tum enim damno ab eis dato, dominus ad æstimationem tenetur, nec liberatur, si animal istud habere amplius nolit. Carpz. *d. l. n. 23.* Cæterum si hujusmodi feræ a dominis ita effugiunt, ut non amplius in ejus dominio esse intelligantur, non potest quondam dominus conveniri. *§. 1. Inst. si quadrup. paup.* Z.

Declaratio.

hibuisti. Diversum statuitur in eo, qui ut damnum non contingeret, nihil omisit. (400)

Injuriæ inferuntur re, verbis, literis: & pœna est arbitraria.

e) gl. in verb. injuria. c. fin. eod.

§. 3. Inferuntur *e)* autem injuriæ tribus modis: (401) Re, Verbis & literis. Re, ut cum manus

---

Alia.

(400) Qui tales feras habet & alit, tenetur omnem curam adhibere, ne quem lædant. Z.

ad §. 3.

Objectio.

(401) I. Imo duobus tantum, re & verbis. Injuria enim, quæ literis aut scriptis fieri dicitur, non aliter fieri potest, quam verbis *l. 1. §. 1. ff. de injur.* Et ut Paulus ait, non figura literarum, sed oratione, quam exprimunt literæ, obligatur. *l. 38. ff. de O. & A.* Z.

Responsio.

II. Retinuit tamen hanc trimembrem divisionem Antonius Matthæi de criminibus *l. 47. tit. 4. c. 1. n. 1. seq.* eamque latius ibidem explicat, & poterit non difficulter ad objectionem prolatam nota præcedente responderi, etsi verba scripta etiam verba sint, tamen contractum si in scriptis fiat, non esse verborum obligationem, sed per hanc intelligi quæ verbis ore prolatis sit introducta. Igitur & hic quæstionem esse, dum injuria verbalis & realis sibi invicem opponuntur, an quæ de injuriis verbalibus peculiariter disponuntur in jure, etiam pertineant ad injurias scriptas.

Actio de injuria scripta, quando præscribatur? Rationes, quod hæc actio sit perpetua.

Nimirum usus quæstionis potissimum in eo consistit: Utrum actio de injuria scripta anno præscribatur, an sit perpetua? Non pauci JCti celebres posterius affirmant, eaque sententia etiam in Camera est recepta, quia videlicet scriptura semper loquitur. Etsi vero hanc rationem valde irrideat Antonius Matthæi *d. l. n. 18. p. 157.* (ubi etiam citat autores hujus sententiæ) eamque absurdam vocet, ac vix mediocribus JCtis dignam, quia convicia etiam ubi in vulgus exeunt, in animis hominum semper loquan-

quantur, secundum vulgatum, calumniare audacter, semper aliquid hæret, adeoque ipse Matthæi aliam rationem pro hac sententia substituat, quod tanta sit magnitudo injuriæ scriptæ, ut propterea publico judicio atque capitali eam vindicari voluerint Imperatores, *l. un C. de famos. libellis*, non desunt tamen, quæ pro doctrina illa salvanda afferi possunt. Etsi enim Doctores hujus sententiæ nec ipsi in principiis ubique videantur convenire, eo tamen si non omnes, certe plerique, qui ea ratione, quod scriptura semper loquatur, usi sunt, videntur respexisse. Distinxerunt initio inter injurias reales & verbales. Reales, quæ facto inferuntur, putarunt præscribi triginta annis, verbales anno, *arg. l. 5. C. de injuriis junct. l 5. princ. & l. 15. §. 2. ff. eod.* Quæsitum autem jam fuit, utrum injuria scripta ad verba, an ad facta sit referenda. In conventionibus equidem consensus dicitur declarari vel expresse per verba, sive ore prolata, sive scripta, vel tacite per facta. Atque adeo hic nullum est dubium, quin verba scripta factis opponantur. Non tamen hæc oppositio est perpetua. Ecce enim in doctrina de verborum obligationibus nullum est dubium verba scripta non habere effectum stipulationis, nec adeo verborum obligationem producere. Putarunt ergo Doctores, etiam in materia injuriarum intuitu præscriptionis literas injuriosas magis ad facta, quam ad verba pertinere, rationem videlicet, cur injuriæ verbalis actio anno, realis tricennio præscribatur, in eo quærentes, quod injuriæ verbales non ita firmiter infigantur animo injuriati, ut reales, atque adeo studium vindictæ etiam in verbalibus citius pereat, quam in realibus. Hoc vero supposito non potuerunt non existimare, eo intuitu injurias scriptas magis ad reales quam verbales injurias esse referendas, quia secundum vulgatum versiculum vox audita perit, litera scripta manet, idque videntur innuere voluisse per illam rationem, quod scriptura semper loquatur, quæ si hoc modo exponatur, sua sponte corruunt objectiones Antonii Matthæi, quibus illam rationem ridiculam reddere voluit. Accedit, quod ratio, quam ipse Matthæi pro fortiore habet, ideo non videatur multum differre, quia videlicet non omnis injuria scripta est libellus famosus, adeoque ab

hoc

nus inferuntur. (402) Verbis, ut cum convicium di-

Verius eam esse annalem. hoc ad illam infirma est consequentia. Sunt tamen & alii, qui contra sentiunt, injurias scriptas, quæ scilicet in crimen libelli famosi non incidunt, anno præscribi, quæ sententia Constitutione Saxonica est confirmata, *Part. 4. const. 46.* ubi vide Carpz. *def. 1.* ad quam etiam inclinare videtur ipse Antonius Matthæi, *d. n. 18. in fin. p. 158.* Atque hæc sententia est etiam doctrinæ juris Romani magis conformis. Datur enim actio æstimatoria a Prætore *l. 15. §. 2. seq. de injur.* introducta, non solum occasione convitii & injuriæ verbalis, sed etiam in casu injuriarum realium minorum, quæ lege Cornelia non notantur *l. 5. pr. ff. eod.* qualia facta varia recensentur in pandectis, & inter ea etiam refertur injuria scripta, *d. l. 15. §. 27. & 29.* Actio igitur æstimatoria in genere tanquam prætoria pœnalis anno præscribitur *l. 35. de O. & A.* Schüz. *in comp. pand. de injur. in contrariis* & ita etiam est intelligendum, quod imperator Diocletianus dixit, injuriarum actionem annuo tempore præscribi, quamvis casus ibi propositus loquatur de convitio. *l. 5. C. de Injur. ibique Brunnem.* Hoc vero præsupposito facile responderi potest ad rationes dissentientium, ut quæ falso præsupponit, actionem quamcunque, etiam Prætoriam, de injuriis realibus esse perpetuam, cum id procedat saltem de actione ob injurias reales ex lege Cornelia, quia tum cessat ratio allata de actionibus prætoriis. T.

Variæ species injuriarum realium. (402) I. D. *l. 1. §. 1. ff. de injur.* & his verbis continetur omne illud, quod ab aliquo non voce, sed facto duntaxat admittitur, idque vel in corpus infertur, vel citra corporis læsionem. Ad priorem speciem pertinent verbera sive manu, sive fustibus, aut flagris, aut lapidibus illata *l 5 §. 1. ff. eod.* item, quando quis alterius vestimenta injuriose tangit, pileumve convellit. *l. 9. pr. ff. eod.* vel fimo corrupto aliquem perfundit, luto conspurcat *l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim.* vel in vicini domum aut fundum ster-

dicitur. (403) Literis, ut cum in alterius vituperationem carmen aut famosus libellus conscribitur: (404)

---

stercora, fimum, sordes, aliosve foetores injuriæ faciendæ causa effundit, immitit vel projicit *l. pen. ff. h. t.* Ad posteriorem speciem referuntur, quando quis in alicujus contemptum lugubri aut squalida veste utitur, *l. 15. §. 27. & l. 39. ff. h.* in ejus contumeliam linguam exerit, oculos distorquet, faciem deformat, barbam capillosve demittit, elevata manu verbera minatur *l. 15. §. 1. & 27. h.* item, qui matremfamilias aut prætexatum prætextatamve adsectatus fuerit, vel appellaverit §. *1. Inst. h. t.* & ejusmodi alia. Z.

II. Adde dissertationem *de actione injuriarum* §. *5. 6. 7.* ubi casus singulares proposui de injuria per picturam illata, item §. *8.* an hodie ob barbam rasam vel expilatam detur actio injuriarum, §. *9.* an & quatenus ob osculum detur actio injuriarum, §. *12.* de actione injuriarum ob crepitum ventris &c. T. *Remissio.*

(403) I. Convitium dicitur quasi convocium *l. 15. § 4. ff. de injur.* Et proprie denotat, quod a pluribus & cum quadam vociferatione dictum est. Sed postea ejus significatio ampliari cœpit, & ad omne id extensa est, quod cum vociferatione dicitur, sive unus, sive plures dixerint *d. l. 15. §. 11. ff. eod.* & denique ad omne male dictum tracta est, quod extra cœtum fit. De ipso vocabulo vid. Alciat. *l. 4. de V. S.* Sed & citra convitium injuria verbis fieri potest, e.g. si quis non debitorem quasi debitorem appellaverit *d. l. 15. §. 33. ff. eod.* aut si quis puellam blandis verbis sollicitet ad stuprum *d. l. 15. §. 20.* Z. *Varia de injuria verbali.*

II. Cum convitium in usu forensi sumatur pro omni compellatione contumeliosa, nescio an detur injuria verbalis citra convitium. Nam quod primum exemplum eum in finem a Zieglero commodo adductum attinet, notat ipse JCtus, injuriarum teneri, non qui simpliciter non debitorem, quasi debitorem appellaverit, sed *si iniuriæ facienda causa* id fecerit, id est, si contumeliosis verbis id *An detur injuria verbalis, quæ non sit convitium.*

404) quibus omnibus casibus pro qualitatibus admissi & atrocitate ,(405) prudens judex pœnas (406) irrogabit. (407)

Con-

factum sit. Posterius autem exemplum quod attinet, de eo sic sonant verba Ulpiani: *Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare: hoc enim non est convicium (facere) sed adversus bonos mores attentare.* Ubi hauddubie seduxerunt Zieglerum verba: *hoc enim non est convitium*, ergo putavit esse aliam injuriam verbalem cum tamen detur tertium, injuria scilicet realis, ad quam etiam ipse Zieglerus in fine *notæ. 402.* hoc exemplum retulerat. T.

Varia de injuria scripta. (404) I. Fit istud vel scripto claro vel figurato, & vel cum, vel sine infamia. Ad species scripturæ figuratæ refertur etiam pictura famosa. De hoc tamen disquiritur, utrum pro libello famoso habendus sit ille, cujus autor nomen suum subscripsit. Negat post alios Finckelthaus *Obs. 38.* Sed rectius meo judicio alii, quos refert & sequitur Henr. Hahn. *Obs. in Wesenbec. n. 19.* propter *l. 5. §. 9. ff. de injur.* Colleg. Argent. *h. t. n. 41.* Z.

Monitum: II. Et hoc durius, quod injuria per picturam referatur ad injuriam scriptam, cum hauddubie magis pertineat ad injuriam realem. Verosimiliter Zieglerus ideo picturam retulit ad injuriam scriptam, quia observavit, in legibus imperii eandem pœnam statui in libellos famosos & picturas infamantes. Sed ab identitate pœnæ ad identitatem delicti non valet consequentia. T.

Atroces injuriæ quæ? (405) Atrocitas ista æstimatur ex qualitate facti, loci, temporis vel personæ. Atrox enim injuria habetur, si quis fustibus cæsus fuerit *l. 7. §. ult. ff. h.* si quis in loco sacro aut in theatro injuria affectus fuerit *l. 9. §. 2. ff. eod.* item, si in convivio, in ludis, aut eo tempore, quo quis in sacerdotio est, illata fuerit injuria *l. 7. §. f. ff. eod.* aut si magistratus a subdito contumeliose lacessitus fuerit *d. l. 7. §. ult. l. 17. §. 3. ff. eod.* Z.

(406)

(406) Quæ ſunt carceris, mulctæ pecuniariæ, fuſtigationis, relegationis, & quandoque etiam ultimi ſupplicii. E. g. qualitas objecti per ſcripturam criminis diverſitatem pœnæ inducit. Si enim contumeliæ tantum cauſa quis aliquem claudum, luſcum &c. appellet, injuria tantum ſcripta dicitur & extra ordinem punitur; at ſi crimen aliquod ei objiciat, & tale quidem, quod pœnam mortis meretur, pœna capitalis locum habet. Talis ſcriptura, qua crimen objicitur, in ſpecie libellus famoſus appellatur. Vid. Franzk. *ad §. 1. Inſt. de injur.* Z. *Cur pœnæ varient?*

(407) Cur vero nullam mentionem actionis injuriarum hic facit Lancelottus, ſed ſolius pœnæ? An forte ſecundum doctrinam Juris Canonici actionis injuriarum uſus repugnat Chriſtianismo? Non arbitror. Cum tamen multa hic ab aliis in utramque partem diſputari ſoleant, ſecundum meam ſententiam res eo redit: Communiter ab iis, qui actionem injuriarum Chriſtianiſmo repugnare docent, plurima confundi, quæ omnino diſtingui debent, interim ob frequentem ejus abuſum eam ſalvis juſtitiæ regulis prudenter in rebuspublicis Chriſtianis tolli poſſe. Cum vero hæc aſſertio declarationem deſideret, dabo eam ſecundum illa quæ de hac materia *in d. diſput.* §. *12. 13. 14. 15.* diſſerui. Nimirum generaliter vetuit Prætor quid ad infamiam alicujus fieri. Proinde quodcunque quis fecerit vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum, *d. l. 15.* §. *27.* unde ſi quis non debitorem quaſi debitorem appellaverit, injuriæ faciendæ cauſa, injuriarum tenetur, *d. l. 15.* §. *33.* Ita memini in facto contigiſſe, ut in urbe vicina famulus mercatoris, cujusdam tabernam alterius mercatoris, ante tabernam ſtantis, & cum alio colloquentis, præteriret, & in publica platea crepitum ventris emitteret. Hoc alter in ſui contumeliam factum eſſe credens, dominum famuli, quem ob alias etiam rationes ſibi inimicum eſſe putabat, & cujus juſſu hanc contumeliam a famulo factam eſſe ſibi perſuadebat, conveniebat actione injuriarum æſtimatoria. Cum vero reus, ut facile conjici poteſt, multis exceptionibus, qua dilatoriis, qua peremtoriis uteretur, proceſſus iſte cum tanto fervore utriusque partis per multos annos continuatus, & variis remediis appellatio-

An actio injuriarum repugnet Christianismo?

Occaſio quæſtionis.

nis non una vice adhibitis, ad majora & ſumma provinciæ tribunalia protractus, & adeo non indignus fuit habitus, ut viri graves & prudentes, majorum & ſummorum tribunalium præſides & aſſeſſores, omnes, & vel minimas circumſtantias, crepitum iſtum vel antecedentes, vel concomitantes, vel conſequentes cum diſtinctione, & judicio expenderent, ne videlicet injuſtam ſententiam pronunciarent. Vides ſimul, nullum canonem aut proverbium eſſe ſine exceptione. Dixi ſupra: Vox audita perit, etiam articulata, hæc inarticulata ope hujus proceſſus per decennium & ultra in animis & memoria partium, advocatorum, judicum, & horum, cum quibus illi ea de re locuti ſunt, id eſt, tantum non totius populi, continuata fuit. An recte? Diſtinguo. Ex parte actoris non prudenter, nec generoſe, aut Chriſtiane, juſte tamen: Ex parte judicum, tam inferiorum, quam ſuperiorum (ſi modo ipſis extra circumſtantias hactenus narratas aliud nihil imputari poſſit) juſte, nec imprudenter, nec contra regulas Chriſtianiſmi. Facile prævideo, multos viros eruditos, celebres, ac honeſtos, talem reſponſionem a me haudquaquam expectaſſe vel certe obſcuritatis & tacitæ contradictionis eam accuſaturos eſſe. Scilicet: repugnare actionem injuriarum totam, quanta quanta eſt, Chriſtianiſmo, quia ad vindictam tendat, adeoque omnem actorem, qui actione injuriarum utatur, graviter peccare contra regulas Chriſtianiſmi, peccare contra eas advocatos, quia actoribus in re illicita aſſiſtunt, peccare judices, qui in hiſce negotiis antichriſtianis pronunciant, cum potius deberent talia acta dentibus lacerare, quod alias JCti de libello inepto judici conſulunt. Agnoſcere me ipſum ex parte hanc doctrinam, adeoque recte ſtatuere actorem in dicto caſu nec prudenter nec generoſe, nec chriſtiane egiſſe; & tamen ſtatim addere, quod juſte fecerit, quod non niſi impertinenter dictum eſſe poſſit. Quomodo enim id juſtum eſſe poſſit, quod ſtultum & non chriſtianum eſt. Majori adhuc ſcandalo occaſionem præbere, quod dixerim, judices ne quidem contra regulas Chriſtianiſmi feciſſe, cum tamen actorem haud chriſtiane egiſſe faſſus fuerim. Si ipſorum res arbitrii eſſet, ipſos velle & judices, & partes & advocatos pronunciare reos æternæ damna-

Sententia affirmantium, ſed omnia confundentium.

mna-

mnationis, & me etiam cum ipsis in æternum excommunicare. Surrecturos esse aliquando in die extrema ICtos Ethnicos & damnaturos hanc generationem. Convenienter cum Christi regulis docuisse Papinianum, quod, quæ facta lædant pietatem, existimationem, verecundiam nostram & ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum sit, *l. 15. de condit. instit.* Non solum crepitum ventris lædere verecundiam, sed etiam verecundiæ non dicam Christianæ, sed saltem Ethnicæ adversum esse, hunc crepitum per actionem injuriarum, & per appellationes exponere sensibus tot virorum gravium, ab his inverecundiam istam non prohiberi, sed quasi foveri potius, & me hæc omnia vocare pia, christiana, justa? Quam unquam majorem animo concipi posse impudentiam! Gemere Ecclesiam sub talibus doctrinis, nec ante sperandam esse felicitatem temporum, nisi principes Christiani partes & judices, advocatos, professores, candidatos, talia agentes, vel defendentes ex provinciis suis ejiciant &c. Vides gravem esse atque ex pio, ut loqui solent dissentientes, affectu ortam, eoque repletam objectionem, adeoque nequaquam a me sine responsione, sed placida, dimittendam. Dico *placida.* Ante omnia enim cavendæ sunt studioso sapientiæ doctrinæ, affectu etiam zeli divini inflatæ, quia, docente servatore, etiam sub larva zeli pii sæpe latet hypocrisis *Joh. 16. v. 2. Matth. 23. v. 15.* Igitur sententia dissentientium vel ideo suspecta esse jure merito debet, quia ubique affectum spirat. Affectus autem rationem non sequitur ducem, sed confundit ubique res diversissimas & distinctissimas. Scopus propositi mei haud patitur, ut prolixe ostendam eam confusionem. Igitur rem in summam contraham, perspicuam tamen, ut puto, & evidentem illis, qui præjudicio autoritatis & præcipitantiæ vacui sunt. Quæstio primaria est: an actio injuriarum conveniat cum Christianismo, an eidem repugnet? Dignam judicavit hanc quæstionem Georg. Beyerus, de qua paulo fusius mentem suam explicaret, eo inclinantem, ut ostendat posterius ita simpliciter haudquaquam esse affirmandum, *ad tit. ff. de injuriis initio p. 605. seq.* Nolo ab eo dicta repetere, aut exscribere, operam potius

Sententia distinguentium.

dabo, ut etiam ipsius doctrinæ lux aliqua a me accendatur. Initio sic tenendum. Multum differre injustitiam a reliquis vitiis. Saltem hic per exempla mentem declarabo. Qui rem suam sine causa destruit, & corrumpit; qui officia humanitatis aut beneficia non exhibet, aut qui ea morose præstat, non prudenter agit, non virtuose, sed tamen non injuste, etiam ex Christi doctrina. *Matth. 20. v 13.* Ad justitiam aliquis cogi potest, & ob injustitiam in civitate puniri, reliquæ virtutes coactionem respuunt, & regulariter vitia iis opposita pœnis civilibus non coerceri solent, nec commode possunt. Qui coacte liberalis, temperans, humanus, magnanimus, modestus, mansuetus, placidus, patiens est, revera talis non est, sed liberalitatem & reliquas modo memoratas virtutes mentitur. Peccat utique avarus, intemperans, inhumanus, immisericors, sed nisi hæc vitia turbent quietem publicam eminenter, nisi lædant jura concivium, nec punitur, nec puniri potest. Princeps in republica constitutus est primario, ut justitia administretur correctione hominum injustorum, & ut exemplo suo præeat etiam subditis in via virtutis, sed absque legibus pœnalibus, utque Doctores virtutis & justitiæ constituat. Doctorum est ratione, doctrina, adhortationibus, exemplo, adducere cives ad studium & praxin virtutum omnium. Qui leges ferre, qui principem, judices, alios Doctores ab ipsis dissentientes excommunicare, & e republica ejicere volunt, sunt ex schola Pharisæorum, Doctorum falsorum. Judices sunt ministri principis, etiam, qui in judiciis supremis judicum personas sustinent. Hi, vi sui officii, obstricti sunt, ut suas sententias ferant secundum jura præscripta, & consuetudines vim legum habentes, etiamsi istæ leges aut consuetudines ex regulis prudentiæ legislatoriæ emendationem mereantur. Cavendum ergo etiam judicibus, ne sub specie æquitatis cerebrinæ, aut etiam Christianismi, leges corrigant, & sic temerario, imo nefario ausu regale potestatis legislatoriæ sibi vindicent. Christianismus est summum studium virtutum omnium, non solius justitiæ, sed maxime reliquarum, quæ coactionem respuunt, & pœnas non admittunt. Summa perfectio in hoc mundo obtineri nequit, etiam in-

ter

ter eos, qui Christiani vocantur. Punit ergo & Princeps Christianus injustos, reliquos vitiosos fert, tolerat, & stultitiam illorum cum plane expellere non possit, legibus temperat, atque iis, ne nimis evagari posfit, limites præscribit. Sed hæc limitum præscriptio non pertinet ad judices, quia est adjunctum potestatis legislatoriæ. Summa prudentia est, posse ferre stultos, etsi nec hoc præceptum placeat illis, qui doctrina falsæ sapientiæ infecti sunt. Doctor juris diligenter inculcat, actiones injuriarum non esse opera prudentiæ, tantum abest, ut Christianismi, qui prudentia est in eminenti gradu. Idem tamen si simul judex est, aut assessor collegii Juridici eadem forte hora, qua istam doctrinam serio inculcavit, consulenti (& eidem illi, aut simili, qui occasionem dedit huic observationi) respondet: Und seyd ihr Cajum wegen des euch zugefügten Schimpffs / daferne ihr ihn Anspruchs zu erlassen nicht gemeinet / injuriarum zu belangen wohl befugt. V. R. W. Idem acta de actione injuriarum, etiam imprudentisfime & parum christiane instituta, referens, votum suum secundum regulas justitiæ profert, aut si judex sit, exequitur. Videt summam sapientiam, & quæ nihil indulgere vult stultis, esse summam stultitiam. Videt - - - Plura enim jam dixi ad salvandum judicium meum supra datum, quam forte opus est apud prudentes. Nequaquam ergo diffiteor, sed potius ambabus largior manibus, multa exempla occurrere, & allegari posse, evidenter probantia, homines sæpe abuti processibus injuriarum, sive fundamentum actionis, sive media, & processum respicias, largior etiam, causam illorum abusuum non solum reis, quorum est fugere, aut actoribus, qui ob levissimam rem, & a parum prudente etiam facile contemnendam, gravissimas actiones instituant, sed & Advocatis, & Judicibus esse adscribendam, qui etiam in processu supra memorato de re non bene olente, lucri, quod inde percipiunt, cum Vespasiano bonum odorem esse sibi gratulantur, & in sinu gaudent. Possem, si instituti ratio id permitteret, exempla non pauca afferre. Ob quæ multi boni optarunt, ut abusus illi, per prudentiam legislatoriam coërceantur, ac ipsis justi limites

Abusus actionis injuriarum & medium hunc abusum tollendi.

Conficiens famosum libellum, & manifestans pari pœna puniuntur.

§. 4. Eo amplius, si quis famosum libellum (408) invenerit, & non statim corruperit, vel combusserit, sed ejus tenorem dolose manifestaverit, quasi author, plectendus erit.

DE ECCLESIASTICIS CENSVRIS.

TITULUS XII.

Po-

tes ponantur. Hoc vero meo quidem judicio commodius fieri nequit, quam ut actiones omnes injuriarum ita tollantur, ut cum ad pœnam tendant injuriantium, cura hujus pœnæ & determinatio relinquatur officio magistratus, ita tamen, ut injuriatis salva maneat potestas, si magistratus ipsis justitiam administrare denegет, ea de re conquerendi coram principe. Ita enim coërcerentur injuriantes, & læsis pro natura negotii satisfieret, & non solum abusus actionis injuriarum hactenus memorati tollerentur, sed etiam uno quasi ictu inutiles redderentur pleræque, si non omnes quæstiones, ad processum actionis injuriarum pertinentes, in quarum decisione mirum in modum variant, & dissentiunt inter se Doctores, & Collegia JCtorum, atque adeo etiam ipsa praxis per hanc dissensionem redditur incerta, & abusus processus in actione injuriarum augetur. T.

ad §. 4.

Limitatio. (408) Constitutum ita est in *l. un. C. de famos. libell.* & conferri hic possunt, quæ eleganter traduntur ab Ludovico a Pegvera *decis. 77.* & in Colleg. Argent. *h. t. n. 41.* Scribit tamen Menochius, ex facto quæsitum se respondisse, eum, qui ab alio ex curiositate hujusmodi libellum acceperit, ut inde exemplum retinendi, non divulgandi animo sumeret, extra noxiam esse, *de arb. jud. quæst. cas. 263. n. 48.* Z.

TIT.

Ponit continuationem præcedentium & ſequentium.

§. I.

POſtquam (409) tam primo libro perſonarum, quam ſecundo rerum Eccleſiaſticarum tractatum cum his, quæ annexa ſunt ſummatim complexi fuimus, ſubinde ad reliquos venientes, judiciorum tam Civilium, quam Criminalium materiam & ſeriem explanavimus, delictorum & naturam & pœnas (410) bre-

---

TIT. XII.

ad §. 1.

(409) Brevem hic autor præmittit ἀνακεφαλαίωσιν omnium eorum, quæ hactenus per ſingulos libros pertractavit. Cumque identidem cenſurarum Eccleſiaſticarum fecerit mentionem, (per has enim præcipue monarchia papalis hodie ſuſtinetur) earum vim plenius explicare nunc intendit. Z. *Connexio.*

(410) Supra *nota 60.* prolixius actum de diviſione criminum in ſecularia & Eccleſiaſtica, ubi etiam mentionem feci *n. 5.* diviſionis pœnarum in ſeculares & Eccleſiaſticas. Sed quemadmodum diviſio illa criminum ob variam terminorum homonymiam difficillimæ erat explicationis, ita idem etiam dicendum de diviſione pœnarum. *Pœnæ vel ſeculares vel Eccleſiaſticæ dicuntur.* Vel enim pœnæ Eccleſiaſticæ dicuntur intuitu fori & judicum, quæ tantum in foro Eccleſiaſtico & a iudicibus Eccleſiaſticis dictari debent, non a ſeculari magiſtratu; *Vel intuitu fori.* Vel dicuntur Eccleſiaſticæ, quia imponuntur tantum perſonis Eccleſiaſticis delinquentibus, i.e. Clericis, non ſecularibus, ſeu Laicis. *Vel intuitu delinquentium.* Vel denique dicuntur Eccleſiaſticæ, tam intuitu cauſæ, quam effectus. Et hoc reſpectu pœnæ ſeculares dicuntur, quæ ex cauſis naturalibus produ- *Vel intuitu cauſæ & effectus.*

N (11) cunt

cunt effectum secularem seu temporalem, puta infamiam, mulctam pecuniariam, incarcerationem, relegationem, pœnas corporis afflictivas, vel capitales; ergo pœnæ Ecclesiasticæ debebant esse, quæ ex causis supranaturalibus producunt effectus spirituales. Cum vero Spiritualitatis vocabulo perpetuo ludant Canonistæ, ut hactenus in singulis libris Lancelotti ostendimus, ne dubium remaneat, quid intelligam per causas supranaturales & effectus spirituales ita me explico. Causa supranaturalis vocatur illa, quæ producit effectum sive Spiritualem sive temporalem virtute supranaturali i. e. divina. Ita Petrus virtute divina morte temporali & æterna puniebat mendacium in Spiritum Sanctum Ananiæ & ejus uxoris Sapphiræ *Act. c. 5.* Ita Petrus (nam de Christi miraculis non opus est, ut quid moneamus,) claudum virtute divina sanabat. *Act. c. 3.* Ita Paulus *I. Cor. 5. junct. II. Cor.* 2. (ut paulo post latius ostendam) virtute divina incestuosum Satanæ tradebat ad interitum carnis, ut Spiritus salvetur. Effectus supranaturalis seu Spiritualis est vel qui in sensus immediate incurrit, non tamen productus est ex causa naturali, sed divina, ut morbus, mors &c. vel qui non potest nisi ex causa divina esse productus, cum & ipse non incurrat immediate in sensus, ut sunt virtutes spirituales fides, spes, charitas, induratio hominis supranaturalis, &c. His vero suppositis, jam non mirandum, cur Doctores in enumerandis pœnis Ecclesiasticis parum conveniant, & cur Lancelottus hic non de pœnis omnibus, sed saltem de censuris Ecclesiasticis agat. Alii enim ut v. g. Cuchus *in instit. Iur. Canon. tit. 10. p. m. 255. seq.* dum pœnas recenset Ecclesiasticas, præter censuras hic memoratas etiam meminit depositionis, degradationis, damnationis ad carcerem vel temporalem vel perpetuum, quæ potissimum locum habet in depositis, beneficiorum ademtionem, detrusionem in monasterium, notas & stigmata, servitutem, missionem in exilium, verbera, ademtionem privilegiorum &c. Alii ad pœnas Ecclesiasticas referunt etiam irregularitatem, ut Tellez *ad c. 20. de V. S.* Sic & supra *in notis ad lib. 2. not. 117. p. 681. seq & not. 122. p. 685. seq.* ostendi pœnitentiam etiam esse præcipuam ex pœnis Ecclesiasticis, quia per dicta, *nota 123. p. 688.* *item*

Causa supranaturalis quæ.

Effectus supranaturalis quis?

Variatio Canonistarum in recensendis speciebus Pœnarum Ecclesiasticarum.

item nota 127. 128. est præcipuum fundamentum excommunicationis, sine qua hæc pene omni robore destituitur. Ita Zieglerus mox *nota* 414. inter pœnas etiam refert communionem laicam & communionem peregrinam. Qui plura pœnarum genera recensent, pœnarum Ecclesiasticarum voce in significatu generali usi sunt, sive sint communes clero & laicis, sive clericis propriæ, sive sint ratione effectus temporales, sive spirituales, modo ad forum ecclesiasticum & judicia clerici pertinerent, ac in iis essent usitatæ. Contra Lancelottus voluit saltem tractare de pœnis stilo Juris Canonici spiritualibus sive respectu delinquentium sint communes laicis & clericis, ut excommunicatio, sive clericis propriæ, ut suspensio. Pœnas temporales ut damnationem ad carcerem, notas, stigmata, verbera, missionem in exilium &c. peculiariter considerare studio omisit, depositionem, degradationem, irregularitatem, pœnitentiam (cujus species est v. g. detrusio in monasterium) vel pro partibus vel appendicibus trium hic recensitarum censurarum habuit, pro qualibus etiam communionem laicam & peregrinam habet Zieglerus *nota* 414. vel sub alia connexione jam de iis tractavit in præcedentibus, ut sub prætextu Sacramenti de pœnitentia jam libro secundo factum est.

Prout videlicet pœnarum voce usi sunt vel in significatu latiore.

Vel in strictiore pro pœnis spiritualibus.

Quemadmodum autem hactenus ostensum est jus Canonicum decipere Laicos, & ex Clero stupidiores, dum docuit, Laicorum personas esse seculares, Clericos omnes spirituales, res Laicorum esse seculares, Cleri spirituales, judicia Laicorum secularia, judicia Cleri spiritualia, cum Clerici nihil minus quam spirituales, res Cleri & de quibus in jure Canonico tractatur, temporales, iudicia Ecclesiastica nequaquam spiritualia sint; ita iam nihil restat aliud, quam ut doceam, pœnas, quas Jus Canonicum pro spiritualibus venditat, neque quoad causam, neq; quoad effectum spiritualium aut supranaturalium nomen mereri, sed esse pœnas naturales, mere civiles, ac temporarias, & consequenter hanc Laicorum vanam persuasionem de spiritualitate harum pœnarum esse arcanum, si non præcipuum, tamen inter præcipua, quo videlicet totus Papatus nititur, & quo Reges Gentium subjecti sunt potestati Papæ pseudo spirituali, denique quo sublato vel negato, sua qua-

Nobis maxime docendum, has pœnas falso pro spiritualibus venditari.

Usus hujus observationis.

breviter perstringentes: cum tam ratione contumaciæ, quam etiam aliorum excessuum Ecclesiasticis censuris (411) interdum aliquos innodari variis locis admonuerimus, superest nunc, ut operi finem impo-

---

quasi sponte corruit totus Papismus. Unde facile patet, quantus sit usus hujus observationis. T.

Differentia inter pœnas & censuras Ecclesiasticas.

(411) Uti jus Canonicum tantum non perpetuo vocibus homonymis & ambiguis humanum genus torquet, ita idem etiam de voce censurarum tenendum est, unde non solum apud Tellezium *ad d. c. 20. de V. S.* videri potest, quantus inter Canonistas dissensus sit in quæstione, an irregularitas sit censura Ecclesiastica nec ne, sed etiam ex sequente *nota 413.* apparebit, quod etiam pœnam & censuram sæpe opponant Canonistæ. Unde quærere quis posset, quænam ex mea sententia sit potissima differentia inter pœnas Ecclesiasticas & censuras Ecclesiasticas. Sed ex dictis facile prævidenda responsio. Nimirum pœnarum Ecclesiasticarum vox generalior est, etiam pœnas quas Canonistæ ipsi pro spiritualibus nequaquam habent, sub se comprehendens. At censuræ Ecclesiasticæ sunt pœnæ quas pro spiritualibus vendit Jus Canonicum, an recte, patebit ex sequentibus notis. Confirmatur hæc observatio nostra ex definitione censuræ, quam mox Zeglerus tradit *d. n. 413.* in qua diserte fit mentio *privationis boni alicujus spiritualis*, & plura argumenta suppeditabunt notæ sequentes. Interim in antecessum adhuc nota definitionem vel descriptionem censuræ quam exhibet Tellez *ad d. c. 20. Censura est sententia & medicina respiciens ad suam ultimum finem obstinatis sanitatem & reditum in semitam rectam mediante separatione a participatione sacramentorum, & communione fidelium.* In ista siquidem separatione consistit illa modo jactata *privatio boni spiritualis.* T.

Censurarum descriptio.

(412)

ponentes, de ipsis censuris (412) fusius & distinctius disseramus.

Quid

(412) Antequam progrediamur ad sequentia, in singulis censurarum speciebus ostensuri pseudo-spiritualitatem, præmittamus observationes aliorum virorum Clarissimorum in genere pœnis & censuris Ecclesiasticis spiritualitatem denegantium. Ita Clericus *in Parrhasianis parte 2. p. 228. seq.* taxat in pœnis seu censuris Ecclesiasticis Canonistarum, quod non saltem infligantur ob malos mores, sed etiam ob dissensum a doctrina Cleri potentioris. Unde maxime interesse Magistratus Politici, ne hæ censuræ degenerent in pœnas civiles, seu seculares, quia videlicet sensus in doctrina non mereatur pœnam. Degenerasse autem censuras Ecclesiasticas in pœnas civiles apertum esse, quia nimirum irrogent infamiam & excludant a juribus & privilegiis reliquorum civium. Imo supposita hac potestate censurarum pseudospiritualium etiam principes subjectos fuisse censuris Ecclesiasticis, atque sic ex capitibus Rerumpublicarum mera brachia & instrumente Cleri facta esse. Porro notum est inter JCtos celeberrimos Lutheranos B. Brunnemannum *Juris Ecclesiastici lib. 1. cap. 6. membr. 9.* & B. Strykium *in notis ad illud membrum 9.* valde commendasse introductionem disciplinæ Ecclesiasticæ in nostras Ecclesias, eamque sententiam partim rationibus, partim autoritatibus multorum Theologorum probare intendisse. Quibus respondere voluit JCtus Lipsiensium eximius & judiciosissimus Gottlieb Gerhardus Titius *Juris privati libro 9. c. 16. §§. prioribus 10.* "Quousque, inquit, jus puniendi intuitu delictorum religionem concernentium, hominibus competat, nec ne, hactenus breviter ostensum est, cumque porro, tam jus puniendi, quod in homines cadit, quam universum ecclesiæ regimen, Rebuspublicis eorumque Imperantibus tribuendum esse, supra *c. 1. seqq.* ostensum sit, inde non difficulter, de pœnis vel coercitione, quæ nomine disciplinæ ecclesiasticæ involvuntur, judi-

Pseudo-spiritualitas censurarum Ecclesiasticarum jam observata. A Joh. Clerico.

Ex B. Titio.

cari poterit. Censetur scilicet quævis Ecclesia parochialis, ejusque Ministerium habere potestatem, peccatores, qui admonitiones spernunt, aliqua castigatione afficiendi, quo hac ratione emendentur, alii terreantur, atque ita honestas & decens ordo conservetur. Effecit speciosa disciplinæ huius ecclesiasticæ sanctitas, ut etiam Scriptores Protestantes nonnulli eam, intuitu rerumpublicarum christianarum, pro re, a DEO præcepta, necessaria ac utili habeant v. Brunnemann. *J. E. l. 1. c. 6. m. 9.* Sed mihi dicendum videtur, disciplinam illam ecclesiasticam, a DEo non præceptam, sed potius rem rationi contrariam, non necessariam, inutilem, occasionem & fulcrum papatus esse. Præceptum divinum vulgo repetunt ex *Levit. XIX. 17. Rom. XVI. 17. Ephes. IV. v. 11.* Vid. Stryck. *in not. ad Brunneman. d. l.* §. 1. Sed inde nihil aliud sequitur, quam quod proximo peccanti, peccatum exprobrare, eumque hoc nomine corripere queamus, sed castigatio realis elici inde non potest. De cætero etiam circa reprehensionem verbalem modus servari debet, ne in aliis reprehendamus, quorum ipsi, & sæpe quidem in gradu maiori, sumus rei, quorsum ex parte pertinet sententia Lutheri, relata Brunnemanno *d. l.* §. 3. E contrario laudatam disciplinam ecclesiasticam, esse rem rationi contrariam, liquet (1) ex fine, illa scilicet homines ab æterna damnatione liberare satagit Vid. Brunnem *d. l.* §. 3. quis vero credat, ferulis similique castigatione finem illum obtineri posse, prætextus igitur est, palliando dominatui Clericali inventus, verus autem disciplinæ illius scopus, dominatus, quem jam nominavi. Quodsi dicas, nihil aliud hic intendi, quam externam honestatem, quæ utique per disciplinam illam obtineri queat, tum respondebo, ita eam esse medium mere civile, adeoque in privatum non cadere. Inconcinnitas igitur disciplinæ ecclesiasticæ, hoc respectu (2) apparet ex persona, quæ eam exercere debeat, nec obest, quod officio Ministerii ecclesiastici, cognitionis & coercitionis exercitium necessario cohæreat v. Brunnem. *d. l.* §. 4. *ibique Stryk. in not.* Media habilia, doctrinam & admonitionem, isti cohærere, satis certum, sed in illum censum male referuntur media civilia, imperium aliquod præsupponentia. Nec id obstat,

obſtat, quod in primitiva Eccleſia talis diſciplina obtinuerit, nam ex eo male regula conſtituitur, ſed inſignis potius eſt abuſus, quo, ab eccleſia ſui juris, ad eccleſiam, Reipublicæ ſubjectam & curatam infertur. Denique inconcinnitas etiam elucet (3) ex modo procedendi, nam Clerus ad puerorum modum, etiam adultos homines tractare intendit, quod ſane intolerabile eſt. Equidem, in S. Scriptura modum aliquem, a judiciali procedendi modo, plane diverſum, hic præſcriptum eſſe, dici ſolet v. Brunnem. *d. l.* §. 3. Sed cum diſciplina eccleſiaſtica, quæ in caſtigatione privata conſiſtat, verbo divino ſit plane incognita, hinc ejus peragendæ modus fruſtra inde repetitur. Ex his ultro ſequitur, quod diſciplina eccleſiaſtica, neque neceſſaria, neque utilis ſit, nam magna ſcelerum, epicureismi & atheismi ſeges, non ex defectu diſciplinæ eccleſiaſticæ, ut cenſet Brunnem. *I. E. l. 1. c. 6. m. 9.* §. 1. ſed ex aliis omnino cauſis propullulat, quas rerum civilium periti facile intelligunt. E contrario diſciplina eccleſiaſtica odia, colliſiones & turbas excitare apta eſt, quod non difficulter concedet, qui ingenium humanum, & in ſpecie Cleri, paululum ſaltem intelligit. Vid. *Ord. eccleſ. Saxon. elector. art. gen. 10.* Merito igitur diſciplina eccleſiaſtica, pro occaſione & fulcro papatus habetur, id quod eventus ſatis etiam comprobat. Quodſi eo delabi velis, a diſciplina eccleſiaſtica directionem Reipublicæ & Imperantis, non eſſe excludendam, neque ſoli Clero, ſed potius Collegio, ex Clericis & Laicis compoſito, eam committendam, v. Brunnem. *d. l.* §. 6. tum eſt judicium mere politicum ac nulla occurrit cauſa, quare ſub ambiguo diſciplinæ eccleſiaſticæ nomine aliis remediis civilibus, illud opponamus. Et licet hactenus in conſtitutione diſciplinæ eccleſiaſticæ, nihil deſiderari poſſet, attamen ſi finem ſublimiorem, veram ſcilicet pietatem, intenderet, quæ vulgaris eſt perſuaſio, illa nihilominus improbanda foret, cum finis ille coactione & pœnis humanis, a quocunque etiam hæ dirigantur, obtineri nequeat. Si & hac in parte aliquid remittere, ac ſolius externæ honeſtatis curam, velut finem collegio illi præſtituere velis, tum, minime tamen tali judicio opus eſſe contenderem, nam dantur jam plura in Civitatibus judicia,

Quid veniat appellatione censuræ Ecclesiasticæ, quid sit excommunicatio, quid interdictum, quid suspensio.

§. 2.

dicia, quæ reprimendis vitiis sufficere possunt. Sed ais, hæc officium suum negligunt, nec vitiis illis valide satis occurrunt vid. Brunnem. *d. l.* §. *2. 5. 6.* Verum quis sponsor erit, membra collegii illius ecclesiastici, sine omni prosopolepsia, aliisque pravis affectibus, sanctisſime semper munus suum esse observatura? hoc sane, ex solo nomine disciplinæ ecclesiasticæ, sibi promittere velle, nimis fuerit simplex v. Brunnem. *d. l* §. *4. in fin.* Non multis legibus & institutis honestas externa obtinetur, sed accurata illorum observantia, hæc si quoad alia judicia occurrat, disciplina ecclesiastica non indigemus, si circa hanc, observantia & legitima executio quoque frigeat, tum illa nihil prodest. Breviter: Vera disciplina ecclesiastica consistit tantum in solida doctrina, seria admonitione, ac inprimis sanctitate exemplorum, quibus peccatores in ruborem dentur v. *II. Thessal. III, 14. 15.* Si coactio accedat, sub directione Magistratus politici, ad excitandam veram pietatem; tum est medium civile, sed producendo fini ineptum: Sed ad stabilendam honestatem civilem; medium non necessarium. Quodsi directioni solius Cleri, violenta remedia committantur, qualiscunque etiam finis illis prætexatur, tum papatus certo est metuendus.„ Hactenus B. Titius. Quodsi forte urgere velis, B. Titium non loqui de censuris ecclesiasticis, sed de disciplina Ecclesiastica, responsio promta erit, disciplinam ecclesiasticam & censuras Ecclesiasticas esse Synonyma, ut facile constat, si quis saltem evolvere velit Eliæ du Pin *dissertationes de disciplina Ecclesiastica*, & ex nostratibus Theologis Joh. Bartholdi Niemeieri *tractatum de disciplina Ecclesiastica.* T.

Disciplina Ecclesiastica & censura Ecclesiastica sunt synonyma.

ad

§. 2. Ecclefiafticæ cenfuræ nuncupatio(413) tria

ad §. 2.

(413) I. Diftinguit Marcus Antonius de Dominis *lib. 5. de Rep. Ecclef. c. 9. n. 7.* cenfuram a pœna, cenfuram vocat eam, quæ poteftate clavium exercetur, & ita peccatum ligat in terris, ut etiam in cœlis fit ligatum. Ubi vero tale vinculum aut ligamen coram DEO non nectitur, neque animam attingit, inepte vocari dicit cenfuram, & effe tantum pœnam aliquam externam Ecclefiafticam. Et hinc porro negat, interdictum veram effe cenfuram, *n. 38.* idem fine dubio diceret de fufpenfione. Canoniftæ tamen communiter definiunt cenfuram, quod fit fententia privans bono aliquo fpirituali per Ecclefiafticam poteftatem prolata principaliter ad fubditi correctionem. Aug. Barbof. *in c. quærenti 20. X. de V. S.* Et certe nihil prohibet cenfuram appellare, quando Ecclefia cenfet de fratris ftatu & conditione, quam habuit hactenus in communione fidelium, & de eo ftatu dejicit aut fequeftrat eum, vel omnino vel ad partem. Sed in hoc tamen non facio cum Canoniftis, quod ad forum tantum externum cenfuras fuas reftringant, ut videre licet ap. Martin. ab Azpilcuet. Navarr. *in manual. c. 27. n. 1.* cum utique ipfas etiam confcientias afficiat excommunicatio, neque effectum hunc negare poffit Navarrus, *feq. num. 8.* Z.

Variæ obfervationes de fignificatione cenfuræ.

II. Cenfuræ vocabulum unde & qua ratione fignificatum hunc acceperit primum, quem ex ufu juris Canonici hodierni obtinet, curam noftram parum afficit. Ecquis enim omnium earum rerum, quæ quomodocunq; invaluerunt aliquando rationem reddere poterit? Sufficit noffe, per iftud vocabulum exprimi & denotari feveram aliquam correctionem pœnæ non abfimilem, eamque ita defcribi, quod fit privatio bonorum fpiritualium per Ecclefiafticam poteftatem in criminis alicujus punitionem ad emendationem five correctionem delinquentis inflicta. Et quia hæc pæna mere fpiri-

ritualis eſt, in morali aliqua bonorum & commodorum ſpiritualium privatione conſiſtens, pœnæ autem aliæ civiles pleræque poſitivum aliquod malum continent, inde eſt, quod cenſuræ potius quam pœnæ nomen privationibus iſtis ſpiritualibus datum fuerit, quanquam non repugnet, pœnam ſpiritualem dici, ſive quia in finem ſpiritualem tendit, ſive quod circa objectum ſpirituale verſetur, & ipſam principaliter atque directo afficiat conſcientiam. Et ſic etiam vocabulum *cenſeri* uſurpatur in Concilio Aurelianenſi IV. *c. 2. Si quis hanc regulam irruperit, tanquam transgreſſor diſciplinæ a ſacerdotibus cenſeatur.* Z. *III. 32. 1.*

Monita circa eas. III. Recte notarunt de Dominis, quod interdictum, & Zieglerus, quod ſuſpenſio non ſint cenſuræ ſeu pœnæ ſpirituales, ſed externæ & politicæ. Non miror, quod M. Ant. de Dominis non idem aſſeruerit de excommunicatione, miror, quod eam identitatem non obſervaverit Zieglerus, cum tamen eadem prope ſit ratio interdicti & excommunicationis, ut patebit ex ſequentibus. Acceptamus, quod cordatiores ex Canoniſtis fateantur cenſuras ſuas ſaltem pertinere ad forum externum, & neſcio quid Zieglero in mentem venerit, ut indiſtincte aſſeruerit, excommunicationem afficere conſcientias. Neque enim credo, eum admiſſurum eſſe excommunicationem Papalem & bannum Imperiale affeciſſe conſcientiam Lutheri. Scio leges pœnales, etiam non ſpirituales, obligare hominem in conſcientia, ſi non repugnent rectæ rationi & verbo DEI, ſcio pœnas ipſas non injuſtas, etiam obligare ſubditos in conſcientia. Sed uti pœnæ injuſtæ conſcientiam innocentis non afficiunt, ita nec excommunicatio. At vero, inquies, non præſumendum eſt, apud nos, ſi introducerentur, futuras eſſe excommunicationes injuſtas. Ego vero: *Vitia erunt donec homines*, ſive Clerici, ſive Laici etiam Auguſtanæ confesſioni addicti. Porro petit principium Zieglerus, dum cenſuram Eccleſiaſticam vocat pœnam mere ſpiritualem, & tamen mox addit, conſiſtere eam in commodorum moralium privatione. Sane moralia bona & ſpiritualia toto, quod ajunt cœlo differunt. Bonis Spiritualibus, quæ ipſe addit, homo ab homine privari nequit,

tria regulariter (414) complectitur: *) scilicet, Ex- *) *c. 20. ext. de V. S.*
com-

quit, sed delinquens seipsum iis privat delinquendo, innocens vero, etiam si centies excommunicetur & ab usu S. Cœnæ arceatur, privabitur quidem bono externo & visibili, communionis cum aliis in Ecclesia visibili, bono spirituali nunquam privabitur. An oblitus est Zieglerus ejus, quod ni fallor, dixit Augustinus? *Crede & manducasti?* Denique ideo a classe pœnarum civilium non removebuntur censuræ, quod consistant saltem in privatione boni, (circa quam assertionem confer eundem Zieglerum *d. lib. 3. c. 30. n. 15.*) cum falsum sit, ipso fatente Zieglero, *omnes* pœnas civiles in positione mali consistere, imo ne quidem verum, quod ipse asserit de *plerisque* pœnis civilibus. Nam v. g. pœna capitalis est privatio vitæ, carcer privatio libertatis, exilium privatio patriæ, mulcta privatio pecuniæ &c. T.

(414) I. Barbosa *d. l.* præter ista tria nulla admittit alia, & si qua dentur, reduci ad illa debere contendit. Conf. H. Zoes. *tit. de sentent. excommun. n. 28.* Sane plures recensentur in antiquis Ecclesiæ monumentis pœnarum species, ut est communio laica, item communio peregrina; Sed quia utraque hæc solos clericos attinuit, illa depositionis, hæc suspensionis ab officio fuit effectus, & hinc ad causas suas erunt referendæ. Vid. Calixtus *de excommun. sub una §. 134. seq. it §. 141. seq.* Z. *An plures censuræ species.*

II. De numero & speciebus censurarum Ecclesiasticarum sive pœnarum spiritualium non conveniunt Doctores. Communis sententia innititur Innocentii III. interpretationi in *c. 20. X. de V. S.* qui ad quæstionem, quid per censuram Ecclesiasticam intelligi debeat, ἀπροτέμως respondet, quod per eam non solum interdicti, sed & suspensionis & excommunicationis sententia intelligi debeat. Unde tres istæ species communiter recensentur, suspensio scil. excommunicatio, & interdictum, ita tamen, ut si quæ aliæ fuerint, quæ pœnæ speciem gerant, reduci ad aliquam earum debeant. Referri e-

 nim

communicationis, (415) interdicti, & suspensionis sen-

nim eo poterunt e. g. communio laica, communio peregrina, & si quæ occurrunt aliæ. *Z. III. 32. 2.*

Doctrinæ de excommunicatione hactenus confuse tradita distinctior propositio.

(415) Quamvis non videbatur opus esse, ut post hactenus ostensam pseudo-spiritualitatem censurarum Ecclesiasticarum in genere, diutius lector detineatur in ostendenda pseudospiritualitate singularum specierum, cum tamen communis persuasio etiam apud Protestantes regnet, excommunicationem quidem pluribus abusibus apud Pontificios esse obnoxiam, interim tamen ob abusum non tollendum esse usum censuræ vel antiquissimæ, & a DEO in V. T. institutæ aut approbatæ, vel certe captivitate Babylonica introductæ & postea utiliter retentæ, & a Christo vel Apostolis si non approbatæ, saltem nec improbatæ, imo ad ipso Paulo usurpatæ, vel certe primis Christianis seculis in usum introductæ & a Patribus Ecclesiæ valde commendatæ, & maximum usum hodienum præbentis: cum, inquam ista cantilena tantum non ubivis reperiatur, non solum jucundum lectori erit, sed & omnino necesse videtur esse, ut quæ hactenus pro & contra excommunnicationem & disciplinam Ecclesiasticam sæpius vel confuse vel non satis distincte disputata sunt, distinctius, sed pro ratione instituti brevissimis proponam.

Historia controversiæ Doctrina Pontificiorum de excommunicatione.

Persuasit Papatus jam a primis Christianismi seculis, sed pedetentim & gradatim prope universo terrarum orbi, excommunicationem esse ab ipso DEO statim post lapsum institutam, & tam adversus Protoplastos, quam erga Cainum, tum etiam in Lege Mosaica adversus immundos usurpatam, & instituto a Mose Synedrio in certam formam redactam, atque sic ad tempora Christi continuatam, & a Christo approbatam, & a Paulo ac Apostolis usurpatam, postea non solum sub Imperatoribus Ethnicis, sed etiam sub Christianis primo in Conciliis, postea etiam extra concilia ab Episcopis & suo modo etiam a clero universo, maxime vero a Papa, cum magno fructu exercitam. Hujus excommunicationis formam non consistere in

ſententiam. Excommunicatio, eſt a communione ex-

---

in pœna temporali, ſed ſpirituali, & eſſe adeo Eccleſiæ Catholicæ gladium ſpiritualem, multis miraculis in novioribus ſeculis a DEO confirmatam, in tantum, ut etiam in beſtiis excommunicatis effectum ſuum oſtenderit, & ab Imperatoribus excommunicatis ne canes quidem eſculenta, etſi delicatiora, porrecta, devorare voluerint, quod utrumque exemplum non poſſit ad effectus naturales aut Politicos referri, ſed hauddubie has operationes eſſe ſupranaturales & ſpirituales; imo excommunicationem nihil eſſe aliud quam clavem ligantem, Petro cum clave ſolvente a Chriſto traditam. Neque adeo his ſuppoſitis ipſos Imperatores vel Reges exemtos eſſe a poteſtate hac ſpirituali, neque novioribus ſeculis demum hanc poteſtatem eo extenſam eſſe, ſed jam Theodoſium Magnum ſponte excommunicationi ab Ambroſio factæ collum ſubmiſiſſe &c. Atque hæc docta fuerunt ad tempora reformationis. Lutherus & Theologi Lutherani viderunt quidem mox ab initio abuſus excommunicationis apud Pontificios, ſed tamen excommunicationem (ſaltem ad minimum minorem) tam in Veteri quam Novo Teſtamento fundatam eſſe putarunt, ac optarunt, ut iterum introduceretur, plerisque tamen de optato eventu vel deſperantibus, & de rubigine clavis ligantis publice conquerentibus, quibusdam tentantibus ejus uſum introducere, aut ſaltem ejus introductionem commendantibus. Vide Lutherum von Bann. Conſilia Theologica Wittebergenſia & Dedekenni *ſub hoc capite*. Niemeierum *de diſciplina Eccleſiaſtica*. Pl. Reverendi Buddei *præfationem de inſtauranda diſciplina Eccleſiaſtica* præmiſſam Comenii *Hiſtoriæ fratrum Bohemorum*. Scripta *contra meum reſponſum ſuper quæſtione: an Principibus denegare admisſionem ad S. Cœnam poſſint Concionatores Aulici?* JCti ad hæc usque tempora vel Theologis contradicere non ſunt auſi, vel antiquitatum Eccleſiaſticarum juſta *Lutheri & Lutheranorum Theologorum.* *& ICtorum.*

O (12) 3 notitia

notitia destituti, dissentire, non potuerunt, sed sufficere sibi putarunt, si illos exscriberent, aut dicta ab iis illustrarent. Dolendum, quod ad hanc classem etiam referri debeat ipse Zieglerus noster, ut partim ex ipsius *notis ad hunc titulum*, partim ex tractatu de Episcopis *lib. 3. cap. 11.* patet. Primus, quod sciam, ausus est B. Titius anno 1701. *in tentamine Germanico Juris Ecclesiastici lib. 3. cap. 6.* Excommunicationem non solum majorem, sed & minorem ut irrationalem & inutilem imo Reipublicæ damnosam rejicere, idque postea repetiit *in Jurisprud. priv. lib. 9. cap. 16.* Meam sententiam latius aperui in *notis ad Huberum de Civit. ad lib. 1. sect. 5.* Quod Reformatos attinet, non putarunt, ut videtur, primi reformatores, Zwinglius & Oeculampadius, utile esse Reipublicæ Christianæ, ut excommunicationis usus retineretur, quare nec Helveticæ Ecclesiæ eam introduxerunt. Alia mens tamen fuit Calvini, qui primus autor fuit constituendi Genevæ consistorium & jurisdictionem Ecclesiasticam cum potestate disciplinari, unde idem institutum in Galliæ, Belgii, & Magnæ Britanniæ Ecclesias Reformatas est propagatum. Paulo post medium seculi 16. cum eandem disciplinam etiam in Palatinatum introducere vellent Theologi & Politici quidam, cum aliis non solum se opposuit Thomas Erastus Medicus, sed & Theses de excommunicatione conscripsit, quarum refutationem suscepit Theodorus Beza, ad quam iterum respondit Erastus. Post mortem Erasti edidit nonnemo in loco Pseudonymo ista duo scripta Erasti, quo facto & Beza suam refutationem publicavit, sed ad replicam Erasti non duplicavit. Interim cum vel pauca essent scriptorum Erastianorum exemplaria impressa, vel postea suppressa, hæc quidem hactenus fuere rarissima, & adeo non mirandum quod etiam apud Reformatos sententia Calvini & Bezæ communi pene consensu fuerit defensa, aut certe repetita, inprimis, cum Epistolæ Theologorum Helveticorum sententiam Erasti approbantium, & Bezæ oppugnationem Erasti dissuadentium, quarum non paucæ scriptis Erastianis fuere adjectæ, una cum ipsis scriptis Erasti invisibiles redditæ fuerint. Neque ullum hactenus inspicere licuit, qui Erastum aut Erastianos impugnaret, & sæpe etiam increpa-

Summa historiæ de controversia inter reformatos, impugnante excommunicationem Thoma Erasto.

creparet, qui ipsa scripta Erasti inspexerit, (excepto Basnagio Annalium Ecclesiasticorum autore.) Conqueritur etiam ea de re Seldenus & dum falsissimum esse monstrat, quod Erastus sit primus Autor impugnatæ excommunicationis, sed quod ejus doctrina conveniat cum antiqua Ecclesiarum Anglicarum praxi, simul de nova Erastianorum scriptorum editione in Belgio spem facit. Sed non credo, eam editionem fuisse in actum deductum. Postea in Anglia post medium seculi præcedentis Ludovicus Molinæus, Petri Molinæi filius, pariter Medicus, vestigia Erasti pressit, imo gravioribus argumentis impugnavit sententiam communem. Et quamvis dissentientibus sententiam suam non persuaserit, cœperunt tamen paulo mitius de ea sentire. Ita enim Samuel Maresius *in notis ad M. Antonii Cucchi Institutiones Juris Canonici Groningæ 1660. editis ad lib. 4. tit. 11. p.m. 264. De excommunicatione minori & majori, ex Niddui & Cherem Judæorum, videatur nostrum Systema* loco 16. §. 79. & seqq. *Multa quoque eximia & erudita prostant de Excommunicatione, quamvis nonnulla cum grano salis sumenda, apud Seldenum* de Synedriis lib. 1. cap. 7. & seqq. *Sic & Doctiss. Vir Ludovicus Molinæus Professor Oxoniensis, mecum communicare dignatus est suum opusculum MSC. quo probat* Mysterium iniquitatis *potissimum se exeruisse in fulmine Excommunicationis; licet pro bruto & inani terriculamento plerumque habendum fuerit: Nolim tamen rei, ut reor, in DEi verbo fundatæ, usum penitus rejici, propter insolentem illius abusum in Papatu: Quanquam nec illius usus puomiscue & temere, ut apud Anabaptistas, debeat usurpari, ac ut ait Poeta:* *& Ludovico Molinæo.*

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.

Cum autem in medicinam *dicatur propinari, eo ipso pœnis proprie dictis & judiciariis accenseri non debet.* Scripta Molinæi, quæ vidi, sunt, quamvis & ipsa sint rarissima. 1) *Parænesis ad ædificatores imperii in imperio.* Quo anno hæc Parænesis fuerit edita dicere nequeo cum ea jam non sit ad manus. Quæ

tamen

tamen ad doctrinam de excommunicatione pertinent ex *ejus cap. 11. ad 15.* excerpsi *in notis ad Huberum de jure civitatis l. 1. sect. 5. cap. 6. p. 211. seq.* (uti etiam *ibidem ad d. sect. 5. cap. 1. p. 166. seq.* plura ad controversiam Erasti cum Beza pertinentia annotavi, & *p. 213. seq.* Epistolam Rodolphi Gvalteri ad Bezam adjeci.) 2) *Papa Ultrajectinus seu Mysterium iniquitatis reductum a Clarissimo viro Gisberto Voetio in opere Politiæ Ecclesiasticæ autore Ludiomæo Colvino* (i. e. anagrammatice Ludovico Molinæo) *Londini 1668.* (Atque hoc videtur Maresius in MSC. vidisse.) 3) *Stricturæ in breves & succinctas ut putatur Reyneri Vogelsangii animadversiones in dissertatiunculam, cujus titulus est: Papa Ultrajectinus. Autore Christiano Alethocrito. Accessit Ludovici Molinæi Epistola ad Nobil. Virginem Annam Mariam a Schurman. Londini 1670.* 4) *Jugulum causæ, seu nova, unica, compendiaria & una propemodum periodo comprehensa ratio, per quam totus doctrinarum Romanensium complexus, de quibus lis est inter Protestantes & Pontificios & una Papa, ejusque imperium funditus evertuntur. Juxta exemplar Londinense Anno 1671.* Etsi enim nomen Autoris nullum ibi appareat, tamen ex epistolis tractatui præmissis & potissimum ex *Epist. 70. p. 305.* ad Electorem Palatinum Carolum Ludovicum constat, nullum esse alium quam Ludovicum Molinæum, cum ibi disertis verbis parænesEos suæ ad ædificatores imperii in imperio mentionem faciat. Alia scripta affinia aliorum autorum citavi *in cautelis circa præcognita Jurisprud. Eccles. cap. 1. §. 9. p. 5.* quorum & ipsorum non pauca rarius apparent. Est tamen in omnium prope manibus doctissimi Angli Johannis Seldeni tractatus *de Synedriis Ebræorum* ubi *libro 1. a cap. 6. ad caput 13. a p. 55. ad p. 377.* historiam ortus & progressus excommunicationis & controversiarum circa eam, ex antiquitatibus Judaicis pariter & Christianis magna cum diligentia & non minore judicio proponit. Saltem id dolendum, quod eruditissimus scriptor, uti in aliis scriptis, ita & hic ostenderit, quod nec dono perspicuitatis nec amœni ordinis præditus fuerit, unde etiam

Johannis Seldeni sententia.

iam operam dedi, ut *in notis ad Huberum d. L. p. 217. seq.* doctrinam Seldeni in ordinem redigerem, secundum usum excommunicationis apud Ethnicos, Judæos, & Christianos, & apud hos considerando tempora 1) Christi & Apostolorum, 2) post mortem Apostolorum ad tempora Constantini, 3) a temporibus Constantini ad secula sequentia. Quamvis autem Seldenus iu eo totus sit, ut doceat, excommunicationem nihil minus esse, quam pœnam spiritualem, sed inventum mere humanum, ac Reipublicæ in qua Magistratus Christianus sit, valde noxium, atque sic doctrinam Erasti & Ludovici Molinæi, hactenus cum libris eorum suppressam, defenderit, non tamen reperire hactenus potui ullum, qui hanc sententiam Seldeni erudite vel refutaverit, vel saltem refutare voluerit, nisi quod Iohannes Clericus in peculiari dissertatione adjuncta commentario in libros Josuæ & reliquos historicos V. T. ostenderit, Synedrium Judæorum nec a Mose fuisse institutum, quæ alias communis sententia est, nec sub Regibus Judaicis & Israeliticis fuisse, nec sub Regibus Persarum seu in captivitate Babylonica ortum esse, (quæ est sententia Seldeni,) sed demum sub Seleucidis tempore Maccabæorum incœpisse. Sed hæc quidem dissensio doctrinæ Seldeni de scopo & usu excommunicationis magis prodest, eamque juvat, quam ut ei noceat. Post Seldenum Clarissimus Basnagius in *Historia Judaica lib. 5. cap. 18. p. 788. seq.* quod de excommunicatione Iudaica agit, retenta doctrina Clerici modo memorata de origine Synedrii, sententiam Seldeni, quod excommunicatio fuerit gravissima pœna civilis non spiritualis, valde illustrat, & simul argumenta suppeditat, quod nonnulli abusus crassi excommunicationis Pontificiæ a Rabbinis ortum sumserint, de quibus forte in sequentibus. Sed & alter Basnagius Autor *Annalium Ecclesiasticorum* in medio *Tomi II. dissertationes* quasdam inseruit, in quarum *1. p. 475. seq.* docet contra communem sententiam: *Tradere Satanæ* iu loco *1. Cor. 5.* non significare excommunicationem, sed intelligendum esse de immissis a Paulo per Satanam tormentis in corpus incestuosi. Dissert. *2. p. 478. seq.* ostendit, differentiam inter excommunicationem Christianem & Ju-

Utriusque Basnagii.

exclusio. (416) Interdictum Ecclesiasticum, est a cer-

daicam, quod Judaica fuerit actus forensis, adimens jura civitatis, Christiana vero sit decretum presbyterii privans sacris. Dissertatione 5. p. 48. seq. probare vult adversus Erastum, excommunicationem Christianam esse rationibus justis subnixam (§. 2.) eamque fundari in Scriptura: *Tollite eum de medio I. Cor. V.* rejecta explicatione Erasti item *I. Cor. X.* in verbis: *Panis quem frangimus, est communicatio corporis Christi.* (§. 3.) Cur magis ab usu cœnæ, quam in V. T. ab usu Paschatis peccatores arceri debeant. (§. 4.) Probat etiam excommunicationem ex antiquitate (§. 5.) &c. Nobis uti jam cum Canonistis negotium est, ita sufficiat jam, ista paucis indicasse. Reliqua notabiliora sequentibus ad hunc & sequentem titulum observationibus reservabimus. T.

Varia monita circa definitionem excommunicationis.

(416) I. Nimis generalis est hæc definitio, quippe quæ simpliciter de omni societate, etiam mere civili, intelligi posset. Rectius describitur, quod sit censura Ecclesiastica, per quam cujusvis particularis Ecclesiæ membrum, ob scandalosum crimen in vita, aut falsam & scandalosam professionem in fide suspenditur, vel etiam plane excluditur a communione, tum interna, gratiæ spiritualis, tum externa, verbi & sacramentorum, nec non conversationis fraternæ, quæ Christianis tanquam fratribus etiam extra cœtus sacros intercedit. Hülseman. *de corrept. fratern.* §. *18. n. 131.* Perperam igitur etiam hic statuunt Canonistæ, quod excommunicatio nihil operetur quoad Ecclesiam triumphantem & quoad DEUM. Navarr. *d. l. n. 2.* Z.

II. Recte facit Zieglerus, quod ante omnia de justa definitione excommunicationis sit sollicitus, ubi initio recte monet, definitionem Lancelotti nimis generalem esse. Est enim non realis, sed saltem nominalis & Grammatica. Adde, quod communionis etiam in Ecclesia sint varia genera, unde non sufficiet, etiamsi definitionem Lancelotti supplere velis, dicendo, excommunicatio-

certis sacramentis, & omnibus divinis officiis & se-
pul-

---

tionem hic esse exclusionem a communione Ecclesiastica. Communio nempe in Ecclesia vel generalis est & universalis, vel specialis & particularis. Illa est omnium fidelium inter se & cum capite hujus corporis mystico, quod est Christus. Talis enim communio nihil aliud est, quam ipsa Ecclesia, quatenus unum corpus constituit. Specialis autem aut particularis communio diversimode se habet, prout sunt in corpore illo mystico distincti aliquot membrorum ordines, quomodo in corpore naturali digiti suam in manu habent communionem. Hæc communio specialis ad exemplum personarum est vel Laica vel Clericalis sive Ecclesiastica in specie sic dicta. Laica fere una est & simplex, quæ proinde facit, ut Ecclesia dicatur communio sanctorum. Et hæc etiam spectat ad Clericos, dicitur tamen Laica, ut distingui possit a Clericali, quæ magis restrictior est. Communio Laica enim in eo consistit, ut quis cum fidelibus consistat, precetur, & Eucharistiam accipiat. Clericalis vero communionis tot sunt genera & species, quot sunt ministrorum Ecclesiæ ordines & gradus, v. g. Episcoporum, presbyterorum, diaconorum. Unde qui diaconus v. g. est, non debet sibi vendicare ea quæ sunt Episcopi, & gradu v. g. Episcopatu moti vel suspensi non poterant dici, quod essent in communione Episcoporum, contra qui integrum suum gerebant munus recte *κοινωνικοὶ* dicebantur h. e. ejusdem communionis, & quod sibi invicem communicarent. Sed propterea, qui communione ordinis & gradus privabatur non illico in majorem aut minorem excommunicationem incidebat. Quotiescunque igitur in antiquis Conciliis Clerici a communione sejungi debere dicuntur, toties id saltem de clericali communione intelligendum est. Græci eleganter distinguunt *καθαιρεῖσθαι*, deponi & *ἀφορίζεσθαι*, segregari seu excommunicari, dum ostendere volunt, propter crimina nonnulla Laicos excommunicatione, Cleri-

Communio Ecclesiastica quotuplex?

pultura Ecclesiastica facta prohibitio. Suspensio, est inha-

---

ricos vero sola depositione fuisse punitos. Qui a communione Clericali removebantur, laicæ tantum communionis participes erant, neque in ordinem Ecclesiasticum recipiebantur amplius. Alia similiter solis Clericis irrogabatur pœna, quæ dicebatur communio peregrina, quæ in eo constitisse videtur, quod communio peregrina non perinde ut Laica, Clericos in ordinem Laicorum coegerit, sed fecerit quidem, ut catalogo Clericorum expungerentur, Clerici tamen non esse desinerent, cum rescribi in matriculam, & dignitatem recipere potuerint. Ratio denominationis videtur nata ex eo, quod Clerici peregrini olim, qui sine Episcopi sui literis formatis advenissent, ad Ecclesiæ communionem non admitterentur, sed seorsim sumtibus Ecclesiæ in loco separato alerentur &c. Quæ singula fusius exponit Zieglerus *de Episcopis l. 3. c. 11. §. 9. ad §. 16. p. 588. seq.* Magna porro inter Erastum & Bezam de definitione excommunicationis fuit differentia. Cum enim Erastus *th. 8.* dixisset, excommunicationem nihil aliud esse, quam publicam & solennem sacramentorum, præsertim cœnæ dominicæ interdictionem, præeunte seniorum cognitione, quo peccantes resipiscant, rursusque ad sacramentorum perceptionem admittantur; reprehendit Erastum Beza *de vera excommunic. p. 3.* quod neque cujus autoritate & a quibus feratur sententia, nec quibus de rebus feratur, satis explicet. Ad hunc defectum supplendum istam definitionem substituit Beza. Excommunicatio est sententia, qua in nomine Domini congregatum presbyterium legitima præeunte cognitione & conscia (si sit opus) Ecclesia, pronuntiat, quempiam, qui a DEO sese alienarit, & Ecclesiam (id est presbyterium) non audierit, ejectum quoque videri ab externa Ecclesiæ societate, tantisper, dum ex ipsius testata resipiscentia, quoad ejus fieri debet, ac potest, vel toti Ecclesiæ consciæ, vel Ecclesia non facta conscia, presbyterio constiterit, eum esse DEo re-

Dissensus Erasti & Bezæ de definitione excommunicationis.

inhabilitas quædam ordinum, vel officiorum execu-

reconciliatum, quam definitionem postea prolixius explicat Beza *p. 4. seq.* & præcipue urget: DEUM ipsum esse excommunicationis autorem, presbyterium saltem judicii divini esse interpretes: item, excommunicationem in terras esse consequens & declarationem alterius excommunicationis antecedentis & occultioris factæ in cœlis &c. Erastus contra *in confirmat. thesium p. 67. seq.* urget, se non potuisse ita definire excommunicationem; quia institutionem ejus divinam non agnoscat, sed habeat pro commento pure humano &c. Supposita hac disceptatione Erasti & Bezæ de definitione excommunicationis facile conjici potest, unde nata sit Hulsemanno definitio, cui adhæret Zieglerus, *in not. præc.* Dissensus præcipuus circa definitionem excommunicationis ad tria genera reduci potest. 1) ratione efficientis: An excommunicatio sit institutum divinum, an inventum pure humanum? 2) ratione formæ, an excludat saltem a communione externa humana, an vero etiam ab interna gratiæ divinæ? 3) ratione effectus: an inferat infamiam civilem nec ne? Siquidem in aprico est, excommunicationem esse pœnam mere civilem, si est inventum pure humanum, si excludit saltem a communione externa, si operatur ignominiam. Excommunicationem esse inventum mere humanum dubitari hodie amplius non potest ab iis, qui non præjudicio autoritatis plane sunt occœcati, postquam Seldenus & Clericus ostenderunt, (vid. dicta *not. 415.*) excommunicationem esse inventum Judæorum demum in captivitate Babylonica aut adhuc tardius tempore Maccabæorum. Unde sua sponte cadunt objectiones Canonistarum de excommunicatione Adami & Caini, de quibus alias inter Erastum & Bezam prolixior fuit disputatio. Quin & ipse Augustinus, adductus Erasto *th. 52. p. 41.* eo ipso, quo factum Mosis in transgressores gladio advertentis, & Pinehæ adulteros occidentis, præfigurasse scrip-

Tres quæstiones præcipuæ circa definitionem

1) An excommunicatio sit institutum divinum, an inventum humanum?

cutionem impediens. Sed ne de omnibus simul tractan-

sit excommunicationem futuram ecclesiasticam, necessario fatetur, tempore Mo͏sis excommunicationem nondum fuisse in usu, aut jam tum a DEO institutam. Unde & hodie vel paululum prudentiores ex nostris pudet mentionem facere institutæ divinitus excommunicationis in veteri testamento, sed potius, ne a Judæis ad Christianos derivatam esse excommunicationem fateri cogantur, aliis persuadere cupiunt, acsi Christus eam Matth. *18. v. 15. 16. 17.* discipulis suis præceperit. Vid. Dn. Buddei *Theol moral. P. 3. c. 3. §. 63. p. 953.* Quoniam tamen nobis hic cum Canonistis potissimum res est, & ab ipsis Pontificiis illa quoque sententia ad nostros est propagata, videamus, ad quos potissimum textus provocent, ut exinde probent, excommunicationem a Christo si non institutam, saltem approbatam, vel præceptam, & ab Apostolis quoque usurpatam fuisse. Novissime adhuc Jacobus Eveillon in tractatu Gallico *de excommunicationibus & monitoriis c. 1. p. 38. seq.* eum in finem etiam allegat Matth. *c. 18.* in verbis: *sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus*, & quod Paulus post excommunicationem incestuosi *1. Cor. 5.* præcipiat, quod cum fratribus peccatoribus *ne quidem cibum sumere debeant.* item *II. Thessal. 3.* præcipiat, quod illis *non debeant commisceri* qui non obediant verbo Pauli; porro, quod *II. Joh. 10.* Johannes prohibeat, ne quis *in domum recipiat*, aut *ave ei dicat*, qui doctrinam ejus non afferat.

Objectio ex locis quibusdam N. Test.

Responsio.

Sed jamdudum satisfecit hisce argumentis Erastus, & quamvis ejus doctrina suppressa fuerit, non potuerunt tamen impedire, qui in reliquiis Papatus occultandis interesse habent, quo minus eadem veritas ab aliis fuerit repetita. Tantum abest ut Christus Matth. *18. capite* de excommunicatione agat, ut potius nihil aliud intentet, quam ut Christiani non statim litigare debeant coram magistratibus Ethnicis, sed potius debeant prius alia remedia tentare. Docet hoc non solum integer contextus, sed & collatio cum doctrina Pauli *I. Cor. VI. v. 1. seq.* His vero remediis frustra ob-

ad Matth. c. 18.

ſtantes, legentibus difficultatem ingeramus, diſtin-
ſte

---

obſervatis tum demum, ut publicanum & ethnicum habendum eſſe contumacem iſtum, id eſt, tum conveniri poſſe a læſo lædentem coram magiſtratu, uti recte conveniret ſtatim publicanum & ethnicum, intuitu quorum illa remedia prius tentanda fruſtra & imprudenter adhiberentur. Et jam Auguſtinus *in ſerm. 16. de verb. Dom. ap. Matth.* hoc vidit, locum Matthæi non de excluſione a ſacramentis ſed de privatarum injuriarum pia transactione eſſe intelligendum, citante Eraſto *th. 56.* qui etiam Brentium pro eadem ſententia adducit. Accedit, quod hæc verba de excommunicatione vel ideo intelligi nequeant, quia excommunicatio de Ethnico non poterat prædicari, & Publicani etiam exoſi quidem eſſent Judæis, non tamen permittebatur Judæis, ut publicanos excommunicatione ſua infamarent. Vide Seldenum *de Synedr. l. 1. c. 9. p. 195. ſeq.* Tantum verba, quæ ſequuntur ſtatim de clave ligante & ſolvente, non videntur admittere explicationem memoratam. Scilicet quamdiu clavis ligans & ſolvens de retentione & remiſſione peccatorum explicantur. Sed jam ſupra *ad lib. 2. not. 154. ſect. 1. & 2. p. 717. ſeq.* oſtenſum fuit, alium plane ſenſum clavis ligantis & ſolventis, cum excommunicatione & abſolutione a peccatis nihil commune habentem, eſſe intelligendum, eamque in rem eruditiſſimi ex Doctoribus Proteſtantibus fuere adducti. Prolixius etiam probat Seldenus *d. l. p. 201. ſeq.* quemcunque etiam ſenſum habeant iſtæ claves, non tamen hoc loco poſſe illa verba adduci ad probandum, quod excommunicandi poteſtas ſic omnino tradita fuerit aut firmata. Adde etiam Basnagii *Hiſtor. Judaic. l. 5. c. 5. p. 567.* ubi pariter clavem ligandi & ſolvendi de poteſtate Doctorum decidendi controverſias de rebus licitis & prohibitis exponit. Alter locus *1. Cor.* *Ad 1. Cor. 5.* *5.* adhuc minus probat, Apoſtolum excommunicaſſe inceſtuoſum aut ejus excommunicationem præcepiſſe. Equidem de eo non diſputabimus, quid per *tollere e medio* hic ſignificet Paulus *v. 2.* an videlicet

licet intellexerit pœnam capitalem, aut mortem delinquentis, uti voluit Erastus, (qui etiam *th. 59. p. 46.* pro hac sententia citat Augustinum *lib. 3. contra Parmen.*) an vero alius sensus fuerit, ut voluit noviss. Basnagius *Annal. Eccles. Tom. 2. diss. 3. §. 3. p. 841.* sufficit, quod certum sit, *posse* quidem tum Paulum explicari de excommunicatione, sed nihil afferri quod præcise *debeat.* Adde quod Seldenus *d. l. 1. c. 8. p. 149.* notaverit, codices quosdam veteres non legere τὸν πονηρὸν, sed τὸ πονηρόν, cui lectioni quidem contradicit Basnagius *d. l.* sed absque ratione. Porro quod Canonistæ velint Paulum ipsum etiam excommunicasse incestuosum, dum dicit, *se illum tradidisse Satanæ v. 5.* ita a sensu communi alienum est, ut hodie id fere omnes fateantur, etiam qui excommunicationis usum valde optant. Adduxi jam supra *in fine not. 415.* dissertationem *1.* ipsius Basnagii, sententiam illam rejicientem. Ipse etiam Dn. Buddeus *d. p. 953.* fatetur, ista verba non de excommunicatione sed de potestate extraordinaria, corporis afflictiones peccatoribus immittendi, Apostolis concessa, esse intelligenda. Adde quod ipse Eveillon, *d. tract. cap. 2. art. 2 p. 48. seq.* prolixe doceat, tres esse modos explicandi phrasin: *tradere Satanæ,* 1) ut significet, ad possessionem diaboli actualem, 2) ad tormenta corporis aut morbos per Diabolum inferendos, 3) ejectionem ipsam ex Ecclesia seu excommunicationem, autoritate videlicet Pseudo-Clementis, Augustini, Chrysostomi &c.

Ad prohibitam conversationem cum delinquentibus.

Denique quod monitum Pauli ibidem *vers. 11.* attinet, quod non debeant commedere cum peccatoribus aut *commisceri* cum iis *II. Thessal. 3.* aut eos *in domum recipere* vel *salutare II. Joh. 10.* recte Seldenus *d. l. 1. c. 8. p. 148.* (quamvis ab eo dissentiat, sed absque ratione, Zieglerus supra *ad lib. 3. nota 154.*) Cibum *cum ejusmodi non* capere, *non* commisceri, *uti &*, hæreticum vitare *& id genus alia in N. T. monita, non magis mihi videntur, Excommunicationem, quo trahi sæpius solent, innuere, aut spectare, quam in veteri*: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum *&c. aut*: Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, *id genus compluria. Neque enim in his, nec in illis quid continetur, quo status personæ alicujus, ut in excommunicatione*

ne

ne per ſeparationem, mutandus, ſed tantum peculiaris vitæ inſtitutio, ſeu conſilium illi, qui ſic non commiſceretur, cibum non ſumeret, hæreticum vitaret, in conſilio ejusmodi non ſederet, nec ſic introiret. Adde quod ipſe Zieglerus *d. not. 154.* fateatur, phraſibus ejusmodi interdici converſationem non quamvis, ſed familiarem. Ut taceam, quod Canoniſtæ ſatis craſſe commiſcuerint *fugere*, (id eſt vitare hæreticum) & *fugare*, non *comedere* & alterum *a comeſtione arcere* &c. cum tamen ſint diſtinctisſima &c. Ad de Titium *Jur. Priv. l. 9. c. 16. §. 16.* Porro excommunicationem conſiſtere ſaltem in excluſione a communione externa hominum, non ab interna gratiæ divinæ, ſic probatur. Conveniunt enim in eo omnes, excommunicationem eſſe excluſionem a ſacramentis, & in eo præciſe differentiam quærit Basnagius *diſſert. 2. circa finem* in medio *Tomi II. Annal. Eccleſ.* inter excommunicationem Judaicam & Chriſtianam, quod Judaica ſit actus forenſis adimens jura civitatis, Chriſtiana vero decretum presbyterii privans ſacris. Sed cum controverſum valde ſit, an presbyterium magiſtratui contradiſtinctum poſſet juſte hanc poteſtatem prætendere? controverſia vero iſta rite ſolvi non poſſit ſine quæſtione præcedente præjudiciali, an excommunicatio ſit actus ſpiritualis, an temporalis? ſeu an excludat a communione interna an externa? facile prævideri poteſt, differentiam iſtam excommunicationis Chriſtianæ a Judaica parum profuturam eſſe illis, qui adeo reintroductionem excommunicationis optant, ſi illa excluſio a ſacramentis eſt ſaltem excluſio externa. Externam eſſe nemo negare poteſt, cum & cauſa & effectus incurrant in ſenſus cujuslibet, ſive probi ſive improbi. Eſſe tantum externam non internam fatetur & latius monſtrat Baſnagius *diſſert. 3. §. 13. p. 486. ſeq.* cum quibus tamen non videntur cohærere dum ſtatuit, ſacerdotes excommunicationis ſententia declarare & ſequi præcedentem excommunicationem divinam. Nimirum ſolent non pauci ex Pontificiis docere, excommunicationem in his terris præcedere excommunicationem divinam in cœlis. Sed quia iſta aſſertio videbatur aliquid, prope dixerim blasphemi, continere, inde ſtatuerunt etiam multi ex Pontificiis doctoribus, ligare aut ſolvere nihil

2) An excommunicatio ſit ſaltem excluſio externa an etiam interna?

hil aliud esse, quam homines aut jam a DEO ligatos aut jam solutos declarare, quorum sententiam sequitur Basnagius *d. l.* §. *15.* Verum si dicendum quod res est, non video, quomodo illi qui cum Basnagio sentiunt, possint ex sua sententia respondere objectioni Maldonati ibidem adducti, provocantis ad dictum Matthæi: *Quæcunque ligaveritis in terris erunt etiam ligata in cœlo* &c. Dico ex sua sententia. Nam ex nostra facilis est responsio, textum illum & clavem ligantem per paulo ante dicta, plane non esse intelligendos de excommunicatione. Denique omnem excommunicationem producere non effectum spiritualem, sed esse nihil aliud quam pœnam temporalem, ad minimum ignominiam producentem, probatur exinde. 1) Excommunicatio ab hominibus tantum inventa est, & quidem ob causas mere politicas (per tradita a Seldeno *d. l. c. 7. p. 74.* & *de I. N. & G. sec. discipl. Hebr. l. 4. c. 8.* Adde cautelas nostras *circa præcognita Jurispr. Eccles. c. 18. p. 15.*) ergo nec effectus potest esse nisi politicus. 2) Datur (etiam ex mente dissentientium) injusta excommunicatio, fatente Augustino, ex quo consolationem pro injuste excommunicatis docet ipse Basnagius *d. dissert. 3.* §. *21. p. 490.* & tamen hæc vere a sacramentis excludit, & adeo est vera excommunicatio. Ergo hujus effectus non potest non esse nisi mere civilis. 3) Si excommunicatio est saltem exclusio externa, non potest ea producere effectum pœnæ spiritualis. 4) Fugere alios implicat privationem aut cessationem honoris, fugare & a communione aliorum externa eos excludere sine positione ignominiæ intelligi nequit. Video hic quidem iterum Basnagium *d. dissert. 3.* §. *12.* dissentire, & asserere, quod excommunicatio presbyterii excludens a sacris non privet aliquem dignitate, honore, autoritate, sed quod hoc solum faciat excommunicatio Hildebrandina, verum nec video ullam rationem istud assertum probantem, nec possibilitatem id probandi, postquam in antecedentibus ipse docuerat, effectum omnis excommunicationis esse saltem externum, non internum. Ni fallor Zieglerus alicubi ideo negat, excommunicationem posse haberi pro pœna humana, quia tendat ad medicinam & emendationem excommunicati. Sed oblitus est hauddubie JCtus Consultissimus,

4) An Excommunicatio sit pœna mere temporalis an spiritualis?

mus,

&c de singulis differamus,(417) ac primum de Excommunicatione.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

TIT. XIII.

Minor excommunicatio a perceptione sacramentorum, Major etiam a fidelium communione separat.

§. I.

EXcommunicationum duæ sunt species, (418) minor

mus, omnem pœnam civilem esse medicinalem intuitu totius corporis reipublicæ, intuitu vero ipsius etiam delinquentis medicinales esse omnes pœnas non capitales. T.

(417) De interdicto & suspensione dicemus infra specialibus titulis, & nunc sequemur autorem κατὰ πόδα. Z. *Remissio.*

TIT. XIII.

ad §. 1.

(418) Marcus Antonius de Dominis addit tertiam, quæ solo consortio excludit, non etiam perceptione Sacramentorum, *l. 5. de Rep. Eccles. c. 9. 11. 12.* quando scilicet Ecclesia aliqua negat suam communionem alii Ecclesiæ; & talem excommunicationem negat esse proprie dictam censuram, sed vel nudam pœnam, vel cautelam aut præservativum aliquod. Sed enim, uti ante dixi, non satis apparet, cur censuræ nomine venire non debeat judicium Ecclesiæ de membri alicujus, aut etiam integræ alterius Ecclesiæ statu & conditione. Deinde si particularis aliqua Ecclesia negat suam communionem alteri Ecclesiæ, negabit etiam Ecclesiæ illius membris sacramentorum apud se perceptionem. Et hæc ta- *Disputatio contra M. A. de Dominis.*

 men

c. si quem h. t. c. a nobis de except. nor scilicet, & major. (419) Minor est, (420) per

men subtractio communis Christianorum beneficii non est quædam inter majorem & minorem excommunicatio media, uti etiam Esthius putavit *in comm. ad 1. Cor. 5. & 2. Thess. 3.* sed revera videtur pertinere ad minorem excommunicationem. Quanquam enim per subtractionem meæ Ecclesiæ nulla videatur proprie fieri excommunicatio, quippe quæ potestatem aliquam præsupponit, quam non habet Ecclesia in Ecclesiam; Quia tamen excommunicatio nihil aliud est, quam privatio communionis, quam aliquis habuit sive jure solo, sive jure & exercitio simul, nihil interest, ab utra parte rumpatur illa communio. Et quia communio sanctorum externa reciprocam communionem requirit, i. e. mutuam dationem & acceptionem Sacramentorum, consequens hinc est, negationem admissionis ad nostra sacra, & prohibitionem accessionis ad sacra aliorum, in effectu non nisi excommunicationem esse. Agit enim hîc Ecclesia adversus Ecclesiam eodem modo, quo Respublica adversus Rempublicam, quarum neutra superiorem agnoscit. Z.

Divisio hæc a Judæis ad Christianos translata. (419) Fuit etiam Judæis usurpata excommunicatio major & minor, a quibus postea eadem divisio translata est ad Christianos, quanquam in quibusdam effectibus alterata fuerit, quod latius ostendit Seldenus *de Synedriis lib. 1. c. 7. p. 74. seq. c. 8. p. 141. seq. & c. 9. p. 180. seq.* Contra Basnagius *d. dissert. 3. §. 16. seq. p. 488. seq.*

Monita circa alias excommunicationis divisiones a Basnagio traditas. Excommunicationem dividit in negativam, id est separationem fidelium ab hæreticis, & positivam, ubi cum autoritate (id est coactione) separantur excommunicati a fidelibus. Hanc positivam iterum dividit in mortalem, quæ perpetuo ab Eucharistiæ usu prohibuerit delinquentes, & medicinalem, quam solam retinendam esse dicit, eamque demum in majorem & minorem subdividit, hoc modo, ut minor præcedere debeat, si vero accedat pertinacia, tum minori majorem succedere debere, qua contumaces, tanquam deplorata

mor-

per quam quis a sacramentorum participatione (421) con-

mortuaque membra gladio extremæ censuræ resecandi sint ab omni communione fidelium, ita tamen, ut a concionibus non sint arcendi, utpote ad quas etiam Ethnici, Judæi & Hæretici sint admittendi. Sed non est, ut a divisione recepta recedamus. Quemadmodum enim illa excommunicatio negativa, est excommunicatio plane improprie dicta, cum quis fugit homines pravos, nequaquam autem eos fugat; ita divinare nequeo, quomodo excommunicatio illa medicinalis major Basnagii differat ab excommunicatione illa mortali, quam tamen ipse omni medicinali, tanquam speciem diversam opposuerat. T.

(420) Cum plerique ex nostratibus fateantur, majorem excommunicationem non pertinere ad ministros Ecclesiæ, ut mox videbimus, valde tamen commendent introductionem excommunicationis minoris, præter ea, quæ modo *nota 416*. docuimus, quod exclusio a sacra cœna, adeoque etiam minor excommunicatio sit inventum humanum nil nisi effectum externum & pœnam mere civilem producens, adhuc illud notari velim: minorem per modo dicta a Basnagio omni effectu destitui, neque finem consequi, nisi adversus contumaces sequatur excommunicatio major, quod etiam in omnibus pœnis civilibus obtinet, ut crescentibus delictis etiam pœnæ crescere debeant. Deinde & illud constat, non potuisse Papatum ad excommunicatioem majorem procedere, nisi antea minor in usum fuisset introducta, adeoque fuisse primum fundamentum excommunicationis majoris. Hoc sublato, sua sponte corruit major. Sublata majore minor inutilis est. Unde vel utraque erat defendenda, vel utraque oppugnanda. T. *Duæ observationes de excommunicatione minore.*

(421) Non autem a communione audiendi verbum divinum. Hac enim gratia etiam catechumeni gaudent, etsi ad communionem sacramentorum nondum admittantur. Z. *Limitatio.*

conscientia, (422) vel sententia arcetur. Major est, (423) per quam quis non solum (424) a sacramentorum

Explicatio. (422) Hoc verbum videtur referri debere ad excommunicationem canonis sive latæ sententiæ, de qua mox. Z.

Major est pœna civilis. (423) Major, uti Lutheri ætate usu & exercitio Pontificiorum invaluerat, in articulis Schmalcaldicis vocatur pœna civilis, non pertinens ad ministros Ecclesiæ tanquam judices ordinarios. Propter quod etsi reprehendat Lutherum Didacus Covarruvias *in relect. c. alma mater de sent. excomm. in 6. part. 1. n. 9.* negari tamen nequit, non mansisse apud Pontificios excommunicationem in terminis censuræ Ecclesiasticæ, sed in civilem degenerasse pœnam, dum scilicet Pontifex per talem excommunicationem omnia societatis humanæ vincula, quæ inter parentes & liberos, magistratum & subditos, Virum & Uxorem intercedunt, relaxat. In sensu enim Ecclesiastico & genuino major excommunicatio civili hac communione non privat, sed tantum sacra conversatione piorum. Et hæc summum futuri judicii præjudicium dicitur Tertulliano *apolog. c. 39.* si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & conventus & omnis sancti commercii relegetur. Z.

Variæ observationes de excommunicatione. (424) Reperitur ille locus in articulis Smalcaldicis *artic. 9.* Ipse Zieglerus *de Episcopis lib. 3. c. 11. §. 17. p. 593.* notat: Excommunicationem in sensu famosiore non aliam denotare, nisi majorem, quam quasi propriam Episcopo faciunt Canonistæ, cum minorem etiam ab inferiore, qualis est plebanus, irrogari posse contendant, per *c. 3. de offic. jud. ordin.* & propterea excommunicatio illa major mucro Episcopi dicatur, *c. visis C. 16. q. 1.* Recte igitur notarunt Wittebergenses *Consil. P. I. p. 1074. b.* Papam vocare excommunicationem, suum gladium spiritualem, cum tamen gladius spiritualis tantum sit, & esse debeat verbum DEi. Sed cum tamen plurimi dicant, excommunicationem minorem etiam esse gladium spiritualem, annon eadem objectio de verbo DEi & his

Ea est gladius pseudo-spiritualis Papæ.

rum excluditur perceptione, verum etiam a communi-

his obstet, sagaciores videant. Certe ob hanc rationem cautiores ex Principibus Evangelicis noluerunt, ut pastores, pro lubitu absque consensu senatus Ecclesiastici vel Consistorii, cujus utriusque Princeps caput est, eam exerceant, quam dispositionem fusius defendi jam supra *nota 218. ad librum secundum Lancelotti p. 758. seq.* atque simul ostendi, nec Jus Canonicum istam audaciam permittere suis sacerdotibus. Nec obstat allegatum modo a Zieglero *c. 3. de offic. jud. ordin.* utpote quod intelligendum est de personis, quarum excommunicatio jam lege publica permissa erat Sacerdotibus minoris dignitatis, quæ ab eodem Lancelotto ibi recensentur *p. 766.* Alia responsione utitur Tellez *n 2. ad d. cap. 3.* Sed redeamus ad excommunicationem majorem. Recte notavit de ea Matthesius *in Consil. Dedekenni p. 886.* eam non esse necessariam, ubi Magistratus Christianus sit, olim quidem ea fuisse opus cum Christiani essent sub magistratu Ethnico. Judicent & hic cordatiores, annon eadem ratio valeat adversus excommunicationem minorem, quatenus etiam hanc esse pœnæ civilis speciem probavimus *nota 416.* Et hoc, ni fallor, voluerunt Sacerdotes in Suevia, de quibus ex Stumpfio *Chronic. Helvet. lib. 2. de Germania cap. 29.* refert Erastus *in append. Thesium p. 63.* quod circa annum 1245. (cum adversus Imperatorem Fridericum II. & ejus filium Conradum Papæ instinctu Henricus Landgrafius Thuringiæ, & post hujus mortem Wilhelmus Comes Hollandiæ electi fuissent) constanter cum alia, tum hoc docuisse: *Nemini mortalium sub hoc solo potestatem concessam esse, Christianis spiritualia officia, cultumque DEi prohibendi.* Hac de causa eos Missas absque intermissione celebrasse refert, tametsi Papa interdixisset. Et jam supra *ad lib. 3. nota 11. sect. 1.* ex Petro Suavi prolixiorem locum adduxit Zieglerus, eo collimantem, quod ex disciplina Ecclesiastica ortus sit dominatus Cleri & Papæ. Idem autor

Ea non est opus, ubi magistratus est Christianus.

Id jam agnoverunt Pastores in Suevia anno 1245.

Ex disciplina Ecclesiastica ortus dominatus.

munione fidelium, quæ ab omni actu legitimo separa-

Stupiditati Laicorum adscribendum, quod excommunicationibus se non opposuerint.

autor de *beneficiis* §. 20. *p.* 101. stupiditati Laicorum adscribit, quod se non opposuerint abusibus evidentissimis excommunicationum, sed eas nimis superstitiose timuerint: "Quelqu' un pourroit croire, que le peu de soin, que l' ordre écclésiastique avoit des choses Spirituelles, auroit refroidi la ferveur des séculiers envers les Eglises, &, par conséquent, mis fin aux aquisitions des Clercs: mais il n' en fut pas ainsi, car plus les Prélats négligoient le spirituel, & plus ils aportoient de soin à conserver le temporel, jusques à tourner les armes spirituelles de l' excommunication, qui n' etoient auparavant en usage, que pour corriger les pécheurs, à la défense de leurs biens, ou au recouvrement de ceux, que leurs prédecesseurs avoient laissé perdre: Et le peuple craignoit si fort les censures, que rien ne l' épouventoit davantage. Il étoit même surprenant, de voir, que les Capitaines & les soldats mêmes, qui pilloient le bien d' autrui, sans se soucier nullement d' ofenser la Majesté Divine, tout grans scélérats qu' ils étoient, épargnoient, avec beaucoup de respect, ce qui apartenoit à l' Eglise, par la seule apréhension qu' ils avoient des censures. Et cela fit, que beaucoup de gens médiocres, pour se metre à couvert de la violence, donnoient leur bien à l' Eglise, à condition qu' elle le leur redonnât en fief, moiennant une petite reconnoissance. Ainsi, les Grands n' osoient plus toucher à ces biens, comme étant choses, dont l' Eglise avoit le domaine direct; & quand les feudataires venoient à mourir sans posterité masculine, (ce qui arivoit souvent à cause des guerres, & des frequentes seditions populaires) la succesion tomboit à l' Eglise.„ Similiter Basnagius Autor *de l' Histoire de l' Eglise lib.* 7. *c.* 13. §. 8. *p.* 415. notat, circa finem seculi 9. vel initium 10. docuisse non paucos, contemnendam esse Papæ excommunicationem, sine justa causa factam, quia tum Papæ considerandi sint ut Pharisæi, videlicet cæci cæcorum ductores, & qui tum

Iam seculo 9. & 10. doctum, contemnendas esse Pontificum excommunicationes.

tum peccarent ipsi contra fidem & religionem Catholicam. Quantam vero jam sub Carolingis in Francia & Germania obtinuerit potestatem excommunicatio, ostendit Conringius *de judic. German.* §. *30. p. 236. seq.* Ubi ex Capitularibus probat, quod jam illo tempore in vitam & mores Christianorum usque adeo licuerit advertere sacerdotibus, ut sontes potuerint cum aliis Canonicis pœnis, tum etiam excommunicatione plectere, quæ etiam tunc habuerit effectum longe maximum, cum is, qui illi sententiæ noluerit parere, Regis judicio condemnari debuerit exilio, & si quis pœnitentiam a sacerdotibus indictam sustinere noluerit, ejus bona a Comite vel misso regio Episcopis tradita fuerint, donec resipisceret, vel in carcerem fuerit a Comite protrusus, nec provocatio a sententia excommunicatoria fuerit admissa quam ad Episcopum Metropolitanum. Porro tam late patuisse hoc judicium sacrum, ut nihil fere non criminis illuc sensim traheretur, nec judices fere quicquam de excessibus perfidorum, non adhibitis sacerdotibus, judicare potuerint; quæ omnia potestatem sacerdotalem supra modum & morem Germanicarum gentium auxerint. Hic videlicet erat effectus doctrinæ de gladio spirituali excommunicationis, (sive majoris sive minoris) supra recte a Wittebergensibus rejecto. Sed tamen hæc falsa sententia non demum Papis noviorum seculorum originem debet, sed eadem fuit jam doctrina Patrum primitivæ, ut dici solet, Ecclesiæ, ut videlicet assererent, hunc gladium spiritualem sacerdotibus in novo testamento esse traditum, loco gladii quo apud Judæos in veteri testamento delinquentes & Sacerdotibus suis non obtemperantes per Judices seculi fuerint occisi; adeoque excommunicationem Christianam in effectu idem esse, ac in lege veteri supplicium mortis. Loca Cypriani ex *Epistola 62.* & Augustini ex *quæst. 39. in Deuteron.* & ex *libro contra adversarium legis & Prophetar. c. 17.* eum in finem adducit Eveillon *de excomm. & monit. cap. 2. artic. 1. p. 44. seq.* item Moreau *de Simonia p. 190.* Conf. Ziegl. *de Episc. lib. 3. c. 11. §. 66. p. 619.* Unde facile judicari potest, quid sentiendum sit de conclusione, quam inde inferre voluit Zieglerus

Iam sub Carolingis per excommunicationes & pœnitentiam Ecclesiasticam potestas sacerdotum in immensum crevit.

Fructus doctrinæ de gladio spirituali excommunicationis jam a Cypriano & Augustino prædicta.

Notatur Zieglerus.

d. l. §. 67. quod ſcilicet illa pœna olim valde ſalutaris fuerit, maximeque conduxerit diſciplinæ conſervandæ, quoad illa juſtitiæ & charitatis regulis contenta fuerit, & ab invitis (ſcil. ſacerdotibus) magis emendationis gratia, quam vindictæ ſtudio fuerit decreta. Quomodo enim aſſerere potuit, diſciplinam eccleſiaſticam, etiam antiquam, juſtitiæ & charitatis regulis fuiſſe contentam, cum ope falſæ doctrinæ de ſpiritualitate hujus gladii poteſtati civili aſtute eripuerint jus puniendi, quod inter potiſſima majeſtatis jura numerari debet? Quomodo dici potuit, hanc poteſtatem ab invitis ſacerdotibus fuiſſe exercitam, cum ipſi ſibi, deceptis per falſas doctrinas Imperantibus, eam ſumſerint. Et quis credat, ſacerdotes illorum temporum ſolum emendationis gratia, non ſtudio vindictæ eam poteſtatem exercuiſſe, cum contraria omnia perſuadeat cuilibet hiſtoria Eccleſiaſtica illorum ſeculorum, & potisſimum acta conciliorum, etiam univerſalium. Sed eſto, factam eſſe ſemper excommunicationem emendationis gratia, propterea tamen non poterit dici gladius ſpiritualis, cum hunc finem vel effectum communem habeat cum pœnis etiam temporalibus, ſemper intendere debentibus emendationem vel delinquentis, vel certe eorum, qui ſimiliter delinquere poterunt. Adde, quod quoad effectum ipſe Auguſtinus modo comparaverit excommunicationem (majorem) cum mortis ſupplicio.

Remiſſio ad notas ſuperiores.

Quare potius hic repetenda ſunt, quæ ſupra *ad. lib. 2. tit. 5.* paſſim de falſa ſpiritualitate pœnitentiæ & de irrationabilitate quatuor graduum antiquæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ, potisſimum vero *nota 121. ſect. 2. p. 685. ſeq.* docui. Et quod ipſe Zieglerus ſupra ad *libr. 3. not 5.* obſervavit; Eccleſiam, qua talem, nullam habere jurisdictionem, nullum judicium, ſed ſicuti ejus finis totus ſpiritualis eſt, ita & poteſtatem Eccleſiæ & miniſtris ejus competentem aliam eſſe non poſſe, quam ſpiritualem. At excommunicationem quamvis ſive majorem ſive minorem nihil minus quam poteſtatem ſpiritualem eſſe, hactenus palpandum dedimus.

Sagax reſponſum Papæ ſeculo nono datum.

Refert etiam Lehmannus *Chron. Spirenſi lib. 3. cap. 22. p. m. 227.* Status Francicos jam anno 870. cum Papa ipſis ſub pœna banni injungeret, ut loco Caroli Calvi, Ludovicum Germanicum Regem agnoſcerent, Papæ per Hincmarum

rum Rhemensem satis prudenter pro statu illorum temporum respondisse: Frustra Papam allegasse potestatem utriusque clavis ligantis & solventis per Petrum ad se translatam. Siquidem, si Papæ autoritas tanta in cœlis esset, debere eum hac potestate spirituali suos & Italiæ hostes repellere, & Patrimonium D. Petri defendere, neque adeo auxiliares copias a Gallis petere: Papam non posse simul Regem esse & Episcopum, neque adeo ad ejus curam pertinere dispositionem de successione regnorum; Excommunicationem quod concernat, nullum Episcopum habere potestatem auferendi alicui gratiam divinam, quam peccatoribus, qui peccando ipso jure gratiam divinam & spem vitæ æternæ amiserint, &c. Etsi vero, quantum ad excommunicationes papales attinet, plurimum eorum autoritati decesserit, postquam per doctrinas Doctorum Protestantium Principibus, etiam Romanæ religioni addictis, oculi mentis magis magisque aperti fuerint, in tantum, ut fulmina talium excommunicationum vel interdictorum, quæ ante reformationem plerosque Papæ adversarios extra Italiam in magnum periculum conjecissent, nostris temporibus etiam in ipsa Sede Apostolica, vel quasi, id est Romæ, pene omnium contemtui fuerint exposita & omni effectu destituta, etiamsi causæ, ob quas iis mediis usus fuerit Pontifex, ratione justitiæ facilius pro Papa definiri ac defendi potuerint, quam pro causa adversariorum, ut vel in controversia superioris seculi de jure asyli ædibus Galliæ Legatorum Romæ competente, exemplum eorum, quæ cum Lavardino Galliæ legato gesta sunt, in multorum memoria adhuc hæreat. Etsi, inquam, hæc ita se habeant, & propterea non magnam utilitatem afferre videatur, quod tam multa de injustitia & incompetentia excommunicationum adduxerimus, ex altera tamen parte alia exempla ostendent, harum doctrinarum quotidiana inculcatione vel ideo opus esse, quia impudentia Aulæ Pontificiæ vel Curiæ Romanæ istis difficultatibus non obstantibus nihilominus quotidie magis magisque augetur. Ut de novissimis temporibus saltem exempla pauca producamus, quis oblitus est istius insignis impudentiæ, qua inclinante pariter præcedente seculo Curia

Impudentia excommunicationum Papalium adhuc hodie durans, ejusque exempla.

a) *can. fin. 3. q. 4. c. præsenti 5. q. 2.*

parat, (425) ac dividit: & hæc alio nomine a) *Anathema* appellatur. (426)

Ex-

ria Romana anno 1676. Gerhardum Kensing Syndicum Capituli Coloniensis, anno 1677. Scabinos Leodienses, anno 1686. integrum Consilium Aulicum Electoris Coloniensis, anno 1693. Henricum de Marche & ejus uxorem, anno 1697. Consiliarium quendam Principis Leodiensis & Scabinum supremæ justitiæ; denique anno 1698. Catharinam Mottet, una cum Johanne de Herve, & ejus uxore, quin & ipsum Fiscalem Cæsareum & totum judicium imperii Camerale excommunicare intenderit, & quidem in caussis etiam ex hypothesi juris Canonici mere profanis & civilibus. Unde etiam coacta fuere judicia imperii, eos, qui ejusmodi excommunicationes impetraverant, in bannum imperii declarare, qua de re integras factorum species cum deductionibus jurium exhibet personatus Antonius Faber *parte 4.* Der Europäischen Staats-Canzley *cap. 12. Fascic. 2. p. 656. seq.* Aliud exemplum excommunicationis Capituli Wormatiensis Anno 1699. quod admittere noluerit candidatum a Curia Romana illegitime ipsi obtrusum, & quæ propterea in Comitiis Imperii acta fuerint, refert idem *Parte 5. c. 4. fascic. 1. p. 120. seq.* T.

Objectio contra Jus Canonicum.

(425) I. Excommunicatio, uti ante dixi, non tollit vincula officiorum. Spiritualis enim animæ pœna non dissolvere potest vincula, quæ jus divinum, naturæ & gentium colligaverunt, sed illa tantum, quæ baptismi & sacramenti cœnæ communione contracta sunt. Quod igitur per Ecclesiæ beneficium collatum non est, neque auferri potest per censuram Ecclesiæ: Jus civitatis, commerciorum &c. per Ecclesiæ beneficium collatum non est. Ergo &c. Vid. Joh. Davenantius *quæst. theol. 48.* Et hinc recte colligunt nonnulli, in Reges & principes non competere, nisi excommunicationem minorem. Z.

II. Sed

Excommunicationum aliæ sunt latæ sententiæ, aliæ

II. Sed ex vi ejusdem argumenti Zieglerus cognoscere debuisset, neque privationem usus sacramentorum pertinere ad spiritualem illam pœnam vel quasi. Admisso enim axiomate; quod id, quod per Ecclesiæ beneficium collatum non est, nequeat etiam auferri per censuram Ecclesiæ, sua quasi sponte seipsam offert subsumtio; communionem etiam sacramentorum non collatam esse per Ecclesiæ beneficium (sive per Ecclesiam intelligas universos Clericos & Laicos, sive in specie Episcopos, aut Presbyterum) sed per beneficium Christi. Ergo etiam sua sponte inde sequitur conclusio, quod nec hæc communio possit tolli per censuram Ecclesiæ. Et sic hoc novo argumento a Zieglero suppeditato cadit iterum excommunicatio minor, & simul conclusio Ziegleri de Regibus excommunicatione minore ferendis. Sed de Regum excommunicatione commodior se offeret dicendi occasio *infra ad* §. 31. T. *Objectio nova adhuc fortior.*

(426) I. Ἀνάθεμα græce, non ἀνάθημα. Hoc enim est donarium, quod consecratum numini in parietibus vel columnis templi ex lacunaribus suspendebatur, dictum ἀπὸ τοῦ ἀναθῆναι i. e. a suspendendo, vel, si mavis, a seponendo, quia nefas erat rem semel consecratam ad profanos usus revocare. At ἀνάθεμα apud gentiles dicebatur res sacra, & maxime homo sacer, qui quoties imminentis iræ divinæ signa aderant, mitigandæ & avertendæ illius causa vel voluntarie sese ad victimam offerebat, vel a populo universo ad hoc destinabatur. Etiam apud Hebræos חרם erat votum maximum, quo res devota occidi & exscindi debebat, sicut legitur *Levit* 27, 28. In sensu igitur ecclesiastico ἀνάθεμα esse, significat excisioni atque externæ damnationi obnoxium esse, & hinc denotat excisionem hominis ex Ecclesia & a communione salutis. Cujacius *in c.* 10, *X. de judic.* majorem dicit esse coercitionem anathematismi, quam excommunicationis; excommunicationem majorem separare a fraterna societate & consuetudine; minorem a Sacramen- *Varia de anathemate.*

aliæ ferendæ. Et latæ sententiæ est, cum quis sine facto judicis a jure excommunicatur.

§. 2.

---

torum perceptione tantum, non a consortio fratrum: at anathematismum rescindere & avellere ab ipso corpore Christi. Conf. Marc. Anton. de Dominis, *d. l. n. 16.*. Z.

An anathema & excommunicatio major differant.

II. Ita namque distinguuntur apud Ivonem *decret. part. 14. c. 51.* & Gratianum *c. fin. 3. q. 4. Engeltruden Uxorem Bosonis noveris non solum excommunicatione, quæ a fraterna societate separat, sed & anathemate, quod ab ipso corpore Christi, quod est Ecclesia, rescindit, crebro percussam.* In eandem sententiam scripsit Arsenius Episcopus Hortensis, Legatus Apostolicus apud Baron. *ad ann. 865. n. 74.* ut *nullus vestrûm eam* (Engeltruden) *in sua parochia recipiat, sed eam funditus in omnibus Ecclesiis vestris prædicate excommunicatam, & ab omni communione Christianorum sequestratam & extraneam, insuper & anathematis vinculo innodatam, & inter impias & scelerosas manus damnatam* &c, ut adeo nequeam consentire Didaco Covarruviæ, qui in *relect. c. alma mater part. 1. §. 8. de excomm. in 6. n. 6.* ex *d. c. Engeltrudem* constare putat, anathema ab excommunicatione majore nihil omnino differre. Erat autem Engeltrudis illa nobilissima fœmina, filia Matfridi Comitis; sed moribus admodum impudica, quæ Bosone Comite marito suo deserto corpus prostituerat, uti de ea scribunt Regino Prumiensis *annal. lib. 2.* Hincmarus Remensis *de divort. Lotharii & Theth. interr. 22. & quæst. 5.* it. *ad interrogationem Guntharii Archiep. Colon. tom. 2. ap. n. 38.* Hanc eandem anathematismi & excommunicationis majoris distinctionem innuere videtur Urbanus Papa apud Gratianum *c. notandum 24. q. 3.* dum ait in fin. *Unde apparet liquido aliud esse excommunicationem, aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur, ut Apostolus ait, ad*

hoc

§. 2. Rursus excommunicationum alia (427) Ca-

---

hoc excommunicatur, ut spiritus ejus salvus fiat in die Domini. Disciplina enim est excommunicatio & non eradicatio, nisi forte ex contemtu & superbia excommunicati proveniat. Hoc enim testimonio utitur Georgius Blacuellus Archipresbyter a Clemente VIII. designatus, & in Angliam missus, cum in carcere responderet, & excommunicationem a Pontifice in Principum capita factam nullos istiusmodi effectus edere, aut inferre ostenderet, quibus seditionum & tumultuum ansa subditis dari posset. Alii vero, quos refert Covarruvias *d. l. n. 8.* eandem dicunt esse vim idemque vinculum anathematismi & excommunicationis majoris & differre tantum quoad solennitatem & terrorem, eo quod anathematismus adjunctas habeat diras imprecationes & maledictiones atque execrationes publicas. Istas vero solennitates specialem olim excommunicationis formam, & singularem adeo speciem constituisse, non videtur probari posse, siquidem testimonia ex primitiva Ecclesia peti debeant. Videatur dictum Hieronymi apud Gratianum *c. audiri q. 3.* Z. *III. n. 3. seq.*

III. Cum Baronius ut probaret, Apostolis etiam excommunicationem in usu fuisse, provocaverit ad anathema, qua voce utitur Paulus *Gal. 1. v. 8. 1. Cor. 16. v. 22.* latius ostendit Basnagius *dissert. 1.* in medio *Tomi 2. Annal. Eccles.* §. *5. seq. p. 476. seq.* anathematis voce neque in veteri, neque in novo instrumento significari separationem a sacramentis sacerdotali autoritate factam, sed exitium & excisionem plenariam, adeoque toto cœlo differre ab excommunicatione. Sed his tamen adde, quæ de anathemate & ejus usu apud Judæos congessit Seldenus *de Synedr. Hebr. l. 1. c. 7. p. 80. seq p. 88. seq. p. 91. seq. p. 95. seq. c. 8. p. 142. seq. c. 10. p. 268. seq.* T. *Anathema excisionem significare, non excommunicationem.*

ad §. 2.

(427) Hanc distinctionem plane rejicit Marcus Antonius de Do- *Rejectio distinctionis.*

Canonis, alia Iudicis. (428) Canonis eſt, qua quis ab

Dominis *l. 5. de Rep. Eccleſ. c. 9. n. 22.* Quia enim excommunicatio fieri nequit, niſi in foro Eccleſiæ externo; forum autem iſtud externum inſtrui nequit, niſi adverſus talem delinquentem, qui Eccleſiæ aperte notus eſt, ſatis hinc conſtat, excommunicationis, quæ ipſo facto & latæ ſententiæ dicitur, quia in ignotum fertur, nullam plane eſſe in foro Eccleſiæ, vim & efficaciam. Ut maxime enim in conſcientia ſua ſentiat delinquens ſubjacere ſe pœnæ canonis, eamque ſe commeruiſſe, ligamen tamen iſtud conſcientiæ ſolum reſpicit tribunal divinum, nullatenus forum & tribunal Eccleſiaſticum, quamdiu ipſe delinquens Eccleſiæ fuerit ignotus. Et vero quomodo Eccleſia in talem exequetur ſuam ſententiam? quomodo eum expellet, quomodo a conventibus ſacris amovebit? quomodo fidelium conſortio privabit? de quo, quis fuerit, nihil omnino conſtat. Semper igitur in tali caſu requiritur ſententia, & quod a canone pronunciatur legaliter, id a judice pronunciari debet applicative. Canon enim pœnam denunciat culpæ & delinquentibus in genere, judex vero perſonis in particulari, & hinc quod lex ſancit, homo homini in foro externo pronunciare debet, quandoquidem & alias in omni delicto cauſæ cognitio præcedere debet, ut applicari queat pœna. Solent vero Canoniſtæ pœnam Canonis fere ex ipſo delinquentis judicio æſtimare. Volunt enim, irregularem quem cenſeri debere, quoties ſpeculative dubitat, an fuerit homicida, & ſic talem irregularitatem durare tamdiu, donec durat dubium; quod ſi dubium expellatur, etiam irregularitatem ceſſare abſque alia nova declaratione aut diſpenſatione. Thom. Hurtad. *tr. 3. cap. 1. reſolut. 6. n. 35.* Z.

Reſponſio. (428) Alias excommunicatio, ab effectu, diſtinguitur in *immediatam*, quæ ipſo jure canonico, delinquenti, ſimulac delictum committit, irrogatur, ac propria velut conſcientia annunciatur, & *mediatam*, quam judex eccleſiaſticus, prævia cauſæ cognitio-

ab ipso solum Canone absque judicis ministerio innodatur, quæ etiam alio vocabulo *latæ sententiæ excommunicatio* nuncupatur. Sciendum est enim complures esse casus, (429) in quibus adeo quis delin-

---

tione, decernit. Licet vero illam nonnulli rejiciant, cum certam personam, a communione externa non excludat, vid. Ziegl. *ad Lancel. d. l. §. 2.* attamen, ex rationibus status clericialis, recte illa asseritur, cum enim, ob ignorantiam excessuum Laicalium, mediatæ excommunicationis fulmen non semper expedire possit Clerus, immediatæ terriculamentum ei fuit surrogandum, quo ita, metu purgatorii & inferni, in perpetuo obsequio retinerentur superstitiosi Laici, imo excedentes, ex nimio conscientiæ angore, se ipsos Clero proderent vid. Lancel. *d. l.* §. *3. seqq.* Ita B. Titius respondet ad præcedentem Ziegleri objectionem, *Jur. Priv. l. 9. c. 16. §. 12. p. 1230.* Alii ita procedunt. Excommunicatio est vel a jure inflicta, vel ab homine prolata. Illam quilibet Episcopus aut parochus proprius potest relaxare, si absolutio superiori non sit reservata. Excommunicatio ab homine est vel generaliter prolata (quod intelligo, si ignoretur quis delictum commiserit) vel particularis in specialem subditum pronuntiata. A generali censura omnis ille potest absolvere, qui ab excommunicatione a jure inflicta absolvere potest; a sententia vero excommunicationis particularis absolvere poterit regulariter, qui eam protulit, vel ejus successor, superiorve, aut judex delegatus. Nisi utrobique ejus absolutio Pontifici sit reservata. Vide Tellez ad *cap. 8. de offic. jud. ordin. n. 9. & 10. Tom. 1 p. 769.* Adhuc clarius naturam, ortum, & abusum excommunicationis latæ sententiæ, seu quæ fit ipso jure, exponit du Pin *de antiq. Eccles. discipl. Dissert. 3. p. 270--278.* T.

Distinctio magis perspicue proposita.

(429) Magnum in his casibus & tota hac excommunicationis specie latere papatûs arcanum putat M. Ant. de Dominis

Arcanum Papatus hic latens.

 d. l.

linquere existimatur, ut nulla expectata judicis pronunciatione ipso jure excommunicationis vinculis innodetur: quod quidem, quanquam innumerabilibus prope exemplis declarari possit, unius tamen tantum persecutione contenti erimus.

c. si inimicus. 11. qv. 3.

Qui DEO dicatos homines corporaliter offendunt, incidunt in excommnuicationem latæ sententiæ, a quo non possunt absolvi, nisi per Papam.

b) can. non dubium eod.

§. 3. Si quis igitur *b)* in clericos, (430) regu-

---

d. l. comparasse enim sibi Pontifices hisce terroribus & imaginariis atque fictitiis Ecclesiæ ligamentis, exactissimam omnium obedientiam, & fecisse, ut homines ab iis, quæ Papa vetaret, penitus abstinerent, metu sc. excommunicationis ipso facto sibi imminentis. Z.

ad §. 3.

In specie quoad hunc casum.

(430) Longam hic incipit autor tractationem de percussione Clerici, & quatenus percutiens excommunicationem ipso facto incurrat, qua quidem abstinere potuisset, si quidem compendium scribere constitutum fuerat. Sed enim solenne id est pontificiis, ut sanctitatem suorum clericorum ubique deprædiceat, ne chara capita, etsi meruerint maxime, unquam violentur, & ne deficiat ulla in parte regnum Anti-Christi. Conqueritur hac de re Natio Germanica in Comitiis Noribergensibus his verbis: So ein Pfaff oder andere geweihete Person erschlagen, wird nicht allein der Thäter verbannet, sondern auch die Stadt interdiciret, und so lange interdict gehalten, auch kein Christlich Werck vollbracht, biß der Thäter oder die Gemeine Abtrag thue. Sed & cadaver clerici si quis minus religiose tractaverit, excommunicationem eum incurrere volunt. Bajard. *ad Jul. Clar. q. 77. n. 16.* Z.

(431)

gulares, monachos, professos, vel novitios, vel con- *c. si quis*
versos, violentas & impias manus injecerit, ipso ju- *suadente.*
re Canonis incurret sententiam, a qua præterquam *17. qu. 4.*
a Romano Pontifice, vel ejus de latere (431) legato,
c) a quoquam absolvi non poterit. *c) c. ad emi-*

Complices inferentium manus violentas clericis, nentiam
pari pœna cum inferentibus puniuntur. *c. ea nos-*

§. 4. Sed & si manus quis violentas (432) non *citur. eod.*
in-

---

(431) Quis dicatur Legatus de latere, expositum est nobis *Exceptiones.* supra *lib. 1. tit. 27.* Referunt tamen duodecim exceptiones, quibus etiam per Episcopum aut Sacerdotem taliter excommunicatus absolvi possit, uti notat Petrus de Ferrar. *in prax. tit. 4. n. 6.* imo hodie ex bulla Cruciata, uti vocant, concludunt, omne peccatum, omnemque censuram, summo licet Pontifici reservatam, excepta duntaxat hæresi, posse a confessore remitti, & validam esse hujus absolutionem, quamvis illicitam, si vel maxime nulla præcesserit satisfactio. Hurtad. *tr. 4. c. 8. resol. 47. n. 580.* Z.

ad §. 4.

(432) Pari & majori etiam securitate clericos suos mu- *Variæ declarationes.* nit Pontifex, quam consiliarios suos Imperator in *l. 5. C. ad L. Jul. Majest.* Sed nihilominus istam assertionem Canonistarum limitant Moralistæ, qui volunt, non incurrere excommunicationem eum, qui parato occidere inimicum in Ecclesia consulit, ut potius extra Ecclesiam occidat, etiamsi occisus Clericus vel Cardinalis sit, quia scil. talis consulens non influit in malitiam homicidii. Thom. Hurtad. *tr. 1. resol. 17. n. 157.* Id ultimum quam absonum sit, & a pietate Christiana alienum, pueri nostri norunt & catechumeni. Alias autem etiam pueros ante pubertatis an-

 nos

†) *c. mulieris in f. eod.* injecerit, inferenti tamen vel author, †) vel fautor vel adjutor fuerit, aut factum ratum habuerit, (433) pari pœna illum plectendum Catholica sanxit authoritas: eos etiam delinquentibus favere interpretata, qui cum possunt, manifesto sceleri desinunt obviare. (434)

Detinens, vel ducens clericos in vincula, incurrit excommunicationem latæ sententiæ, nisi faciat de voluntate suorum prælatorum.

§. 5. Interdum etiam si nullam corporis læsionem clericis quis intulerit, excommunicationis tamen pœnam non evadet: utputa, *d*) si laicus in pu-

d) *c. nuper a nobis eod. tit.*

nos hac censura ligari volunt, ut notat idem Hurtado *tr. 4. c. 8. resol. 19.* Z.

Alias pœna ratihabentis minor. (433) In delictis, si factum alienum ratum habitum est, nolunt Doctores ordinariam decernere pœnam probanti, sed mitius extra ordinem puniendum censent. Did Covarruv. *in Clem. si furiosus part. 2. §. 1. n. 5.* Jul. Clar. §. *fin. quæst. 87.* quandoquidem qui ratum habet, neque ipse sua manu deliquit, neque causam sceleri dedit. Improbitas autem gaudii, quod quis ex alieno scelere capit, non obligat pœna sceleris. Vid. Anton. Matthæ. *de criminib. proleg. c. 1. n. 14.* Z.

Quid si ex timore? (434) Etiamsi id ob timorem intermissum fuerit, uti extendit assertionem Martinus ab Azpilcuet. Navarr. *tom. 3. cap. 24. n. 21.* Durum est vero eadem excommunicationis pœna hos teneri. Et idcirco verba hæc nonnulli interpretantur de illis, qui ratione potestatis ad hoc tenentur, ut percutientem prohibeant. Alias vero omissio talis non ordinariam delicti meretur pœnam, sed extra ordinem & ex arbitrio judicis ut plurimum punitur. Z.

ad

publica, vel privata custodia illos detinuerit, (435) vel in vincula conjecerit, nisi tamen id de mandato faciat prælatorum, (436) quorum illi sunt jurisdictioni subjecti: tunc enim citra excommunicationis metum, & capere clericos, & ad judicium violenter ducere laici poterunt: cum hoc non ipsi, sed illi quorum authoritate hoc faciunt, agere videantur, dum tamen non amplius eorum se extendat violentia, quam defensio clericorum exigit. (437) *c. ut famæ §. Laici vero h. t.*

Si Abbas imperet laico, ut monachum etiam causa disciplinæ verberet, uterque incidit in excommunicationem: secus autem si imperet clerico ex causa necessitatis.

§. 6. Quod autem diximus, non facientes, sed eos, quorum fit authoritate, quid facere videri, absolute non procedit. Nam *e)* si laicus, qui in Abba- *e) c. universitatis. ext. eod.*

ad §. 5.

(435) Potestas incarcerandi non competit privato *t. t. Cod. de privat. carc.* & *l. 1. C. de cohortal.* per rationem in *l. 13. ff. quod met. caus. l. 176. ff. de R. J.* Petr. Gregor. *syntagm. l. 31. c. 33. n. 2.* Prosp. Farinac. *l. 1. tit. 4. qu. 27. n. 8.* Z. *Incarceratio non competit privato.*

(436) Imo vero non necesse est, ut semper præcedat mandatum, sed si clericus in flagranti delicto inveniatur, potest judex secularis vel officialis ejus eum capere & judici suo præsentare. Anton. Gomez *tom. 3. resol. c. 9. n. 3.* quemadmodum & alias captura facinorosorum promiscue unicuique conceditur *l. 1. C. de fals. mon. l. 56. §. 1. ff. de furt.* Z. *Limitatio.*

(437) H. e. quam repugnantia & resistentia eorum exigit, dum scilicet trahi & duci ad judicem nolunt. Z. *Explicatio.*

qui cum laico injuriam intulisset; volens secundum consuetudinem patriæ (441) pro injuria illata offenso satisfacere, sponte sua fustium se subjecit percussionibus. Quanquam enim hæc manuum injectio non sit violenta, tamen injuriosa videtur: & Canon respexit non tam favorem clerici ordinati, quam clericalis ordinis: (442) unde hoc casu tam percutiens, quam seipsum percussionibus sponte subjiciens excommunicationis sententia innodabitur.

Ponit tres casus, in quibus percutiens clericos in Canonem latæ sententiæ non incidit.

§. 8. Ex contrario accidit interdum, (443) ut etiam pro violenta manuum injectione excommunicationi quis non subjiciatur: veluti g) si clericum (444) sibi manus inferentem ita quis in continenti vi

g) *c. si vero. cl. 1. §. si vero extr. eod.*

(441) Dira & sæva est hæc consuetudo, non aliter injuriantem in gratiam recipere, nisi sponte se fustigationi subjecerit. Et ita tamen in Hispaniis aliquando observatum fuisse, ex inscriptione *d. c. 36.* quæ ad Archi Episcopum Bracarensem est, colligitur. Z. *Explicatio.*

(442) Consuetudo tamen toti Clericali ordini poterit esse præjudicio, uti de Gallorum moribus fertur, quod apud eos Clerici a Laicis verberentur, nec tamen verberantes incidant in excommunicationem. Augustin. Barbos. *ad. c. 24. n. 3. X. h. t.* Z. *Consuetudo contraria.*

ad §. 8.

(443) Novem ejusmodi casus exceptos refert Petrus de Ferrariis *in prax. tit. 4. n. 5.* idque mirum videri potest, quod exceptionem aliquam admittant adversus clericos, tam chara Papæ capita. Z. *Alii casus excepti.*

(444) Percutiens enim percutientem aut percutere volentem dicitur pro sua defensione id fecisse, & tum sufficere volunt insul- *Observationes variæ.*

tum,

vi repellat, ut læsionem inferat aut in eum, quem cum uxore, (445) matre, sorore, vel filia turpiter se gerentem (446) invenerit, manus violentas injecerit. Idem

tum, aggressionem aut terrorem armorum. Obrecht. *de defens. necess. c. 14. n. 57. 58.* Sed & pro defensione patris aut filii qui percusserit Clericum, non incurrit sententiam excommunicationis, Philipp. Paschal. *de virib. patr. pot. part. 3. c. 6. n. 33.* Id vero valde miror, jure pontificio adversus clericum defensionem fuisse permissam, præsertim cum id ubique agitur, ut non salva & integra tantum sit Clericorum conditio & status, sed etiam, ut eminentior existat. Et quæ ergo proportio erit inter percussionem Clerici & percussionem Laici? Si præsertim obtineat sententia, quæ nunc passim propugnatur, licite omitti defensionem sui, quando invasor est persona publica, aut Reip. maxime utilis. Præter morem ergo benignius hic est jus pontificium. Z.

Quid si cum avia?

(445) Vocabula hæc stricte accipi volunt Canonistæ, nec propterea excommunicationis pœnam evitare, qui percusserit Clericum cum avia aut nepte repertum, quod verba capituli ultra personas expressas non sint extendenda. Z.

Turpiter se gerere quid? *Quid liceat mulieri?*

(446) Si videlicet invenerit in amplexibus, aut osculantem, aut alias in loco suspecto. Talia enim sufficere volunt ad excusationem percutientis. Sed mulieri tamen ipsi clericales amplexus ferre nolenti certos posuere limites, quod si egressa fuerit, excommunicationis censuram incurrat. Hoc quidam admittunt, licere mulieri clericum pudicitiam suam ipso facto tentantem percutere, secus tamen esse volunt, si eam Clericus solis verbis aggrediatur, tunc enim licere verbis tantum repellere, nisi valde molestus sit, ut mulier aliter se liberare nequeat. P. Laymannus *Theol. mor. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 8.* Z.

(447

Idem ſtatuitur †) & de eo, qui illum percuſſerit, quem probabiliter ignorabat eſſe clericum. (447) †) c ſi vero cl. 2. eod.

Interficientes clericos qui poſthabito habitu committunt enormitates, non ſunt excommunicati.

§. 9. Quinimo *h*) etſi occiderit quis clericos, vel presbyteros, qui contempto clericali habitu ſceleribus ſeſe immiſcuerint, in odium clericalis exceſſus Canone latæ ſententiæ minime coercebitur: (448) fruſtra enim Eccleſiæ implorat auxilium, (449) qui in Eccleſiam ipſam committit. *) *h*) *c. cum non ab homine* §. *in articulo eod.*

*) *c. in audientia* §. *ad hæc eod. tit.*

Qui ratione officii vel intuitu diſciplinæ clericos percutiunt, non ſunt excommunicati.

§. 10.

---

(447) E. g. ſi percuſſerit Clericum, qui clericali habitu non incedit, quem propterea quis pro non-Clerico habere poteſt. *c. 4. X. h. t.* ita etiam jure civili injuriarum non tenetur, qui matronam meretricia veſte incedentem appellavit. *l. 15.* §. *15. ff. de injur.* peccat enim, quæ aliena veſte utitur, & injuriæ ſibi faciendæ cauſam præbet. Z. *Exemplum.*

ad §. *9.*

(448) Non tamen propterea evitat alias pœnas, cum adhuc ut homicida puniri poſſit, quisquis aliquem etiam maxime ſcelera tum occiderit. Z. *An aliter puniatur?*

(449) Hæc verba non ſatis cohærent prioribus; quomodo enim implorare poteſt occiſus auxilium? Dum igitur autor duo hic capitula conjungit, *c. ſcil. 14. & 25. X. h. t.* non animadvertit rationem hanc *ex cap. 25.* petitam, competere clerico, qui relicto habitu clericali injuria tantum affectus eſt, non autem accommodari poſſe illi, qui occiſus eſt. Z. *Objectio.*

i) c. cum voluntate. §. fin. eod.

§. 10. Item si qui ratione *i*) officii, quod obtinent in Ecclesia, aut si clerici seniores, pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos, (450) divinum turbantes officium, vel etiam si qui magisterii, vel prælationis obtentu subditos & scholares (451) correctionis causa percusserint, excommunicationis sententiam non incurrent. Quod & de his intelligendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum (452) simili modo, ut

ad §. 10.

De prælato clericum verberante.

(450) Secus ergo erit, ubi prælatus eos, qui in sacris sunt, verberaverit. Quanquam potestas percutiendi aut verberandi prælato non competat, si tamen is hanc sibi potestatem aliquando sumpserit, durum est, excommunicationem eum idcirco incurrere. Z.

Declaratio.

(451) I. Qui clerici sunt. In genere autem magistris levis tantum castigatio concessa est, *l. 5. in f. ff. ad L. Aquil.* Z.

Scholares Clerici.

II. Imo scholares seu studiosi omnium facultatum olim vocabantur Clerici & certo intuitu Clericorum privilegiis gaudebant. Vide Limn. *Jur. publ. lib. 8. cap. 6. ab init.* T.

Objectio.

(452) Pater igitur filium, qui in sacris est, castigare amplius nequit, quod videtur esse juri naturæ adversum. Volunt quidem Canonistæ, ordinem clericalem solvere potestatem patriam, quod suo modo concedere possum, si præsertim id restringatur ad spiritualia. Ascan. Clementin. *de patr. pot. c. ult. n. 64.* Sed vincula tamen naturalia, quibus maximam partem subnixa est potestas castigandi, per ordinem clericalem solvi, nulla ratio persuadet. Et in utramque partem sæpe disputant Interpretes, vid. Paul. Laymann. *theol. mor. l. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 9.* Z.

ad

ut ab excessibus prohibeantur, & scientia bonisque moribus informentur, corrigendos duxerint, & aliis casibus compluribus.

Ex causa potest quis absolvi ab alio, quam ab Apostolico.

§. II. Quod *k*) autem supra diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quam ab Apostolico, aut ejus legato absolvi neminem posse, non est perpetuum. Nam si quis excommunicationis latæ sententiæ vinculis innodatus, in mortis articulo constitutus (453) reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias justas excusationes; (454) ita ut sine

k) *c. quamvis incident, eod. c. de cætero, c. quod de his h. t.*

ad §. II.

(453) Generale hoc est, quod excommunicatus etiam tali excommunicatione, cujus solutio soli Pontifici Rom. reservata est, absolvi in articulo mortis possit a quovis inferiore, nec a diœcesano tantum, sed urgente necessitate etiam a quovis alio sacerdote, imo etiam a Laico, dummodo is habeat jurisdictionem Ecclesiasticam. Polyd. Rip. *de act. in mort. art. cap. 35. numer. 13.* imo volunt, posse aliquem in articulo mortis etiam ab hæretico, schismatico, degradato & nominatim excommunicato absolvi, etiamsi tales jurisdictionem non habeant, habere enim eos usum jurisdictionis, quem nec Papa quidem, etiam de plenitudine potestatis impedire possit. Th. Hurtad. *tr. 5. resol. 67. n. 1522. seq.* ubi in *seq. resol. 68.* sollicite distinguit inter articulum mortis & periculum mortis, & hinc conficit, in illo admitti talem absolutionem, non in hoc. Z. *Ampliatio varia, & limitatio.*

(454) Quæ variæ esse possunt, ut si domi uxorem habeat & liberos in summa necessitate constitutos, si viæ obsessæ sint prædonibus &c. Z. *Exempla.*

 (455)

ne periculo Apostolico se nequeat conspectui præsentare, licebit diœcesano Episcopo juramento secundum morem Ecclesiæ recepto, (455) sibi absolutionis gratiam impertiri.

Cessante causa cessat effectus.

l) c. eos qui eod. tit. in 6.

§. 12. Periculo *l*) tamen & impedimento cessantibus, quam cito commode poterunt, ad sedem Apostolicam se præsentabunt, mandatum illius super negotiis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & prout justitia suadebit, satisfacturi: alioqui si id facere contempserint, ne temere, & impune censuræ Ecclesiasticæ illudatur, ipso jure in eandem sententiam recident: (456) quod generaliter constitutum est, quotiescunque legitima subsistente causa, ab alio quis, quam ab eo, a quo alias de jure absolvendus fuerat, absolutionis beneficium consecutus fuerit: & quibusdam casibus similibus.

Si

Contenta juramenti. (455) Quo promittit, se, quamprimum impedimentum cessaverit, ad apostolicam sedem abire velle, non ut denuo absolvatur, sed ut mandata ipsius audiat & suscipiat. Z.

ad §. *12.*

Limitatio. (456) Sed profecto, ut aliquis in mora constituatur, videtur præcedere debere aliqua causæ cognitio, præsertim in pœnalibus, in quibus etiam fatua causa a dolo excusat. Quid enim si impedimenta non omnino cessaverint, si alia nova oborta fuerint, si, ut commodius esset iter, comitem expectaverit absolutus? Multa incidere possunt, propter quæ sententia invenire locum nequit. Z.

ad

Si modica sit illata injuria clerico, vel qui intulit non provectæ sit ætatis, potest Ordinarius absolvere eum, qui incidit in Canonem latæ sententiæ.

§ 13. Item *m*) si non enormis, sed modica & levis injuria (457) fuerit clericis irrogata, inferens per Episcopum absolvi poterit. (458) Item ætatis

m) *c. pervenit. eod. tit.*

ad §. 13.

(457) I. Habet enim etiam propter levem admodum injuriam excommunicationis pœna locum, ut si quis spuat in personam Clerici, aut ejus tangat vestem. Francisc. Marc. *decis. 819. part. 2.* aut si eum ex sede sua expellat, vel brachio parum reverenter trahat. Gregor. Sayr. *decis. 41. de sent. excomm.* Alii tamen non aliter excommunicationis hanc censuram admittunt, nisi injuria illata gravis fuerit, quos refert & sequitur Paulus Laymannus *Theol. moral. lib. 1. tr. 5. part. 2. c. 5. n. 5.* Z.

Exempla levis injuriæ. an propter ea excommunicatio locum habeat?

II. Cujusvis judicio considerandum relinquo, utrum justa & sufficiens excommunicationis causa sit, si quando secularis Clerico non assurgat, aut perfunctorie nimis salutet, uti seculo VI. decrevit Concilium Matisconense II. *c. 15. Si quidem ille secularis equo vehitur, clericusque similiter, secularis galerum de capite auferat, & Clerico sinceræ salutationis munus adhibeat. Si vero Clericus pedes graditur & secularis vehitur equo sublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem prædicto Clerico sinceræ charitatis exhibeat: ut DEUS, qui vera charitas est, in utrisque lætetur, & dilectioni suæ utrumque adsciscat. Qui vero hæc, quæ Spiritu S. dictante sancita sunt, transgredi voluerit, ab Ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu Episcopus illius Ecclesiæ voluerit, suspendatur.* Z. *III. n. 5.*

Aliud Exemplum.

(458) Videtur tamen hæc facultas competere Episcopo, non

Declaratio.

tis intuitu Iuris rigor mansuetudine temperatur. (459)

n) c. fin. d. tit. Vnde *n*) si in pueritia constitutus in Canonem inciderit sententiæ promulgatæ, sive ante, sive post pubertatem sese absolvi postulet, diœcesanus Episcopus absolutionis beneficium impertiri poterit.

c. antepen. eod. *Monachi, vel moniales se invicem vel conversos percutientes, sunt ab Abbate, vel Episcopo absolvendi.*

§. 14. Monachi quoque & alii Regulares quomodocunque *o*) in claustro sese invicem percusserint, (460) non ad Apostolicam sedem remittendi,

o) c. canonica eod.

---

non propter potestatem jurisdictionis, sed ex speciali Papæ concessione, uti non obscure innuit *c. pervenit. 17. X. h. t.* Z.

Objectio. (459) Temperamentum adhiberi debuisset in ipsa irrogatione pœnæ, non demum in modo solvendi. Sic enim & jura civilia ætatis habent rationem, ut quanquam doli jam capax fuerit impubes & crimen contrahere possit, commiseratione tamen ætatis mitius puniri debeat. *l. 37. ff. de minor. l. 108. ff. de R. J. l. 38. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult.* Durum ergo erit eandem excommunicationis pœnam puero decernere cum adulto. Rectius Sotus in *4. dub. 22. q. 1. art. 2. cas. 2.* *Si*, inquit, *pueri clerici rixantes, etiam in Ecclesia se pugno percusserint mutuo, ut sanguinem e naribus vel e capite in parva copia emittant, nulla innodantur censura.* Z.

ad §. 14.

Contra mores monasticos. (460) Putavi ego, monachos numinis clementiam continuis orationibus propitiam reddere, & vitæ sanctitate plane excellere, ita ut in perpetua & summa divini numinis observantia, nulla alimentorum, victûs, pecuniæ, honoris cura detineantur, præsertim cum semetipsos ita extollere soleant, quod curarum mundi &

di, sed secundum providentiam proprii Abbatis coercendi erunt: quod si Abbas non sufficit, Episcopus adhibendus erit. (461) Simile statuitur de monialibus: *) nam si vel in se invicem, vel conversos, aut conversas suas, aut etiam clericos violentas manus injecerint, ne contra muliebris sexus verecundiam, (462) & regularis observantiæ decorem peregrinari compellantur, per Episcopum, in cujus diœcesi monasteria fuerint, absolutionem consequentur. Sunt & alii casus, (463) quibus ab alio quis, quam ab Apostolico ab hac excommunicatione absolvi poterit, ut ex ipsis Decretalium libris facile apparere potest.

*) *c. de monialibus eod. tit.*

Ex causa certis casibus absolutio potest delegari.

§. 15. His autem, *p*) quibus id certis casibus ex

p) *c. fin. de off. ord.*

& sollicitudinum omnium expertes sint & vacui, At jam audio, etiam rixas & contentiones, imo verbera inter eos adinvicem reciprocari. Et tamen illi sanctitate affectata ita tument, ut parum absit, quin rumpantur. Z.

(461) Id tamen forte non habet locum, quando monasterium ab Episcopi inspectione & potestate exemptum, qua de re dixi ad *lib. 1. tit. 19.* Z. *Dubium.*

(462) At illæ verecundiam jam decoxerunt, dum violentas intulerunt manûs. Z. *Alia objectio.*

(463) Casus illi omnes temperamentum aliquod faciunt tyrannidis papalis. Fuit enim, uti supra dixi, excommunicationis hæc species insigne inventum aulæ pontificiæ, & firmamentum tyrannidis Ecclesiasticæ, quo veluti terriculamento arctius inter se continerentur membra, & ut eo securius agerent tyrannidis istius architecti, tot scilicet clericorum manipuli & cohortes Z. *Temperamenta tyrannidis.*

ad

ex officio competit, non solum per se ipsos absolvere, verum etiam aliis, cum expedire viderint, hujusmodi absolutionem committere poterunt. (464)

Ex-

---

ad §. 15.

An absolutio sit jurisdictionis an minime?

(464) I. Uti jus pontificium semper æmulatur jura civilia, ita & in hac materia, quod vi jurisdictionis Episcopalis competit, alteri quoque mandari posse, haud obscure innuitur. Id tamen forte nullibi satis explicatum est, num absolutio ab ejusmodi vinculo excommunicationis sit jurisdictionis, an minime. Augustinus Barbosa affirmat *ad cap. fin. X. de offic. ord.* Sed vehementer obstat argumentum, quod regulariter absolutio talis soli Pontifici sit reservata, ex quo sequitur, quod si quando Episcopo ea potestas competat, id fiat ex speciali Pontificis concessione, non vi jurisdictionis Episcopalis. Ad hoc argumentum respondet Barbosa, Episcopos in ejusmodi casibus adhuc ordinariam suam, non vero delegatam exercere potestatem, jure enim communi absolvere posse ab omni censura juris non reservata, sublata igitur reservatione regredi ad suam ordinariam potestatem, quæ per reservationem erat impedita. Verum hæc responsio mihi admodum jejuna videtur. Sic enim etiam de jure civili dicere possem, magistratum in omnibus illis, quæ specialiter concedi dicuntur, ordinariam suam & propriam exercere jurisdictionem, jure enim communi omnia posse, quæ non fuerint exempta a principe in specialem concessionem reservata; sublata igitur reservatione & exemptione, regredi ad suam ordinariam potestatem, quæ per reservationem erat impedita. Utique enim, quemadmodum princeps ex iis, quæ ad magistratum spectare solent, potest quid eximere, & specialiter tribuere, ut porro non cuique magistratui, aut saltem non eo respectu, quatenus magistratus est, competant, sed ei soli, cui nominatim concessum est, & quatenus concessum est; ita Episcopum Romanum specialiter aliqua Episcopis concedere voluisse

Excommunicatio judicialis est, quam infert judex, & cui causa committitur, omnia quae causam contingunt, censentur permissa

§, 16. Iudicia, (465) sive Iudicialis excommunicatio est, quae judicis ministerio infertur. Iudicem autem hoc loco intelligimus, non solum ordinarium, (466) verum etiam delegatum. (467) Nam si cui per Apo- *c. Pastoralis §. praeterea de off. ordin.*

luisse, non jure Episcopi haberent, sed ex speciali largitione, dubium non est. Et tale videtur esse potestas solvendi ab excommunicatione, de qua hactenus egimus. Z.

II. Sed forte ad hanc objectionem Ziegleri pro Barbosa responderi posset, non adeo optime a Jurisdictione Justinianea ad Jurisdictionem Episcopalem argumentari Zieglerum; convenire quidem in quibusdam utramque jurisdictionem, sed non in omnibus. Adde quoad quaestionem hic propositam Tellezium *ad cap. 8. de offic. judic. ordin.* & quae inde jam *nota 428.* summatim excerpsimus. T. *Monitum ad notam praecedentem.*

ad §. 16

(465) Haec demum vera est excommunicatio, quippe quae censuram per sententiam applicat ad certum individuum, uti supra exposui. Z. *Vera excommunicatio.*

(466) Plurima hic sunt notanda. *Primum*, male solis Episcopis potestatem hanc excommunicandi tribui, cum ex institutione omnibus ministris Ecclesiae competat. Gerhard. *Loc. de minist. Eccles. c. 5. n. 231. Deinde* male uni ordinario aut delegato tribui, cum ad ejusmodi sententiam requiratur consensus plurium, tam ob superius quam certius judicium. Hülsemann. *in breviar. cap 19. num. 15. Tertio* male etiam ad solum statum Ecclesiasticum restringi istud judicium, cum ad totam Ecclesiam istud pertineat, nec ullo modo praeteriri debeat consensus Domini territorialis. Et- *Quatuor monita,*

Apoſtolicum cauſa etiam ſimpliciter delegetur, nec lite-

ſi enim Laicus excommunicare proprie non poſſit, principi tamen competit externa poteſtas uti circa religionem, ita etiam circa cenſuram & diſciplinam Eccleſiaſticam, ut adeo ſine principis autoritate fieri excommunicatio hodie non debeat. Conf. Marſil. Patavin. *in defenſor. pac. part. 2. c. 6.* Et hinc privilegio ſingulari Franciæ nemo Officialium Regiorum excommunicari poteſt. Joh. Papon. *lib. 1. tit. 4. arreſt. 9.* Petr. de Marca *de concord. ſacerd. & imp. l. 4. c. 21.* *Quarto*, regulariter quidem per ordinarium Eccleſiæ miniſtrum expediri excommunicationem, nec admitti ἀλλοτριοεπισκοπίαν, dari tamen caſus aliquos, quibus etiam extraneos excommunicare licet, ut, quando ab una particulari Eccleſia ad alias plures provocatur. it: quando epiſcopus in aliqua Eccleſia eſt hæreticus, tum extranei Epiſcopi non ſuos tantum greges præſervare tenentur, ſed etiam greges vicinos fidei ſuæ domeſticos, ut perpetua harmonia inter partes integrantes totum homogeneum conſervetur. Quo caſu quando extranei epiſcopi per excommunicationem hæreticum talem excludunt a cœtibus ſuis, etiam a cœtu totius Eccleſiæ orthodoxæ, conſequenter etiam ejus Eccleſiæ, cui hæreticus præeſt, eum excludunt. Vid. Hülſeman. *d. corrept. fratern. §. 17. n. 165. ſeq.* Z.

Errum cenſura. Primi. (467) Cum præcedentia Ziegleri monita, novas admonitiones hinc inde videantur deſiderare, de iis paucis mentem meam ſic explico: Quod 1) attinet, recte quidem notat, male Epiſcopis ſolis poteſtatem excommunicandi tribui, forte etiam non adeo male aſſerit, quod poteſtas hæc ex inſtitutione omnibus miniſtris Eccleſiæ competat, ſi per inſtitutionem intelligit praxin priorum ſeculorum Chriſtianorum quarti & quinti, quare ad meliorem intellectum & probationem hujus aſſertionis jungenda ſunt ea, quæ Zieglerus de Epiſc. *l. 3. c. 11. §. 18. ſeq.* ex Cryſoſtomo & Hieronymo affert, & exemplo Theodoſii junioris declarat, de quo Theodoretus

litera commiſſionis de excommunicatione quicquam con-

---

tus refert, quod etiamſi ab inferiore clerico vel plane monacho excommunicatus fuerit, tamen cibum capere prius noluerit, quam vinculis ab ipſo illo qui ligaſſet, ſolutus eſſet, nec contentum fuiſſe abſolutione Epiſcopi. Sed ſi per inſtitutionem, ut videtur, intelligit inſtitutionem Chriſti, fallitur *Zieglerus* per demonſtrata *nota 416. ſect. 2.* Idem vel ſimile monitum poſtulat aſſertio ſecunda *Secunda.* Ziegleri; non rationabiliter quidem agit Jus Canonicum, quod excommunicandi poteſtatem concedat ſingulis, & ex hoc fundamento jam ſupra deduximus, apud Proteſtantes nequaquam ſingulorum Paſtorum arbitrio, vel ut ipſi prætendunt, conſcientiæ, eſſe relinquendam excluſionem alterius ab uſu cœnæ; ſed in eo tamen errat Zieglerus, quod putet excommunicationem cum conſenſu plurimum factam a Chriſto vel Apoſtolis inſtitutam vel approbatam eſſe. Tertium monitum quidem verum eſt, ſed non cohæret cum hypotheſi Ziegleri, & melius eſt, ut excommunicatio plane exulet. *Tertiis.* Id eſt: Si excommunicatio locum vel uſum habere debet, utique ex noſtra hypotheſi Miniſtris Eccleſiæ ſolis & independenter competere nequit, quia per hactenus deducta eſt pœna mere humana & temporalis; at ſi eſſet pœna vere ſpiritualis, & ſupranaturalis, ut cum Canoniſtis ſæpius repetit Zieglerus, non ſubeſſet directioni vel imperio magiſtratus Politici. Quod vero melius ſit, ſi excommunicatio plane non uſurpetur, ſic probo. Vel delictum, ob quod aliquis excommunicatur, jam ſtatutis pœnis a magiſtratu prohibitum eſt, vel minus. Si prius, tum vel pœnæ ſunt proportionatæ delicto, vel non ſunt; Si ſunt, non locum habere poteſt excommunicatio, ne duabus diverſis pœnis puniatur idem delictum, quod politice inconveniens eſt. Si poſterius, non opus erit excommunicatione, ſed correctione legis prioris & ſtatuta noviore pœna. Si in delictum non eſt a magiſtratu pœna ſtatuta, tum vel circumſtantiæ poſtulant pœnæ dictationem, vel non poſtulant. Si prius, dictetur; ſi poſterius, nec excommunicationis pœna invito ma-

continineant, poterit nihilominus delegatus (468) concessæ

---

magistratui a clero subdito obtrudi potest. Esse vero delicta vel peccata, quæ indistincte pœnam non admittunt, docent communia principia & moralia & politica, videlicet illa, quæ non lædunt proximum, sed officia saltem humanitatis & beneficentiæ, item patientiæ, generositatis, non adhibent, aut solis peccantibus damnum dant, non aliis concivibus, nisi circumstantiæ variæ ex Politica discendæ aliud suadeant. Et nisi me omnia fallunt, primum falsum inventæ excommunicationis etiam in eo consistit, quod Patres & Episcopi quidam, ex pia forte simplicitate putaverint, omnia vitia esse punienda, aut, non meliorem esse methodum extirpandi omnia vitia, quam severam pœnarum applicationem, quorum tamen utrumque inter errores Politicos eosque fundamentales referendum est. *Quarti.* Quod denique quartum monitum attinet, si excommunicatio est res plane impertinens, frustra quæritur, an Laicus committat allotrioëpiscopiam, si ipse excommunicationem exercere velit. Et si hæresis, ut supra suo loco demonstratum est, non est crimen punibile, sequitur etiam, quod etiamsi excommunicatio alias esset pœna prudens, tamen non posset applicari hæresi. Unde ferre quidem possumus, quod in seculis ignorantiæ, videlicet in Comitiis Noribergensibus 1523, omnes Imperii ordines Laici conquesti fuerint, *quod nemo, sacris literis testantibus excommunicari, aut pro excommunicando haberi debeat, nisi qui hæreseos sit convictus*, & petierint, ut Cæsar mandet, *ut nullus ullam aliam ob causam, quam ob manifestum hæreseos crimen excommunicetur.* Vid. Erastum *in append. Thesium p. 63.* at in hodierna luce de crimine hæreseos & ejus pœna disserere velle turpe foret ingenuo Jurisprudentiæ & sanæ Philosophiæ Doctori & Professori. T.

Excommunicatio res magni præjudicii. (468) Excommunicatio magni est præjudicii, & major in ejus exercitio est adhibenda prudentia, quam in quavis alia coercitione,

cessæ sibi authoritatis ratione contumaces, ut supra diximus, Ecclesiastica severitate coercere.

Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio: & debet ferri in scriptis, ita ut causam contineat.

§. 17. Quoties autem causa suberit, ut judex subditum suum ecclesiastica districtione coerceat (cum medicinalis, (469) q) non lethalis excommunicatio esse debeat) non aliter, quam competentibus præmissis monitionibus (470) r) ad hujusmodi sententiam descen-

q) c. 1 seqq. eod. tit. in 6.

r) c. sacro approbante. eod. tit.

tione, quæ alias jurisdictioni cohæret. Et hinc est, quod plurium suffragia requirantur, ne quis temere ejiciatur, & a cœtu fidelium resecetur. Male igitur Pontifex potestatem eam uni alicui committit. In Gallia certe cum Archi-Episcopus Rhemensis per libellos publice affixos sub bulla quadam Papæ quendam nomine Wilhelmum Matro excommunicari fecisset, mulcta pecuniaria condemnatus fuit, ac prætetea, ut prædictum Matro suis expensis absolvi faceret, comminatione addita, nisi id faceret, immobilia ejus temporalia capi oportere. Quod quidem ex privilegio Franciæ decretum refert Joh. Papon. *l. 1. tit. 5. arest. 11.* Z.

ad §. 17.

(469) Finis enim excommunicationis non est perditio animæ, sed οἰκοδομή, confusio & conversio hominis peccatoris. Ex intentione igitur excommunicantis omnis excommunicatio debet esse medicinalis, ex accidenti autem fit peremptoria, & interneciva finaliter. Z. *Excommunicatio medicinalis.*

(470) Monitiones istæ fieri debent personis præsentibus ut testibus *c. 48. X. h. t.* Debent autem præcedere monitiones tres justis intervallis distinctæ, aut una pro omnibus *c. 9. de sent. excom. in 6.* Did. Covarruv. *in c. alma mater, eod. §. 9. n. 5.* In definien- *Varia de monitionibus.*

U (12) 3 dis

ſcendet: quam etiam de ſcripti recitatione (471) proferet, ita ut cauſam, (472) ob quam profertur (473) expreſſe

dis iſtis intervallis parci nimium mihi videntur Canoniſtæ. Ita enim Elig. Baſſæus *in florib. tit. Excommunicat. II. §. 7. Quantum autem temporis ſpacium ſit conſtituendum pro ſingulis monitionibus, colligi poteſt ex jure, conſtituendos duos ſolum eſſe dies pro ſingulis monitionibus, quamvis judex poſſit pro ſua prudentia intervallum ampliare vel reſtringere ad unum diem vel ad brevius tempus, ſi opus fuerit* &c. Illud addo, omiſſionem iſtarum monitionum ſententiam non facere nullam, Vid. Covarruv. *d. l. n. 7.* Z.

An omiſſa ſcriptura excommunicatio nulla?

(471) Sed ſi omittatur ſcriptura, ſententia tamen propterea non eſt nulla, *arg. c. 1. h. t. in 6.* Mart. Bonacin. *tom. 3. diſp. 1. qv. 5. punct. 1. §. 2. n. 11.* Didac. Spino a Caceres *de teſtam. gloſſ. rubr. XI. part. n. 6.* Gregorius Magnus tamen ſententias ab Epiſcopis Hiſpanis ſuo ævo latas ideo irritas eſſe dicit, quod legibus paritum non eſſet, quæ ſententias ex periculo & ſcripto recitare jubent. *lib. 11. epiſt. 54.* Z

Cauſæ frivolæ. Beſtiarum excommunicatio.

(472) Omisſio tamen cauſæ excommunicationem non vitiat, Didac. Spino *d. l. n. 8.* Cauſæ autem & Merita, propter quæ infligitur excommunicatio, ſunt vitia ſcandaloſa ſive in doctrina ſive in moribus, iisque accidens pertinacia & incorrigibilitas. Succeſſu temporis & papatu creſcente ad privatas offenſas, Epiſcopis, clericis, aut eorum miniſtris illatas extendi cœpit hæc cenſura, imo etiam, ſi eques ſecularis Clerico pediti obviam factus, non illico ad terram decidat, & galero de capite ſublato ſinceræ ſalutationis munus Clerico exhibeat, uti conſtituit concilium Matiſconenſe *can. 15.* Ita etiam ob furtum rei parvæ, ut damnum exile etiam jumentis & canibus Epiſcoporum datum, item, ſi quis Romipetas ulla ratione retineat & moretur in via, excommunicationis hoc fulmen evibratum fuit. Ut taceam, non manſiſſe inter homines hanc cenſu-

presse contineat, aliaque observabit, quæ tam generali,

---

furam, sed etiam adversus mures, sorices, locustas, aliasque bestiolas frugiperdas, ut & picas, monedulas, etiam arbores & viridaria, usurpatam fuisse, qua de re consuli potest disquisitio Barth. Chassanæi *consil. 1.* Talem tamen excommunicationem, ut superstitiosam & blasphemam rejicit Leonh. Vairus *de fascin. l. 2. c. 11. in fin.* Conf. Navarr. *l. 5. cons. 57. tit. de sentent. excomm.* Marius Alterius *de excomm. disp. 10. l. 3. c. 2.* it. gravamina nationis Germanicæ in Comitiis Noribergens. exhibita §. *25. 26. 27.* Z.

(473) Alia exempla causarum frivolarum adducit Zieglerus de Episcopis *III. 11. 28. p. 599. Quis non indignetur*, inquit, *propter capram, propter oviculam furto subreptum, propter servitia denegata tantam illico intentari pœnam, dirisque deprecationibus ita desigi refractarios? Non arbitror, tam felicem eo tempore fuisse Galliam, ut nulli judici nec ordinario nec delegato excommunicationis aut interdicti sententiam proferre liceret in terram Regis absque speciali mandato sedis Apostolicæ; quale privilegium deinceps a Pontifice Romano accepit, ut id aliud agendo commemorat Petrus de Marca* de concord. sac. & imp. lib. 4. cap. 10. n. 7. *Non certe tam audacter & aperte minas suas jactitasset Fulbertus. Et quis vero negaret, intercedere debere hoc casu autoritatem Principum, ne insolentius sua potestate abutantur Episcopi? Juste igitur animadversum fuit in u Archiepiscopum Tholosanum, postquam is excommunicationis f lmina vibrasset in officiales Regios, quod illi Clericum carceri inclusum tradere nollent, ut Archiepiscopus retractaret omne, quod actum fuisset, excommunicatos absolveret, & tota acta prorsus perimeret & aboleret, uti refert Joh. Paponius* in arrest. Franc. lib. 1. tit. 4. n. 9. *ubi & alterius arresti mentionem facit promulgati adversus Episcopum Castrensem, qui, quod a Parlamento Tholosano ad collationem pro*

Alia exempla causarum frivolarum.

rali, quam Lugdunensi concilio editis constitutionibus

pro reparanda Ecclesia condemnatus esset, ipsam totam Curiam excommunicaverat. Coactus igitur fuit ille excommunicationem suam revocare, indicta simul mulcta duorum millium coronatorum ad Regis palatium instaurandum. De excommunicatione bestiarum idem *ibid.* §. 43. *Illud in vanitatem abit, sive in superstitionem & impietatem, quod ab Heduis suis observatum aliquando refert Bartholomæus Chassenaeus* consil. 1. *Illi enim, si quando locustas & alia perniciosa animalia e campis expellere volebant, aliquem adjuratorem in judicem eligebant, coram quo duo procuratores constituebantur, ex populi parte unus, ex brutorum animalium alter. Populi procurator contra locustas vel similia animantia justitiam petebat, ad ea exigenda; cui ex adverso respondebat alter, non esse abigenda; tandem servatis servandis, nisi intra certum tempus abirent, contra locustas excommunicationis sententia ferebatur. Qui sane processus tam absurdus est, ut mirer, observatum eum aliquando fuisse apud populum tam prudentem. Creaturæ irrationales neque excommunicari, neque ulla alia propria censura notari possunt, quia neque peccati, neque emendationis, ad quam censura dirigitur, capaces sunt: & neque lis quidem cum illis agitari potest. Ridiculæ & merito superstitiosæ habentur a Viris cordatis tales in aves & bestiolas frugiperdas sententiæ, ut perstringere eas ulteriori discursu supervacaneum sit.* Cum vero consilium illud Chassenæi in summan contraxerit, & stultitiam ac impietatem Canonistarum accurate ostenderit B. Johannes Thomæ patruus meus *in tractatu de noxia animalium* c. 27. *n.* 40. *seqq.* non injucundum lectori erit, si ejus locum integrum, quamvis prolixiorem, hic legat. *Pulchra*, ait, *se hic nobis offert quæstio de Locustis, an hæ propter damna, agris, pratis & vineis illata vel inferenda, excommunicari possint? Quam quæ-*

Plura de excommunicatione bestiarum partim ex Zieglero,

Partim ex Johanne Thomæ.

quæstionem Bartholomæus Chassenæus Consil. I. *tractat latissime, & affirmative decidit. In themate statim narrat, esse in Burgundia quandam Provinciam, nomine Belnam, quæ muscis grossioribus abundet; ideo ad Heduos, quasi Principes Burgundiæ, plerumque eam confugere, atque petere, ut per officialem sedis Heduensis Episcopalis istis animalibus præcipiatur, ut se a frugibus abstineant, & si non pareant, ut anathematizentur. In fine consilii processum describit; primo fieri supplicationem pro parte Parochianorum, in quorum terra ea animalia saviunt. Adscribam elegantissimam ejus formulam, licet adversus mures conceptam, quos scilicet eodem Judicio pulsant isti Præstigiatores. Ita vero habet:* Supplicant humiliter & devote, lamentabiliter & querelosèque conquerendo vestri perhumiles obsequiales servitores parochiani & incolæ de N. quod cum in finibus & territoriis suis nonnulla animalia immunda in formam murium urbanorum existentia, grisei coloris, a nemoribus circumvicinis exeuntia, creaturæ rationali & humanæ contraria & nociva, quæ adeo excreverunt, quod in vineis damna humano populo insupportabilia faciunt, vineas rodunt, penitus annihilant, & jam incipiunt in vineis abundantius propullulare, causabuntq; famem, caristiam, aliaq; damna, insupportabilia, inenarrabilia, sive irreparabilia, nisi per DEi misericordiam, aut clavium ecclesiæ potestatem & bonam provisionem vestram dictis parochianis & servitoribus & subditis vestris adversus dicta animalia per vestram dignissimam paternitatem extiterit & consultum & provisum. Hinc est, quod vos simpliciter exponunt, & exorando deprecantur, quatenus super præmissis damnis insupportabilibus salubriter eisdem consulere & providere dignemini, ne fructus naturæ divina virtute producti, vitæ humanæ destinati, per hujusmodi animalia irrationabilia perimantur in cultus divini detrimentum, militantis Ecclesiæ diminutionem, fidelium providebitis saluti. Et dictos Parochianos vestros subditos apud Altissimum perpetuos habebitis oratores, & in percipiendis filios obedientes. *Vides libellum supplicem suavissimum, qui vel solus muribus objectus sive prælectus, aut locustis, eos easve omnes sedibus su-*

Occasio processus contra locustas & mures.

Descriptio processus ipsius.

Forma supplicationis.

is protinus sit ejecturus atque propulsurus quam longissime, neque credo, elegantiorem exarare potuisset obscurorum Virorum obscurissimus. Nec mora. Post insinuatam eam supplicationem dicit Chassenеus Advocatum distribui pro consilio accusatorum animalium qui respondeat, prædictam anathematizationem fieri non debere, allatis rationibus non paucis. Quibus tamen non obstantibus Judices & Officiales adjurationes facere in hunc modum:

Formula adjurationis. Adjuro vos limaces & vermes & omnia animalia immunda, alimenta hominum dissipantia & corrodentia, hoc in territorio & parochiatu existentia, ut a dicto territorio & parochiatu discedatis, & ad loca, in quibus nulli nocere possitis, accedatis, in nomine Patris & Fili & Spiritus Sancti, Amen. *Postea sententias maledictionis & anathematizationis in ampliorem formam protendi, & emitti ad Presbyteros, Capellanos &c. vicinos.*

Summaria descriptio anathematis. Præfatur 1) in illis sententiis sive Edictis Episcopus vel ejus vicarius de misericordia & amore DEi erga genus humanum, item de DEO peccatores per animalia puniente, tum de precibus & querela de animalibus istis delata. Deinde 2) suadet, ut homines peccata sua confiteantur, & defleant, Dei & Deiparæ Virginis Mariæ aliorumque Patronorum opem implorent, misericordiæ divinæ confidentes. 3) Præparat se ad anathematizationem, referens maledictionum exempla ex sacris atque legendis Sanctorum, & ad quasdam objectiones respondens. 4) jubet, ut coram populo, dum missæ celebrantur, item in processionibus suis cum cruce seu vexillo & aqua benedicta faciendis, item cum cereis, authoritate Episcopi & virtute SS. Trinitatis Clerici præcipiant animalibus istis utriusque sexus primo. secundo & tertio, ut a vexatione & vastatione prædiorum sub pœna divinæ indignationis & æternæ maledictionis desistant intra trium horarum (vel dierum) spatium. 5) Quod si non destiterint, & præcepto huic Ecclesiastico, sive divino, instigante Satana, non paruerint, tum Episcopus authoritate Episcopali ex DEi & Ecclesiæ parte, & ex parte omnium Sanctorum virtute clavium ea animalia extunc, prout exnunc vi sui Edicti maledicit, anathematizat, 6) jubet, ut & ipsi Clerici eam sententiam proferant sæpius & fre-

quen-

quenter, donec appareat divinæ pietatis misericordiæ effectus. *Mireris vecordiam hominum, qui rem precibus exoraiuntur, non ut illis DEUS exoretur, sed ut prologum quendam præmittant blasphemis suis ineptiis, aut saltem eis titulum quærant. Nimirum postquam fucatis illis precibus Deum nequicquam flecti intelligunt, alia eum via aggrediuntur, ad incantamenta sua conversi, inve illas interminationes aniles tandem desinunt, tanquam explosi utres, rem sibi bene egisse visi, cum incondito strepitu colophonem imponunt fabulæ bellissimæ. Attamen quin hæc omnia jure fiant, nullam hactenus fuisse dubitationem, intrepide adserit Chassenæus, atque in eam rem consilium conscripsit locupletissimum, & ad instar integri tractatus prolixum Non pigebit in compendium id redigere, ut videas, quanto studio rem absurdissimam defenderit JCtus.* Quinque istius sui Consilii fecit partes. In prima animalium, quæ oppugnaturus est, nomina evolvit, ea modo locustas, modo erucas, bruchos, scarabeos, convolvolos, & lingua vernacula hurebers appellari referens. Quæ quidem mittimus. In secunda parte serias nugas agere incipit. Quærit: an locustæ realiter sive personaliter citari debeant, an verbaliter? Pro prioris affirmatione adducit, quod causa sit criminalis, quodve animalia ista neque mobilia, neque immobilia possideant, ideoque suspecta sint de fuga. Ad quod tamen dubium respondet; imo hoc ipso processu ipsorum quæri fugam, & ad hoc citari, ut fugiant. Pro negativa etiam affert, quod ista animalia sint universitas, quæ personaliter citari non possit; quodve citatio personalis locum non habeat, nisi contra delinquentem, animalia vero ratione carentia non delinquant. Concludit, citari posse ista animalia, non ut puniantur ob delicta commissa, sed ut ne damnum ulterius inferant, quamvis in parte consilii ultima sui quasi immemor, necessariam non esse citationem statuat, tum quod pro manifesta injuria liceat quem etiam non citatum excommunicare, tum quod super crimine notorio ferri possit sententia nullo Juris ordine servato. In tertia parte quærit, an animalia illa possint comparere per procuratores? Pro negativa iterum facere, quod causa sit criminalis

Compendium consilii Chassenæi pro defendenda ista stulta & impia excommunicatione.

An locustæ realiter vel verbaliter citari debeant.

An possint comparere per Procuratores?

minalis, & quidem circa delictum grave; (scandalizari enim populum, dum hæc animalia perdant vinum, quod lætificet cor hominis; committi etiam ab eis homicidium, quod sanguinem videatur effundere, qui mercenarium fraudat mercede sua, item sacrilegium, quod pauperes sint membra Christi, quod procurator non admittatur sine mandato, nullum autem mandatum possit produci ab eo, qui nomine animalium compareat; neque sufficiat scientia & patientia eorum (si quis de ea objiciat) ad inducendum mandatum in primo termino. Pro affirmativa tamen allegat observantiam in Curia sedis Episcopalis Heduensis, ubi judex istis Scarabeis constituit defensorem, ne condemnentur absentes. Quid autem defensor ille debeat proponere, & quomodo absentiam suorum clientum excusare, late in hac tertia parte exsequitur Chassenæus. *Id unice agunt isti nugivenduli, ne innocentes forte scarabei in tantum discrimen adducti fuisse videantur. Credo, quod neque pulices suos aut pediculos ausint mactare, nisi accusatione prævia & instituto processu solenni.* In quarta parte disquiritur de Judice competente, Laicus ille sit, an Ecclesiasticus? pro Laico esse, quod hic non agatur de concernentibus animam, sed de damno dato in rebus temporalibus; quod judex Ecclesiasticus non possit judicare in causa sanguinis; convolvoli autem isti propter vim & rapinam, quam in fruges exercent, furcarum sint rei, aut, si anathematizationis processum urgeas, per hunc ipsis auferantur alimenta, & ita per indirectum causa sanguinis tractetur; item quod locus delicti potissimum sint agri Laicorum, aut Clericorum privati; quod animalia ista neque clericatum nec ordinem habeant, & ideo pro Laicis sint habenda. Contrarium tamen, quod Ecclesiasticus debeat esse judex, verius esse ostendit Autor, quoniam majus dignum trahat ad se minus dignum, & ergo sufficiat ad fundandam Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, quod Locustæ alicubi etiam in bonis Ecclesiæ intulerint damnum. Cum primis ponit unum motivum, ut loquitur, quod sit responsivum ad omnia contraria, nempe: quoties mucro Ecclesiæ magis timetur, quam pœna temporalis, illum a judice Ecclesiastico debere infligi; & animalia sæpe dicta nullum civi-

Quomodo à defensore absentia clientum excusanda.

An Laicus an Ecclesiasticus in hac causa sit judex competens.

civilem pœnam timere. Addit, Pontifici, Episcopis, & Judicibus Ecclesiasticis commissam esse curam gregis Dominici. Gregis autem Dominici appellatione venire omnes, qui habitant terram. Omnia enim subjecta esse pedibus ejus, oves, boves, &c. Prælatos ergo in suis Provinciis, tanquam Ministros Christi, & vivis, & mortuis & insensatis imperare posse. In quinta tandem parte cardo volvitur totius negotii. Quæritur ibi, an Scarabei sive locustæ posiint excommunicari? Omnes hic vires suas, nec immerito experitur Chassenæus. Pro negativa quidem adducit, quod excommunicationis sententia non feratur nisi in contumacem, & pro peccato mortali, at in locustas neque contumaciam cadere, neque mortale peccatum. Quod excommunicatio sit positio extra Ecclesiam, vel separatio a qualibet communione, vel a quolibet actu legitimo; cum ergo ista animalia non sint intus, nec extra poni posse. Quod ignorans excommunicari non possit, *c. fin. de constit. in 6.* Quod anathematizatio feratur in animam, *c. si quis Presbyterorum 6. X. de reb. Eccles. non alien.* & sit medicina animæ *c. 1. de sentent. excomm. in 6.* Quod non feratur, nisi in Christianum, sive qui membrum sit Ecclesiæ militantis. *c. audivimus 4. vers. in quo formam. caus. 24. q. 1.* Quod facienti actum licitum, non imputetur id, quod inde sequitur. Factum autem Locustarum licitum, esse, tam jure divino, quam naturali. Ibi enim permissum esse, etiam fundum alterius & vineas propria authoritate intrare, & uvas comedere. De natura etiam istorum animalium esse, uvas pubescentes rodere. Fecisse DEum Bestias terræ juxta species suas, jumenta & omne reptile terræ in genere suo, *Genes. 1.* & dixisse DEUM: ecce dedi vobis omnem herbam &c. ut sint vobis in escam, & cunctis animalibus terræ, omnique volucri cœli, & universis, quæ moventur in terra. Ulterius quod pœna excommunicationis non imponatur, nisi Lex expresse imponat. Quod Universitas non possit excommunicari. *c. Romana 5. vers. in universitatem X. de sent. excomm. in 6.* Quod docuerit D. Thomas, maledicere rebus irrationalibus, in quantum sunt creaturæ DEI, sit peccatum blasphemiæ. Quod DEUS immittere soleat

An scarabæi vel Locustæ possint excommunicari.

ista animalia in pœnam hominum ingratorum, qui decimas non solvunt, aut aliter sunt impii, *Deut. 28. Ps. 77. Joel. 1. c. revertimini 65. caus. 16. q. 1.* hominem ergo resistere aut contra stimulum calcitrare non debere. Quodsi homo punitionem posset impedire, sequi, apud DEUM non omnia esse possibilia, atque hominem judicem esse in propria causa. His tamen omnibus non attentis affirmativam graviter tuetur Consultus: (1) authoritate Leonhardi de Utino, in sermone de blasphemia dicentis, quod Ecclesia possit maledicere creaturis irrationalibus, maledicendo. (2) Pergit: arborem, quæ non afferat fructum bonum, debere excidi & in ignem conjici. *Marc. 3. Matth. 7.* E. multo magis destrui posse afferens damnum. (3) Omnem creaturam subjectam Juris Canonici conditori subjici debere regulis Juris Canonici *c. 1. X. de constit.* Atqui animalia irrationalia esse subjecta homini, per Psalmistam dicentem: omnia subjecisti pedibus ejus, & juberi hominem, ut subjiciat sibi terram, & dominetur piscibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus animantibus, quæ moventur supra terram. *Gen. 1. Clem. un. vers. dedit enim de reliq. & venerat. Sanct.* Esse ergo & locustas sub jurisdictione hominis; atqui non posse eas coerceri pœnis civilibus; restare ergo Ecclesiasticas. Non obstare, quod par in parem non habeat imperium. Homo vero post peccatum comparatus sit brutis. Istud enim nihil esse. (4) Omnia hominis gratia facta esse, cumprimis fructus, *l. cum igitur. 2. D. de stat. hom. §. in pecudum 37. J. de rer. divis.* (5) DEUM Malachiæ *c. penult.* promittere, si homo posuerit de fructibus in horrea DEi, se increpaturum locustas. Si ergo homo decimas præstet, ad observantiam teneri ipsum Christum, qui ex sua promissione remanserit obligatus. Recte Agricultores recurrere ad Episcopos, Christi vicarios, ut quod DEUS promisit, ipsi præstent. (6) Ea potius servanda, quæ ad vitam hominis sint necessaria, quam quæ nocent; atqui animalia ista esse nociva, fructus vero prodesse homini. (7) Etiamsi maledicere istis animalibus peccatum esset, tamen ex duobus malis minimum esse eligendum; majus autem malum esse perditionem fructuum. Ex perditione enim ista oriri

fa-

famem; ex fame mortem & homicidium. Ad quod evitandum licitum esse transgredi regulas Juris Canonici. (8) Ad clamorem populi puniri debere etiam non puniendum, ne oriatur scandalum. (9) Experientiam aliquot annorum (1481. 1487. 1488.) docuisse, quod animalia ista post anathematizationem perierint, aut locis afflictis se absentarint. *Addi potuissent exempla Severini, Abbatis Pannonici, locustas Cuculli castelli agrum devastantes suis & Ecclesiae precibus exterminantis; Bernhardi, muscas in Oratorio Fusniaci ingredientibus molestas excommunicantis; Pauli Monachi Britanni, graculos ad abbatem agentis quasi pecudes, ob frumentum depastum puniendos; Bennonis Osnabrugensis Episcopi, gliribus dioecesi sua interdicentis; Hilarionis denique, qui Onagrum sui gregis ducem ob pomarium devastatum stare quondam jussit, & baculo tundens latera, quare, inquit, comeditis, quod non seminastis?* v. Zuinger. Theatr. Volum. 5. lib. 4. p. 1515. *Sed potiora habet Noster:* (10) in delicto consummando licere, quod in consummato non liceat. Ita licitam esse maledictionem locustarum ad evitanda futura mala. (11) Etiam animalia irrationalia puniri & igne comburi posse *Levit. 20. v. 15.* (12) Avibus aliisque animalibus fructus terrae destruentibus insidias licite parari, nullas vero esse meliores insidias, quam anathematizationem. (13) Si tales excommunicationes intermitterentur, haesitaturos esse rusticos in fide, cum hactenus id viderint esse factum. (14) Anathematizationem illam fieri in nomine Domini, adeoque in virtute fidei. (15) Incantationes, quae alias sint prohibitae, fructuum conservandorum causa esse licitas. *l. artem 2. junct. l. eorum 4. C. de malefic.* multo magis ergo licitam esse Excommunicationem, quae nunquam sit prohibita. (16) Non deesse exempla, ubi maledictum sit creaturis irrationalibus, ut ficui *Matth. 21. Marc. 11.* serpenti, *Genes. 3.* Babyloni, *Jerem 1. & seqq.* terrae, *Genes. 3.* diei natali & nocti conceptionis, *Job. 3. Hierem. 20.* Sodomae & Gomorrae, *Gen. 19.* montibus Gilboa *2. Reg. 1.* Civitati Jericho, & omnibus animantibus & bonis in ea repertis *Jos. 6. vers. 17. 18. 19. 26. junct. 3. Reg. 16.* Serpentem ideo timere vocem incantantis. *Psalm.*

Psalm. 57. Eccles. 12. (17) Universitatem posse excommunicari ob delictum magnum, aut si omnes delinquant. (18) Maledici non posse animalibus secundum se, posse tamen in ordine ad hominem, propter quem facti sint. *Hæ sunt illæ rationes, quibus de miseris locustis triumphat Beluæ Patronus. Tales videlicet, quæ, cum singulæ ex meris cavillis sint consarcinatæ, omnes vix mereantur responsionem. Quædam etiam (ut prima, septima, 10. 16. 17. 18.) argumenta saltem posteriora impugnent pro negativa ab ipso Chassenæo adducta, quibus quidem ad negativam serio defendendam non indigemus, prioribus illis ex ipsa excommunicationis natura & substantia petitis satis muniti. Quis nescit, ab ipsis Pontificiis definiri excommunicationem, quod sit censura, qua quis separatur ab Ecclesiastica fidelium communione?* Zoes. n. 29. X. de sent excomm. *vel quod sit Christiani hominis a corpore Ecclesiæ, vel saltem a perceptione Sacramentorum ejus exclusio.* Canis. in summa Jur. Canon. lib. 3. tit. 23. §. 2. Bann schadet der Seel / und nimmt doch niemand den Leib / noch kräncket niemand an Land-Recht / noch an Lehn-Recht / da folge dann des Königs Acht nach. Landr. lib. 3. art. 63. & Weichb. art. 5. *Applicet hæc mihi quisquam ad Locustas. Abusus ille, inquit Leonhardus Vairus,* in tract. de fascino lib. 2. c. 11. p 159. *vituperandus videtur, qui in nonnullis partibus inolevit, ubi si quando locustas & alia perniciosa animalia e campis expellere volunt, aliquem Adjuratorem in Judicem eligunt, coram quo duo procuratores constituuntur, ex Populi parte unus, ex brutorum animalium alter. Populi procurator contra locustas vel similia animalia justitiam petit ad ea exigenda; cui ex adverso respondet alter, non esse abigenda. Tandem servatis servandis, nisi intra certum tempus abeant, contra locustas excommunicationis sententia fertur. Qui quidem modus superstitione refertus est: tum quia lis contra animalia ratione carentia agitari non potest, & cum ex terra putredine genita sint, culpa carent: tum etiam in blasphemiæ peccatum inciditur, dum Ecclesia excommunicationi illuditur. Perin-*

Censura hujus consilii.

Perinde etenim est, bruta excommunicationi velle subjicere, ac si quis canem aut lapidem baptizaret. Hæc Vairus, ipse Pontificius, Ordinis S. Benedicti Canonicus Regularis, & Theologiæ Doctor. Utrum Ecclesia secundum primam rationem maledicere possit creaturis, disputent Theologi. Potestatem eam Ecclesiæ a DEo tanquam ordinariam concessam fuisse nuspiam vidi. Exempla in ratione 16. ex sacris allata non sunt uniusmodi: de DEO quidem omnipotentiam ejus prædicant; in hominibus dolorem quædam arguunt & impatientiam, sacris ideo literis consignatam, ut imbecillitatem humanam in Viris etiam sanctissimis agnoscamus: quædam ad consecrationem & devotionem pertinent. Confer Levit. 27. vers. 28. 29. *Nonnullæ ibi maledictiones sunt propheticæ; nonnullæ miraculosæ & ex Heroico Spiritu profectæ; nullæ ad ridiculum aliquem processum juris decantatæ. Miraculorum autem dona nemo temere sibi arrogare debet, sed expectare singularem DEi instinctum aut vocationem* Frideric. Balduin. de cas. consc. lib. 3. c. 3. cas. 10. p. m. 641. *Multo minus faciendum est malum, ut inde eveniat bonum, regula de eligendo ex duobus malis malo minimo huc parum faciente. Neque plus virium cæteris inest rationibus. Secunda, 4. 6. 8. & 11. tantum hoc concludunt, perdi posse ista animalia, modum perdendi non definiunt, aut si quem intendunt, naturalem eum, non superstitiosum intendunt. Non quidquid perdi potest, potest etiam excommunicari. Idoneum & capax requiritur subjectum; quod alias non recipit ad modum imprimentis, sed ad modum receptivitatis suæ. Ut lepida admodum sit sequela rationis duodecimæ ab aucupio ad excommunicationem, abusum etiam hujus muneris nimium quantum prodens, quasi excommunicandi potestas data sit Ecclesiæ ob temporalia, ad profligandas forte locustas, aut ad capiendos mures. Quod ad superioritatem attinet, quam homo habet in animalia bruta, quamve tertia ratio urget, ea Jurisdictionis non est, (cum jurisdictionis iterum objectum esse non possit, nisi quod sit persona) sed dominationis, & quidem post lapsum restricta valde & imminutæ. Profanum au-*

autem est, ne quid gravius dicam, quod in quinta ratione objicitur, ab Episcopo impetrari posse, quod justissimus DEus ob justissimas causas (qui enim nolle posset alias?) concedere non vult. Ita nempe Minister Domino constituitur superior, & vel invito eo dispensat, quod tamen Dominus dispensationi suæ reservavit, non commisit arbitrio suorum servulorum. Ut jam nihil dicam de crudo illo intellectu Scripturæ Propheticæ, quam iterum explicabunt Theologi. Exempla, quibus innititur nona ratio, superstitiosa partim sunt & temeraria, partim fabulosa & fallacia, neque movere potuerunt alios populos, utut Pontificiæ Religioni addictos, ut Gerras istas Siculas imitarentur, aut sequerentur tam frivolam praxin. Iulius Clarus, Patritius Alexandrinus, & in Provincia Mediolanensi Consiliarius supremus ac regens in sua Provincia negat, se id unquam vidisse practicari, lib. 5. §. fin. q. 99. n. 8. *Quodsi quid summota superstitione precibus ex vera fiducia factis effectum aliquando est, id merito exemplum suspicimus, non negantes, Clementissimum Deum ardenti oratione ad avertenda vel propellenda mala facile flecti. Alias ubi preces quasi actionum formulæ recitantur, satius multo fuerit, superstitionem hominum animis eximendo scandalum tollere de populo, quam, quod oggannit decima tertia ratio, Rusticorum in fide hæsitationem timere. Miseram fidem & caducam nimis, quæ non nisi erroribus & fabulis fovenda! quasi perinde sit, sive quis ædificium imponat arenæ, sive petræ;* quam similitudinem, licet in diverso casu, habet salvator Matth. 7. v. 24. & seqq. *Non quidquid fit in nomine Domini ex sincera fide proficiscitur, ut præsupponit ratio 14. Abusus est Nominis divini, ubi sanctissimum Nomen adjicitur actui vitioso. Neque purgatur per hanc adjectionem actus vitium, sed in novum ille potius incidit profanati Nominis divini crimen.* Vid. Joh. Georg. Gödelmann. de Magis lib. 1. c. 6. n. 14. & cap. 8. n. 43. *Exemplum est, quod ipsum refert ratio 15. in præstigiis & incantationibus, tam similibus excommunicationi locustarum, quam ovum est ovo. Esto vero, Constantinum, nondum usquequa-*

que

que orthodoxum permisisse exercitium artis Magicæ frugum conservandarum causa in l. eorum 4. C. de malefic. *idem approbasse Imperatores sequentes, dum dictam legem Codicibus suis inseri fecerint. Attamen Bartolus* ad d. l. 4. *eam Constitutionem negat procedere in foro conscientiæ; imo nec in civili foro eandem attendi amplius testantur novissime ICti saniores.* Vid Dn. Carpzov. in prax. crimin. part. 1. q. 50. n. 51. 52. 53. Hactenus Iohannes Thomæ. *Videtur*, inquit Titius *Jur. priv. lib. 9. c. 16. §. 14. p. 1231. Clerus excommunicationis usum ad bestias ideo extendisse, quo ejus divinitatem Laicis superstitiosis eo magis persuaderet.* Præiverunt Pontificiis in hoc superstitionis genere Judæi de quibus hæc refert Basnagius *Histoire de Juifs l. 5. c. 18. §. 20. p. 808. seq.* " Enfin la Synagogue excommunie jusqu'aux bêtes. *L'excommunication fait son effet sur les chiens*, disent les Docteurs, & ils raportent qu'un chien aiant eu l'impudence de ronger les souliers d'un Sage, qui l'excommunia dans sa colere, on vit aussi tot un feu violent s'attacher à la queuë de ce chien, qui le tourmenta horriblement. On ne peut voir sans gemir l'ignorance & l'orgeuil des Docteurs, qui s'imaginent que l'excommunication regarde les bêtes, & que la crainte des anathêmes les chasse ou les tuë. Ptolomée disoit, qu'une table de cuivre, sur laquelle on a gravé deux serpens à l'ascendant de la seconde face d'Aries, est capable de chasser les serpens pourvu qu'on y ajoûte ces paroles: *Je lie les serpens par le moyen de cette figure; je leur defends de nuire à personne, & de demeurer dans les lieux ou cette table sera en terre.* Gregoire de Tours raporte, qu'en creusant les fossez de Paris, on trouva un morceau de cuivre, sur lequel on distinguoit la figure d'un rat; d'un serpent, & du feu. On la negligea comme une chose inutile & rompuë, mais à même temps toute la ville fut rempliё de rats, parce que la figure qui avoit la vertu de les chasser, étoit ôtée. L'excommunication n'a pas plus d'effet sur les bêtes, que les tables de cuivre sur les serpens & les rats. Il est seulement étonnant qu'on trou-

Arcanum Politicum hic latens.

Similes superstitiones Rabbinorum

Y (12) 2

trouve tant de credulité dans toutes les Religions que le Paien, le Juif, & que les Evêques Chretiens, qu' on cite souvent avec éloge, debitent des fables si grossieres. Ces derniers ne sont plus en droit de se moquer de l' idée, que les Rabbins se font de l' excommunication & de son étenduë, puis qu' ils font la même chose. *Cœlum ipsum petimus stultitia.* Sans en raporter des exemples tirez des siecles où la superstition & la credulité regnoient sans aucune contradiction, ceux qui prennent aujourdhui du tabac en poudre dans l' Eglise de Saint Pierre à Rome, sont excommuniez *ipso facto*. Est-ce que Saint Pierre glorifié a quelque aversion particuliere pour l' odeur du tabac, d' où le sait-on? Si c' est une irreverence, elle doit être punie également dans tous les Temples. Le Baron de la Hontan raporte, que l' Evêque de Quebec excommunia toutes les tourterelles de son Diocese, à cause de desordres qu' elles y causoient. Voila des hommes raisonnables, Evêques, qui lancent l' excommunication contre les bêtes; & ce qu' il y a de plus étonnant, est que ces animaux destituez de raison la craignent plus, qu' un coup de fusil, ou que l' arsenic. En effect Theophile Raynaud a copié la sentence renduë en 1516, par l' official de Troies à la requête des habitans d' un village voisin, par laquelle il ordonne, qu' après avoir entendu juridiquement les temoins, & fait les informations necessaires contre les chenilles, qui desoloient la campagne, il leur ordonne de sortir du Diocese dans *trois briefs jours*, à faute dequoi ils les excommunie. Elles craignirent tellement l' anathême; qu' elles ne firent plus aucun dommage. Un Evêque Espagnol aiant aussi excommunié les rats de son Evêché, & marque l' Ile où ils devoient se retirer, on les vit passer tous en foule, & s' aller confiner dans le lieu qu' on leur avoit assigné. Quelle obeïssance de la part des animaux! Ne dirons nous poins plûtôt, quelle extravagance de la part des hommes!,, T.

bus sunt comprehensa, (474) earundem pœnis, si contra fecerit, subjiciendus.

Iudex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre majorem excommunicationem.

§. 13. Sed quæri poterit, *f*) si judex illa verborum formula usus fuerit, *Illum excommunico*, vel simili, qua de majori, vel minori excommunicatione quicquam non expresserit, utra magis quis excommunicatus censeatur? Et responsum est, non tantum minorem, sed etiam majorem (475) censeri per Iudicem illatam: quam non modo a sacramentis, & fidelium participatione exclusio, sed alii præterea multi consequuntur effectus. (476)

f) *c. pen. extr. eod. c. decernimus & glossa h. t. in 6.*

Communicans excommunicatis incidit in excommu-

---

(474) Intelligit *cap. 48. h. t. & c. 1. eod. in 6.* Z. *ad §. 18.* *Remissio.*

(475) Satis curvam hanc vocat regulam Decretistarum Marcus Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 5. c. 9. n. 25.* & merito ei præfert regulam juris, pœnas esse restringendas & favores ampliandos, præsertim, si ex leviori causa excommunicatio facta fuerit. Quod si conjunctim verba hæc inveniantur: *anathematizamus & excommunicamus*, volunt Canonistæ, per prius vocabulum excommunicationem majorem, per posterius, minorem significari, Martin. ab Azpilcuet. Navarr. *comment. de dat. & promiss. n. 9.* Z. *Objectio. Alius casus.*

(476) I. Utique multi & magni; Summum futuri judicii præjudicium est, inquit Tertullianus *apol. c. 39.* si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & conventus & omnis sancti commercii relegetur. Z. *Locus Tertulliani.*

II. Sed ad istum locum Tertulliani facilis est responsio ex supra dictis *nota 416. sect. 2. in resolutione quæstionis. 2.* T. *Ad quem respondetur.*

municationem: & judices curare debent, quod excommunicati ab actis legitimis, & commercio aliorum abstineant.

c. quod in dubiis h. t. §. 19. Quorum ille prætereundus non est, quod quamdiu de excommunicatorum absolutione legitime non constat, qui cum ipsis communicaverint, (477) ipsi quoque nullo obstante privilegio, (478) ipso

ad §. 19.

An cum excommunicatis orandum? Alia observatio. (477) Post publicatam sententiam excommunicati fugiendi sunt, & veluti consortio indigni prorsus vitandi. Id tamen nimium videtur, quod nec orandum quidem cum illis sit, uti volunt *c. excommunicatos, cum duob. seq. u. q. 3. c. 29. X. de sent. excomm. c. 2. X. except.* idemque visum Osiandro, qui ad *can. 10. apost.* hanc addit ἐπίκρισιν: *Hic canon nimium rigidus est. Commercium enim familiare cum excommunicatis quidem fugiendum, ne videamur eos pro veris & vivis Christi membris agnoscere, sed tamen quandoque necesse est, ut iis loquamur, inprimis, cum eos admonemus, ut resipiscant & in viam redeant.* Et fatetur Franciscus Logus a Coriolano *ad d. c 10. apostol.* prohibitionem istam esse ex jure Ecclesiastico, nec tamen satisfacit ibi objectioni ex Navarro sibi objectæ, quod scil. consortium in oratione utile esse queat ad salutem excommunicati. Respondet, non licere, quia prohibitum sit; at hoc erat in quæstione, num juste prohibeatur. Dicet, illos dum simul orant, non intendere spiritualiter promovere ipsum excommunicatum. At ponendum est, hoc ab eo intendi, qui cum excommunicato orat. Add Luther. vom Bann *in fin.* Sed & quod civilem conversationem attinet, haud paulo leniores facti sunt hodierni Pontificii. Concedunt enim in Germania, Hungaria, Transsylvania, Svecia &c. ubi Lutherana viget religio & Calviniana, posse haberi cum Lutheranis & Calvinianis commercium, non obstante, quod illi dicantur hæretici manifesti & publice

pso jure excommunicationem incurrunt, (479) decretumque est *t*) propterea, ut ab ecclesiasticis judicibus seculares judices (480) Canonica præmissa moni- *t*) *c. decernimus eod. tit. in 6.*

ce excommunicati. Vid. Missionarium Apostolicum Andreæ de Castellana *part. 4. quæst. 1, 2.* Z.

(478) Quærit Covarruvias *in c. alma mater h. t, in 6. §. 1. n. 2.* utrum Pontifex Rom. possit alicui privilegium dare & jus communicandi cum excommunicatis, & negat, eo scil. sensu, ut communicans ex privilegio tali peccati culpam effugiat, immunem tamen fieri talem communicantem dicit a pœna, ne incidat in minorem excommunicationem, quod negat hic autor. Quærit porro: num etiam Rom. Pontifex communicans cum excommunicato incidat in excommunicationem minorem? Atque id quidem cum Panormitano & aliis negat, eo quod his casibus pœna excommunicationis minoris sit juris humani & positivi, nihilominus tamen peccare eum ait, quippe quod etiam jure positivo secundum vim directivam teneatur. Z. *Quid si Pontifex tale privilegium dederit, aut ipse cum excommunicato communicet?*

(479) Sollicitat hoc Marcus Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 5. c. 9. n. 29.* & dicit, pœnam hanc jure Ecclesiastico constitutam esse comminatoriam tantum & ferendæ sententiæ, non latæ. Nec placet etiam Cajetano, quod excommunicationi innodentur, qui cum excommunicatis communicant, cujus verba refert & adversus Ambrosium Compsæ atque Sixtum Senensem defendit de Dominis. *d. l. n. 34.* Z. *Dissentientium doctrina.*

(480) Dixi supra ad *tit. de procurator. §. Hi vero 13.* Pontificem hic falcem mittere in alienam messem. Nec enim propterea, quod ab Ecclesia quis remotus est, etiam a judiciis repelli debet. Gentiles & publicani nullibi arcentur judiciis; excommunicati autem nobis esse debent ut gentiles & publicani. Ut taceam jam, nullibi Ecclesiæ datam esse potestatem in judicia secularia, nisi qua- *Refutatur Lancelottus.*

tus

nitione, ecclesiastica censura compellantur, ut excommunicatos ab agendo, (481) patrocinando, & testificando in suis curiis & judiciis repellant.

Defectu, qui obvenit mihi ex te, non potes uti contra me ad tuum commodum.

u) cap. 2. de except.

§. 20. Dubitatum *u)* tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum a judicio contra se instituendo summovere possit: cum ille communionem hujusmodi contra eum replicet: & cum is, qui impetitur, a sacramentorum perceptione sit remotus, alius vero etiam a fidelium communione, replicatione minime suffragante, judicium procedere non poterit. (482)

Ex-

tenus monendo, hortando, suadendo officii sui memores facere tenetur judices. Z.

Refutatio similis.

(481) Hoc fortasse sine ratione. Excommunicatus enim non amittit bona sua, ergo nec jus agendi. Actus secundus autem ideo injuste denegatur, quia in judiciis non id agitur, ut familiaris ineatur conversatio, sed ut justum decernatur, quod justum denegari nequit excommunicato. Nec facit, quod hac ratione urgeri excommunicatum ad resipiscentiam posse, & facilius de reconciliatione Ecclesiæ cogitaturum contendas; posses enim in eum finem etiam fidiculas decernere, & quibusvis cruciatibus ad resipiscentiam adigere excommunicatum. Uti vero hoc Ecclesiæ non convenit, ita nec illud. Et semper distincta inter se fuerunt judicium & Ecclesia. Z.

ad §. 20.

Ratio & declaratio.

(482) Communicando enim excommunicato quis non potest eum ad judicia habilitare. Nec enim propter reum tantum repelli-

tur

Excommunicato communicari non potest ante absolutionem, etiamsi dederit cautionem juratoriam de parendo mandatis ecclesiæ, & episcopus ei communionem reddiderit, etiamsi morte præventus non potuerit absolvi.

§. 21. Nec x) ideo magis agere volenti communicari poterit, quod ipse ex consuetudine (483) de pa- *x) c. cum desideras. & c. a nobis cl. 2. extr. eod. tit.*

---

tur actor excommunicatus a judicio, sed etiam propter judicem, imo propter se ipsum, ut eo citius pœnitentiam agat & redeat ad Ecclesiæ gremium. Obiter noto, intelligenda hæc esse de excommunicato majori excommunicatione. Qui enim minori excommunicatione tantum innodatus est, non prohibetur esse actor, Joh. Bapt. Vivianus *in rational. ad. c. 2. X. de except.* quemadmodum etiam non prohibetur accusare Cujac. *ibid.* Z.

ad §. 21.

(483) Consuetudo hæc potius abrogari debuisset, quia hac ratione juramentum perperam & cum abusu admittitur. Aut si admittendum fuerit, communio nullatenus erit deneganda. Quod si porro Episcopus communionem excommunicato reddidit, uti dicitur in textu, quid est, quod eum a communione fidelium prohibeat? Per redditionem enim communionis intelligitur facta absolutio, aut si hæc facta non intelligitur, quomodo reddi potest communio? Omnino pugnant, redditam esse communionem, & tamen in communione non esse. Et quid vero interest, si Episcopus dicat; *ego absolvo te*: aut si dicat: *ego restituo tibi communionem?* Nec enim solennitates, quæ adhiberi solent, tanti valoris sunt, ut illis omissis absolutio verbis quibuscunque facta irrita penitus & invalida. Gravius adhuc est illud, quod si moriatur talis, qui juravit de emendanda vita, cuique Episcopus communionem reddidit, quique excommunicatos, quos antea fovit, nunc impugnavit ipse, *Absurditas Juris Canonici.*

parendo mandatis ecclesiæ juratoriam dederit cautionem, eique communionem Episcopus reddiderit, aut quod eos, cum quibus participavit, postmodum impugnavit: nam nisi post juramentum præstitum secundum formam ecclesiæ absolutus fuerit, nec cautio, nec perperam restituta communio quicquam proderit. Quod ipsum obtinet *y*) etiam, si post prædicta, morte quis præventus, absolutionis beneficium obtinere non potuerit: nec enim ei, cui vivo non communicamus, defuncto communicabimus.

y) d. c. a nobis. § unde quantumcunque.

Excommunicatus si ante mortem ostenderit signa pœnitentiæ, etiam mortuus potest absolvi.

§. 22. Plane *z*) si de mortui pœnitentia per evidentia signa, (484) dum viveret, constiterit, defuncto quoque (485) absolutionis beneficium a proprio judice (486)

z) c. a nobis cl. 2. vers. potest extr. eod. tit. & in fin.

---

quod talis nihilominus pro excommunicato sit habendus. O iniqua mater Ecclesia, quæ ista doces & profiteris. Z.

ad §. 22.

Exempla. (484) Puta si de sacerdote, a quo absolveretur, accersendo cogitavit, si tristitiæ dolorisque ob gravissimas noxas signa, argumentaque clarissima edidit, si DEUM, sibi ut ignosceret, precatus est &c. Vid. Gabr. Albaspinæ, *ad can. ult. Concil. Epaunens.* Z.

Absolutio duplex, cum monito. (485) Distinguunt absolutionem, quod alia sit quoad Deum, alia quoad nos. Talem, qui vere contritus moritur, absolutum esse dicunt quoad DEUM, non autem quoad nos, sive quoad Ecclesiam. Hanc igitur absolutionem etiam mortuo esse impertiendam, saltem ideo, ne Ecclesiasticis careat beneficiis *c. 28. X. h. t.* Polydor. Rip. *de act. in mort. art. c. 35.* Quod si res recte æstime-

(486) impendendum erit, hæredesque ejus, ut pro ipso satisfaciant, (487) si sponte nolint, Ecclesiastica censura compelli poterunt.

Diffamato de excommunicatione non possumus communicare, nisi se purget vel ad cautelam se faciat absolvi: & toleratus ab Ecclesia non debet vitari, nisi in occulto.

§. 23. Sed *a*) etsi qui pro sacrilega manuum injectione in edictum excommunicationis incidit, denunciatus quidem non sit, sed de patrato scelere publica laboret infamia, nemo sibi pari ratione communicare debet, (488) nisi vel ad arbitrium Episcopi de

a) c. cum desideras. §. secundum extr. eod. tit.

metur, non tam absolutio hæc erit dicenda, quam declaratio, defunctum in vera resipiscentia diem suum obiisse, & hinc dignum fuisse, qui excommunicationis vinculis liberari debuisset. Z.

(486) Interest, an absolutio facienda sit in mortis articulo, an vero post mortem. Illic absolvere potest quilibet Sacerdos simplex. Hic absolutio reservatur illi soli, qui viventem extra mortis articulum constitutum absolvere porest. Polyd. Rip. *d l. n. 8.* Z. *Quis judex proprius.*

(487) Satisfactiones istas, ut in pontificia exiguntur Ecclesia, in satisfactionem & meritum Christi injurias esse, & hominibus simul impossibiles, ostendi supr. *tit. de pœnitent.* Et tamen etiam heredes adiguntur, ut eas præstent, sicubi defunctus Clericorum postulata morte anteverterit. Multum enim faciunt istæ satisfactiones ad εὐδαιμονίαν Clericorum. Z. *Monitum de satisfactionibus.*

ad §. 23.

(488) Præter necessitatem recidit autor in materiam de percussione clericorum. Sequitur autem ex antepositis, denunciationem non esse necessariam, sed eum, qui percussit Clericum, a sci- *Ratio.*

 en-

de hoc se purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur, nisi forte *b*) soli tibi de facinore constet: hoc enim casu, quandiu toleratur ab Ecclesia, privatim tantummodo a te vitandus erit, (489) ut saltem verecundiæ robore suffusus pro latenti excessu satisfacere compellatur.

b) *c. cum non ab homine extr. eod. tit.*

Par-

entibus vitandum esse, quia scilicet ipso jure in excommunicationem incidit. Z.

Variatio Juris Canonici. (489) Publice igitur vitandus non est. Quinimo de Sacerdote dicunt, si de tali percussore tantum ex confessione compertum habeat, non debere eum vitare talem percussorem. Barbos. *ad. c. 14. X. h. t.* Quomodo autem sibi constabit illud, quod supra cum Canonistis asseruit autor, & percussorem, & communicantes cum eo, ipso jure excommunicationem incurrere? Nulla igitur opus erit denunciatione, nulla causæ cognitione, nulla sententia. Nec dici potest, quod toleretur ab Ecclesia, qui ipso jure, ipso facto ab ea exclusus & rescissus est. Novissime vero per decreta Synodi Constantiensis & Basileensis constitutum est contra Canones veteres, occultum excommunicatum nec secreto quidem vitandum esse, imo nullum excommunicatum, etiamsi certus sim, excommunicatum eum esse, etiamsi hoc ex fama publica aut duobus testibus probari possit, ante factum denunciationem a me vitandum esse, nisi tam notorie excommunicatus sit, ut nulla possit tergiversatione celari aut excusari. vid. Covarruv. *in c. alma mater p. 1. §. 2. n. 7. seq.* Per consequens non amplius ipso jure incurret in excommunicationem, qui excommunicato communicat. Et hac ratione ad saniorem sensum redactum est jus pontificium. Quin & ipsa exceptio de notorie excommunicato adhuc magis restringitur a Canonistis, & de solo percussore clerici explicatur, per ea, quæ tradit Covarruvias *d. l.* Z.

ad

Participatio criminosa cum excommunicatis implicat participantem eadem excommunicatione.

§. 24. Sed multum interest, qualiter excommunicato communicatur: nam si quidem crimini (490) & criminoso communicavit quis consilium, puta auxilium, vel favorem impendendo, vel forte cum clericis (491) ab Apostolico excommunicatis scienter c) & sponte participaverit, & ipsos in officiis receperit, eadem excommunicationis sententia (492) involvetur, qua illi ipsi sunt obstricti, quibus cum ita ab eo communicatum fuit: cumque ratione damnati criminis d) in eum, qui damnavit, delinquere videatur, merito ab eo, (493) vel si videtur, ejus supe-

c) c. significavit nobis extr. eod. tit.

d) c. nuper a nobis §. in primo extr. eod.

ad §. 24.

(190) Quinque requirunt, ut quis hoc casu in excommunicationem majorem incidat. 1. ut participatio fiat in crimine, postquam criminosus excommunicationem contraxit, 2. ut participatio fiat in eodem crimine, propter quod alter fuit excommunicatus. 3. ut scienter fiat communicatio. 4. ut principalis excommunicatus sit vitandus, imo ut etiam si denunciatus. 5. ut cooperatio non usque adeo levis sit. Aug. Barbos. *ad c. 29. n. 4. X. h. t.* Z. *Requisita quinque.*

(491) Etiam hoc casu quinque requirunt. 1. ut participantes sint clerici, 2. ut scientes, 3. sponte, 4. in divinis & 5. cum excommunicatis a papa, participent. Barbos. *ad c. 18. n. 2. h. t.* Z. *Alia quinque.*

(492) Regulariter minori tantum excommunicatione innodatur, qui communicat excommunicato. Sed hic habet autor casus exceptos, qui satis duri sunt, sed a Papa ita decisi. Z. *In regula aliter.*

(493) Per consequens, qui participat cum Clericis ab Apostolico h. e. papa excommunicatis, a solo papa impetrare debet absolutionem. Z. *Illatio.*

Z (12) 3 (494)

periore juramento præstito, delicti tunc erit absolutio requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus suis excommunicati fuerint. (494)

Participatio cum excommunicato non criminosa, illigat participantem minori excommunicatione, a qua per ordinarium absolvi poterit.

e) c. nuper a nobis s. in secundo. extr. eod. tit.

§. 25. Quod si aliter, puta *e*) in choro, in mensa, in osculo, aut sermone excommunicato communicatum fuerit, tunc minor tantum incurritur, & nulla interveniente juratoria cautione a proprio sacerdote, vel Episcopo, absolutionis beneficium obtineri poterit; (495) quamvis enim & tunc non judicis,

---

Scilicet a Papa Romano.

(494) Innocentius IV. & Gregorius X. noluerunt talem excommunicationem decerni, nec permiserunt, communicantes excommunicatis, majore excommunicatione innodari, nisi post monitionem canonicam *c. statuimus* 3. *& c. constitutionem* 9. *h. t. in 6.* Reservata igitur videtur hæc formula, *Excommunico te cum tuis participibus*, soli Pontifici Romano. Z.

ad §. 25.

Communio & reconciliatio major vel minor.

(495) I. Uti faciles sunt Pontificii in excommunicando, ita faciles etiam sunt in absolvendo. Absolutio autem necessario requirit præviam pœnitentiam. At olim non tam facile excommunicatis & pœnitentibus absolutio conferebatur. Neque his qui ab Ecclesiæ communione separati erant, simul & semel jus integræ communionis reddebatur, sed successive & partialiter ad rationem communionis sive minoris sive majoris. Minor sive minima omnium rerum societatem & communionem concedebat, si Eucharistiæ & oblationum usum potestatemque removeas, major, quæ omnium rerum usum & sic etiam Eucharistiæ admitteret. Sic etiam reconciliatio alia erat minor, qua pœnitentes absolvebantur & jus primæ com-

cis, sed juris sententia excommunicato communicans sit illigatus, quia tamen conditor Canonis ejus ab-

communionis recuperabant, alia major, qua adipiscebantur jus communionis integrum & ad omnia simul sacramenta admittebantur. Gabr. Albaspinæ. *lib. 2. Obs. 32. 33.* Sic & de ministro reconcillante sive absolvente constitutum fuit *can. 32. Concil. Carthag. III.* ne presbyter inconsulto Episcopo reconciliet pœnitentem, nisi absente Episcopo & necessitate cogente. Z.

II. Ad intelligendos mores veteres de reconciliatione pertinet etiam quæstio quam tractat Zieglerus *de Diaconis cap. 8. §. 63. seq. p. 134.* quid sit: *exomologesin facere apud Diaconum?* ad quam occasionem dederant Cypriani *l. 3. epist. 17.* verba sequentia: *Occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos a Martyribus acceperunt, si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectent præsentiam nostram. Quin apud presbyterum quemcunque præsentem, vel si presbyter non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint, ut manu ei in pœnitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres, literis ad nos factis desideraverunt.* Communis sententia est: exomologesin facere apud Diaconum nihil aliud esse, quam aliquem a pœnis satisfactoriis aut ab excommunicatione liberari a Diacono. Contra Albaspinæus *lib. 2. obs. 27.* ea rejecta novam plane explicationem dedit. Nimirum præsupponit, in Ecclesia Africana aliquando obtinuisse, lapsis ut ignoscere veniamque indulgere possent martyres, non solum participes eos faciendo meritorum, quæ martyrio & tormentis consecuti essent, sed etiam plene absolvendo, quod plerique omnes, qui in fodinis aut triremus detinerentur, sacerdotes essent aut presbyteri. Ex quo concludit, a martyribus ita absolutos omni culpa & crimine vacasse, neque ulterius aliqua sacerdotis absolutione opus habuisse; manus autem

Exomologesin apud Diaconum facere quid?

absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso relaxandi facultatem aliis concessisse videtur.

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in majorem excommunicationem.

f) c. fin. extr. de cler. ex- comm. c. quod in dubiis §. illi autem h. t.

§. 26. Hoc f) tamen tunc obtinet, (496) cum non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ cum excommunicatis quis commercium habuerit: nam qui contra prohibitionem sui præsulis excommunicatorum communioni sese ingesserit, anathemate feriendus erit.

Si

tem a diacono ideo impositas fuisse, non ut societati fidelium restituerentur, aut jus communionis, quod peccando amiserant, recuperarent, sed ut ritus tantum & ceremoniæ servarentur & adderentur, quippe quæ in carcere perfici non potuerint. Hanc Albaspinæi commentationem eruditam quidem vocat Zieglerus, sed dubia tamen nonnulla adversus eam movet, ibi videnda, concludens, non tamen pro nuda ceremonia habendam illam exomologesin apud Diaconum factam, sed potius supponendum esse, Episcopos in isto casu permisisse Diaconis ut excommunicatos absolverent, quod alias Diaconis non licebat. Denique notat §. 67. exomologeseos vocabulum ibi pro simplici confessione accipi, adeoque non semper pœnitentiam publicam denotare, etiamsi vel delictum pœnitentiam publicam meruerit, vel etiam delinquens eam subire paratus sit. &c. T.

ad §. 26.

Objectio. (496) At omnis talis, qui scienter cum excommunicato communicat, facit id in contemptum disciplinæ Ecclesiasticæ, quia scit, cum eo non esse communicandum. Sed videtur Pontifex tum demum contemptum punire voluisse, quando accesserit prohibitio præsulis. Z.

ad

Si excommunicatus minori indurescat in ea, poterit excommunicari majori.

§. 27. Quod si ex locutione & aliis similibus minori excommunicatione irretitus (497) fortius indurescat, (498) poterit judex post Canonicam monitionem g) etiam majori excommunicatione, & consimili participantem illigare. Quod & in suspensionis, & interdicti sententiis observandum erit.

d.c. §. nullus.

g) c. constitutionem eod. tit. in 6.

Quæ sit monitio Canonica.

§. 28. Tunc h) autem Canonica (499) censebitur esse monitio, si competentibus intervallis, atque aliis rite observatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim. (500)

h) d. c. constitutionem eod. tit. in 6.

Igno-

---

ad §. 27.

(497) Inepte excerpsit Lancelotus *cap. statuimus 3. de sent. excomm. in 6.* Quid enim est: *ex locutione & aliis similibus excommunicatione irretitum esse.* Ergo tollenda fuisset obscuritas, & ita supplendus fuisset sensus. *Quod si participans cum excommunicatis, & ob hanc participationem, (sive ea in locutione, sive in aliis modis constiterit,) pariter excommunicatione irretitus, indurescat* &c. T. *Emendatio.*

(498) Coincidit hic paragraphus cum antecedente, in materia & casu communi. Nisi dicere velis, requiri hic monitionem canonicam, illic simplicem prohibitionem. At tum ista oritur difficultas, quorsum necessaria sit monitio canonica, si idem obtineri possit effectus per simplicem prohibitionem. Z. *Dubium.*

ad §. 28.

(499) Vide quæ dixi supra ad §. *quoties* 17. *h. t.* Z. *Remissio.*

(500) I. Quid vero si id factum non fuerit? Respondet Martinus ad Azpilcueta Navarrus *in manual. c. 27. n. 4.* in terris illis, in *Quid si non factum?*

Ignorantia excusat participantem cum excommunicato.

*) c. excellentissimus & seq. 11. q. 3. §. 29. Interdum *) tamen excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obstringitur, ut accidit in eo, qui cum illo conversatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter ignorabat. (501)

Epi-

---

in quibus id non faciunt judices, subditos non servare eorum præcepta, & uti illi sint in possessione ferendi literas contra participantes sine solennitate illorum jurium, ita istos esse in possesfione non parendi illis, & non habendi se pro excommunicatis. Sed profecto σιδηρόξυλον mihi videtur, subditum in possesfione non parendi esse, Z.

Simile monitum. II. Interim moribus hodiernis non infrequens est hic defectus, ut debita & Jure Canonico præscripta monitoria & alia eo pertinentia non rite obſerventur, unde evenit, ut non obedientes periculum excommunicationis nimis rigide incurrant, Quæ caussa potisſima, ut ipſe in præfatione memorat, movit Jacobum Eveillon, ut tractatum *de Excommunicationibus & monitoriis* in idiomate Gallico scriberet, & potisſimum quæſtiones de monitoriis diſtinctius quam alii fecerant, tractaret, & consuetudines erroneas oſtenderet, & taxaret. T.

ad §. 11.

Dolus qualis hic requiritur. (501) Quia tum caret dolo, qui in delictis puniendis imprimis attenditur. Ad incurrendam tamen excommunicationem sufficere dicunt dolum præsumptum. Celſ. Bargal. *de dol. l. 4. c. 7. n. 3.* quod admodum durum eſt, eo quod excommunicationis pœna per ſe gravis ſit, ut minus proportionata videatur dolo præsumpto. Hunc enim mitius puniri debere tradit Farinac. *quæſt. 87. n. 4.* Andr. Tiraquell. *de pœn. temp. cauſ. 15. n. 2.* Z.

ad

Episcopi debent propalare nomina excommunicatorum.

§. 30. Unde ut excusationis causa omnibus auferatur, providere debent Episcopi *i*) ut excommunicatorum omnium nomina tam suis parochianis, quam vicinis Episcopis (502) pariter indicent, eaque in celebri loco posita pro foribus Ecclesiæ cunctis convenientibus inculcent, ut hujusmodi adhibita diligentia excommunicatis Ecclesiasticus aditus adimatur.

i) *can. cura sit. 11. q. 3.*

Omnes qui ante prolationem sententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam post.

§. 31.

ad §. 30.

Variatio Juris Canonici.

(502) Ita & olim observatum, uti patet ex Alexandri Episcopi Alexandrini epistola de Ario ad omnes universi Orbis Episcopos, ap. Socrat. *lib. 1. c. 3.* Add. Epiphan. *hæres. 69.* & Basil. *ep. 47. ad Athanasium.* Quo pertinet Synodica Epistola Concilii Africani ad Cælestinum P. R. quæ habetur in fine Cod. Canon. Eccles. African. ubi ita scribunt Patres: *Deprecamur, ne deinceps ad vestras aures eos, qui hinc veniunt, facile admittatis, nec qui a nobis excommunicati fuerint, in communionem velitis deinceps excipere. Nam hoc quoque in Nicena synodo definitum facile advertet venerabilitas tua. &c:* Sic etiam nec absolvebantur publice, neque ad communionem admittebantur, qui excommunicati fuerant, antequam relatio de pœnitentia ad populum facta fuisset, uti patet ex act. concil. Ephesin. ap. Peltanum *tom. 6. c. 13.* Baron. *ad ann. 432.* Hodie vero jure Decretalium vitandi sunt excommunicati in omnibus provinciis, etsi excommunicationis sententia in una tantum diœcesi promulgata fuerit. Et per hoc recessum fuisse ab antiquo jure, in eoque jura communia, quæ per promulgationem demum legis obligationem inducunt, violata fuisse, agnoscit Pet. de Marca *de conc. sacerd. & imp. lib. 2. c. 15. n. 10.* Z.

 (503)

c. quoniam multos 11. q. 3. & cap. inter alia extr. h. t. §. 31. Uxores quoq; excommunicatorum, filii, servi, ancillæ, rustici, servientes, & omnes, qui ante sententiæ prolationem excommunicati obsequio tenebantur familiariter adhærere, non solum a communione excusantur: verum etiam, (præterquam *k*) in criminibus) communicare tenentur, (503) cum sine illa debita præstare nequeant obsequia.

k) *c. si concubinæ. extr. eod. tit.*

Ne-

Varia de excommunicatione Regum. (503) I. Hinc ergo infertur, non incidere ipso jure in excommunicationem qui excommunicato communicat, nisi dicere velis, ideo istos, quos hic enumerat, non incidere, quia a Pontifice diserte eximantur; cui tamen reponimus, non fuisse in Pontificis arbitrio quicquam hac de re statuere, quippe quæ jure divino & naturali innititur; in quod nulla est Pontifici potestas. Infertur hinc porro, non competere in Reges nisi excommunicationem minorem. Major enim, quæ Christianis interdicit libero ac voluntario commercio edendi, bibendi, conversandi cum excommunicato, in Regibus non magis habere potest locum, quam in conjugibus, ne reddant conjugale debitum; in filiis, ne parentibus officia debita præstent; in servis & subditis, ne dominis suis justa exhibeant. Proinde Leonem III. Imperatorem male Gregorius II. Papa communione piorum hoc papali more removit, ut indiceret Italis, ne ei aut tributum darent, neque obedirent. Sigon. *de Regn. Ital. lib. 3.* Quo eodem modo etiam Gregorius VII. Henricum III. Imp. universi Imperii finibus exegit, subditos religione jurisjurandi solvit, & ne ullam Imperatori suo obedientiam præstarent, indixit. Hoc scilicet est illud fulmen, quo in immensum potestatem suam auxit Jupiter Romanus. Sed quod jamdiu contemptim habuerunt Reges Galliæ. Vid. Joh. Papon. *l. 1. tit. 5. arest. 27.* Tussan. Berchet. *in pio consil. sup. bull. pap. p. 141.* Atque istam Gallorum sententiam magna cum παῤῥησίᾳ exponit Hincmarus Remensis *in Epist. ad Hadria-*

num

num II. auctoritati scil. Ecclesiasticæ vel excommunicationibus locum esse non posse, cum de re seculari agitur. Ipse de se addit: *Nescio quomodo ipsius Regis, vel inter quos habito, præsentiam, & communionem vel consortium valeam devitare, cum Rex & habitantes mecum una cum Rege non solum in parœciam, verum & in civitatem meam sæpe conveniant.* Et porro: *Ecclesiam & plebem mihi commissam deserere & aliorsum, ut mercenarius non valeo fugere, nec quo extra regnum ejus fugiam, habeo* Conf. Petr. de Marc. *de concord. sacerd. & imp. lib. 4. c. 14. n. 1.* Z.

De excommunicatione regum, liber Episcopi Lincolniensis.

II. Plura in eandem sententiam attulit Zieglerus *de Episcopis lib. 3. c. 11. §. 67. ad §. 73 p. 619. seq.* Prodiit Londini 1679 versio Gallica tractatus Episcopi Lincolniensis *de Principiis & doctrina Canonistarum & Curiæ Romanæ de excommunicatione & depositione Regum,* in qua Autor duo principaliter docet. I. Contra eos, qui negant, talem potestatem tribui Pontifici, ubi demonstrat partim ex celeberrimis Doctoribus Pontificiis, partim ex ipso Jure Canonico, partim ex Epistolis & Bullis Papalibus, partim ex Canonibus & decretis Conciliorum, asseri, quod Papa possit excommunicare & deponere Reges, eorum Regna ad alios transferre, & subditos absolvere a juramento fidelitatis & subjectionis. II. Quod hæc principia sint valde periculosa & extreme noxia, atque incompatibilia cum subjectione & obedientia Regibus debita, imo opposita legibus tam divinis quam humanis. Peccare enim ista principia partim contra conscientiam & adversa esse saluti æternæ, impellere item subditos ad rebellionem: exponere etiam eadem omnes, qui illa agnoscere nolunt, periculo amittendi bona universa, honorem & vitam, atque hoc modo maxima damna inferre non solum regibus ipsis tam Romanæ religioni addictis, quam Evangelicam doctrinam sequentibus, sed & universo Populo. Guilielmus Barclaius *de potestate Papæ cap. 4 p. 17. seq.* duabus potissimum causis adscribit, quod ansam dederint Pontificibus, ut imperium sibi in Reges assererent, unam, ingentem illum honorem, qui a Principibus Christianis delatus fuerit Pontificibus & præjudicatam sanctitatis opinionem de sede illa beatorum Apostolorum Petri & Pauli,

Sententia Barclaji de excommunicatione.

alteram gladium excommunicationis, maximum illud ſpiritualis (ſcilicet) imperii propugnaculum, qui tanto terrori erat, ut populus minas Pontificias excommunicationis fulmine, qua jure quave injuria, communitas, neque contemnere, neque negligere auderet, cum in concionibus frequenter ea vox perſonaret: omnem excommunicationem, etiam injuſtam, eſſe timendam, & ſolius Pontificis eſſe, æſtimare, juſtane ſit, an injuſta. Elias du Pin *de antiqua Eccleſiæ diſciplina diſſert. 3. p. 279. ſeq.* concedit equidem, ſi quis exacte loqui velit, Reges abſolute ab Eccleſia excommunicari poſſe, hoc eſt indignos Eccleſiæ communione declarari in rebus ſpiritualibus, non autem in temporalibus ac civilibus (id eſt ut Zieglerus vult, excommunicatione minore, non majore,) videlicet ex ea ratione, quod Chriſtus apud Matthæum in verbis: *ſit tibi tanquam publicanus & ethnicus*, excommunicationem juſſerit. (vid. eand. *diſſert. 3. p. 245.*) Statim tamen ſubjicit, non expedire id facere: *Plus enim* (inquit *p. 280.*) *inde detrimenti Reipublicæ Chriſtianæ accedit quam boni; nec id fieri poteſt ſine magno periculo ſchismatis, pacis publicæ perturbatione, Eccleſiæ vexatione & cæteris calamitatibus, quas inde ſequi moraliter, ut ajunt, certum eſt. Quapropter juxta regulam ſuperius ex Auguſtino traditam, vix unquam debent excommunicari Reges & Principes; atque hinc in Imperatores Chriſtianæ Religioni infenſiſſimos & hæreticis addictiſſimos, nullam excommunicationis cenſuram antiqui Epiſcopi fulminaſſe leguntur, ne ſcilicet eos gravius exacerbarent adverſus Eccleſiam. Quis ignorat quantum fuerit Conſtantii in hæreticos ſtudium? Cui ſunt ignotæ vexationes, quibus Epiſcopos orthodoxos & Eccleſiam affecit? non tamen propterea quisquam eum excommunicavit non Athanaſius, non Oſius, non Liberius ullam in eum excommunicationis dixere ſententiam. Valentem Arianum nemo a communione Eccleſiæ expulit, imo Baſilius eum ad ſacra myſteria admiſit, teſte Theodorito* lib. 4. Hiſt. c. 19. *Zenonem Imperatorem fidei Catholicæ iniquiorem, & hæreticis faventem benigne adhortati ſunt Romani Pontifices, nec cenſuris eum percuſſerunt, ſed totam*

Eliæ du Pin doctrina de inutilitate excommunicationis Regum, etiam minoris.

tam culpam in Acacium refudere: *vide* Epistolam tertiam *Felicis tertii ad Zenonem*, *& Gelasii* Epist. 11. *ad Dardanos. Vitalianus Papa Constantem Heraclii nepotem, hæreticum, fratricidam & Sacrilegum, qui Martinum e sede dejecerat, & relegatum fame confecerat, qui in Maximum & eius discipulos sævierat, non modo non excommunicavit, sed & honorifice excepit. Gregorius Magnus legem Mauritii parum æquam promulgavit, nec propter eam illum excommunicatione perculit, sed ut legem revocaret decenter admonuit. Idem Pontifex Phocam crudelissimum Mauritii interfectorem non modo non excommunicavit, sed & multis laudibus extulit. Ex quibus & aliis innumeris, quæ hic afferri possent abunde liquet. Reges & Principes licet malos in Ecclesia tolerandos sæpius esse, quam excommunicandos.* Meretur etiam ejus *dissertatio 7. p. 433. ad p. 592.* ut tota perlegatur, in qua probat, Pontificem aut Ecclesiam nullam habere in reges, eorumque bona autoritatem directam vel indirectam, nec posse reges ab ipsis ullatenus deponi aut eorum subditos a fide & obedientia eximi. Ubi *cap. 1.* demonstrat, potestatem Ecclesiæ totam esse spiritualem, & in temporalia nullatenus extendi, quia videlicet Christus, ut Ecclesiæ caput nullam exercuerit, nec habuerit in temporalia potestatem, & quia tota potestas a Christo discipulis collata, sit spiritualis; porro quia Christus & Apostoli omnem potestatem & jurisdictionem temporalem ab Ecclesia rejecerint: Accedere testimonia Romanorum Episcoporum, Sanctorumque Patrum, eo tendentia, ut Ecclesia in spiritualibus tantum habeat potestatem, reges vero in sola temporalia, & neutram potestatem ab altera dependere. Ulterius Ecclesiam per vim gladiumque materialem homines cogere minime posse. In *cap. 2.* probat, civilem potestatem in se & ex sua natura independentem esse a spirituali, partim, quia potestas regia sit immediate a Deo, & ab illius solius potestate pendeat; partim quod reges peccantes a nemine, præterquam a Deo temporali pœna plecti possint; partim quod Ecclesia non possit vi & armis resistere regibus etiam potestate sua abutentibus, sed teneatur eos patienter ferre; partim, quod principibus in rebus civilibus & tem-

De injustitia excommunicationis majoris.

temporalibus omnes sint subjecti; partim denique quod adversariorum opinio, demum Gregorium VII. Papam, parentem agnoscat, & antea inaudita fuerit. In *cap. 3.* respondet objectionibus desumtis ab autoritatibus & exemplis ex sacris literis, in specie rationibus & inductionibus Bellarmini; porro rationibus a factis ad jus concludentibus, ubi examinat excommunicationem Theodosii, & probat, hunc Imperatorem nec majore nec minore (seu ut ipse loquitur, nec mortali nec medicinali) excommunicatione ab Ambrosio fuisse notatam; examinat etiam privilegium Sammedardense aliaque similia, depositionem Vambæ, Regis Hispanorum, Gregorii II. excommunicationem adversus Leonem Isaurum, depositionem Childerici Galliarum Regis, translationem imperii a Græcis ad Gallos, Ludovici Pii & Lotharii exautorationes, septem Electorum institutionem, tentatam a Gregorio VII. depositionem Henrici VI. Imperatoris, depositionem Ottonis IV. Friderici II. Ludovici V. seu Bavari, tentatas in Reges Francorum depositiones, gesta Pontificum adversus reges Anglorum, concilii Lateranensis 4. canonem 4. concilii Constantiensis sententias super hoc negotio, respondet etiam autoritatibus Theologorum ac Canonistarum recentium, & examinat decretum Sacræ Facultatis Parisiensis adversus Henricum III. Galliæ Regem &c.

Basnagii sententia affirmantis principes posse excommunicari.

Basnagius sæpius citata *dissert. 3.* in medio *Tomi II. Annal. Eccles.* §. *10. p. 485. Existit disceptatio, minuatne Regum majestatem Excommunicatio, cui proinde parcendum sit, ne honore sibi debito Principes exuantur. Non dubitaremus quidem affirmare, Excommunicationis vinculis eos esse liberos, si dignitatem politicam deterreret, subditorumque solveret obsequia. Verum abusus hic est excommunicationis, religionis pernicies, Reipublicæ funus. Cum itaque excommunicatio non in summæ potestatis, sed in Sacramentorum privatione consistat, quin Principes, cum in hæresim flagitiaque incidant, quæ salutarem corporis & sanguinis Christi medicinam in letiferum sumentibus venenum mutant, a sacris sint removendi, nobis non est ambiguum. Quodsi privatus aliquis ob scelera sua divina mensa arcetur, quanto magis*

gis ab ea pelli debet Princeps impius, qui Ecclesiæ longe majori detrimento est? Purpura quidem ex ovili Christi Episcoporumque potestate neminem eximit. Neque adstruendæ sententiæ deficiunt Antiquitatis exempla. Cum clarissimo Blondello, Julianum Apostatam testem non citabimus, de Euzoio *Antiocheno scribente:* Il se mit en devoir d' exclure de l' Eglise Julien l' Apostat, comme indigne de la vuë des mysteres. *Sphalma hoc est viri magni genuinum. Theodoriti verba sunt:* Et Julianus quidem sacram mensam perminxisse dicitur: cumque Euzoius id facinus prohibere vellet, colaphum ei inflixit. *Julianus ille, Juliani Imperatoris, qui audit Apostata, avunculus erat, de quo Marcellinus:* Rufinum Arabium Comitem Orientis, in locum avunculi sui recens defuncti provexit. *Deinde sacra mysteria non peragebantur ingrediente Arianorum Ecclesiam Juliano Comite. Factum igitur Euzoii ad Principum excommunicationem nil spectat. Aliis ergo argumentis est utendum. Non existimamus quidem Philippum Imperatorem, Christianum egisse. Ex ex ea tamen fama nascitur nobis argumentum. Philippo in postrema vigilia Paschatis, ut precum particeps fieret, Ecclesiam ingredi volenti, Episcopus non prius aditum permisisse fertur, quam confessionem scelerum fecisset. Ea de Philippo narratio disseminari non potuisset, si regia majestas tutum reddit ab excommunicationis gladio. Lippis atque tonsoribus cantatur excommunicatio Theodosii M. qui furori indulgens suo, innocuo sanguine Thessalonicam inundaverat. Anastasium Imperatorem Chalcedonensi Concilio adversarium, nonnulli e sacris tabulis exemerunt, eique anathema Ecclesia Hierosolymitana denuntiavit. Caroli Calvi filia Judith, quam ex Hermentrude susceperat, Ethelredo Angliæ Regi nupta, post ejus mortem in Gallias reversa a Balduino Comite non invita rapitur. Episcoporum sententia, anathemate Balduinus damnatus est. Exemplorum satis.* Modo probarent. Non vero opus est, ut in refutanda hac assertione nos detineamus, cum jam supra *nota 416 sect. 2.* ostenderimus, Basnagii doctrinam non cohærere firmiter, & frustra eum

Monitum circa eam.

occinere cautioribus *in* §. *12. ibid. p. 486.* quasi non ea vis sit excommunicationis, ut regiam principibus dignitatem, magistratui autoritatem, privatis honores, bonaque auferat sua. Cœcus foret, qui non contraria omnia etiam ex minore excommunicatione necessario profluere videret. Brunnemannus *Juris Eccles. l. 1. C. 6. membr. 9. §. 2. & 3. Sed dicat aliquis: quid opus sit disciplina Ecclesiastica, cum per DEi gratiam habeamus Christianum Magistratum; cujus est scelera inquirere & castigare. Verum o homo, qui ita sentis, quæro, an Magistratus omnia vitia puniat? certe non; nam quam multa non puniuntur in foro Politico. Dejerationes, abusus dictorum Scripturæ adludicra, prophanatio Sabbathi, quæ fit variis modis, inimicitiæ, lites, æmulationes, ebrietas, crapula, conversationes suspectæ, variæ fraudes in negotiis, avaritia, injustitia, defensio causæ malæ, iudicia de aliis præpostera & mille alia, quæ Ecclesia emendat, in Magistratus inquisitionem non veniunt. Quis iudex varia scandala, præsertim juventuti præbita, punit? Hæc sancta Mater Ecclesia vindicat in filiis suis. Et o homo, ignoras, etiam sub Christianis Imperatoribus disciplinam Ecclesiasticam exercitam fuisse, imo ipsos summos Principes, qui nullum in terris iudicem habent, huic disciplinæ colla sua subdidisse. Longe alius finis inquisitionis Politicæ & disciplinæ Ecclesiæ. Illa enim punit ea, quæ pacem publicam turbant; hæc homines ab æterna damnatione liberare satagit: illa ad vindictam & pœnam, hæc ad emendationem directa: illa incipit a generali inquisitione hæc a speciali, dum Rev. Minister verbi, antequam Ecclesiæ dicat, ipse eum interpellare & hortari ad pœnitentiam debet. Illa inquisitio inurit maculam, hæc non. In illa requiritur processus ordinarius vel saltem iudicialis; in hac requiritur processus a Domino Jesu præscriptus* Matth. 18. *in illo in peccata publica animadvertitur, hic etiam paucis vel uni tantum nota &c. qualia etiam emendari minime possunt, si non iterum iuxta media a Salvatore præscripta admonitiones & postea publicæ correptiones fiant.* Quemadmodum autem ex hactenus

Brunnemanni doctrina de necessitate disciplinæ Ecclesiasticæ cum monito.

ctenus dictis *nota 416*, omnibus pro utilitate disciplinæ Ecclesiasticæ hic a Brunnemanno adductis rationibus absque difficultate satisfieri potest; ita non equidem mirandum, quod ICtus, qui alias multos errores juris Ecclesiastici Protestantium ex Papatu retentos primus detexit, non omnes viderit, sed vana persuasione communi, (ac si Christus jusserit excommunicationem; acsi excommunicatio sit actio spiritualis; acsi sancta mater Ecclesia careat vitiis; acsi denique florentissimus Ecclesiæ status fuerit sub seculis qui ex pœnitentia fecerunt pœnæ tenentiam, & quæ infamiam & alia damna temporalia hæreticis sub larva pœnæ spiritualis per excommunicationem irrogarunt,) deceptus multa bona ex reintroductione disciplinæ Ecclesiasticæ sibi promiserit. Plura etsi tamen non omnia observavit ejus Gener B. Strykius in notis ad illum Soceri locum *p. 242. seq.* quod videlicet in quæstione de excommunicatione Regum cautius sit procedendum. *An reges*, ait, *& principes subjaceant Disciplinæ Ecclesiasticæ controvertunt: Extat exemplum Theodosii Imperatoris apud Sozom.* lib. 7. c. 24. *& affirmativam sententiam defendit Voet.* d. Tr. P. 2. cap. 4. Problem 9. *Sed an ultra admonitiones crebras, severissimam Divini Numinis v indictam illis ob oculos ponendo, hic progredi possit Ministerium, dubito; Non enim huius arbitrium aliter agnoscit Princeps, quam qua suadendo, monendo & voluntatem divinam exponendo, officio suo fungitur. Executio vero, cum vinculum superioritatis & obsequii laxet, illi concedenda non erit. Est enim auctoritas Principis, anima Reipublicæ qua læsa toti Reipublicæ & per consequens etiam Ecclesiæ imminet periculum. Reinking.* de Regim. Sec. & Eccles. lib. 3. Cl. 2. cap. 2. n. 38. *Sane nec Ambrosii exemplum, Theodosium Imperatorem excommunicantis, quantum ad executionem, probatur ab omnibus, vid. Wahremun d. ab Ehrenberg.* Tr. de Subsid. Regn. c. 2. n. 35. seqq. *licet pro Ambrosio, quod recte egerit, pugnet* Volschqv. in aur. piet. secul. cap. 90. *ubi prolixe de illa facti specie agit. Sed cum præcipue in denegatione S. Cœnæ se exerat apud nos disciplina Ecclesiastica, an Principi, si antea admonitus abunde a Ministerio,* de-

Strykii opinio de excommunicatione regum.

desistere nolit, ab eo, quod contra legem DEi directo hactenus commisit, S. Cœna denegari possit? Sane non præsumendum est, casum hunc inter Principes Christianos esse dabilem; nemo enim Sacræ Cœnæ usum ad æternam corporis animæque internecionem desiderabit; quod fieret, si non agnito peccato sed peccandi ulterius proposito ea uteretur. Quodsi vero tandem spretis his omnibus, Cœnæ administrationem urgeret, nec modesta, precque deprecatione se liberare & impetrare posset Minister, ut propria sponte his sacris se abstineat Princeps; Officio suo cedere potius, quam saucia conscientia eidem ulterius præesse deberet. Nec enim notorio peccatori fas est, cum protestatione & periculo petentis, Cœnam administrare, sicut hoc in Ministro quodam Ultrajectino improbat Voet. Pol. Eccles. d. Tr. 2. c. 3. p. 845. *Et sane non ignotum erit exemplum Confessionarii Regis cujusdam in adulterio viventis, qui potius officio cedere, quam Regem ab adulterio secedere nolentem, absolvere, & ad S. Synaxin admittere voluit. De cætero, quid de excommunicandi licentia, quam in Imperatores sibi sumserunt Romani Pontifices, sentiendum, in specie vero de Henrico IV. qui ita excommunicatus, ut simul omni imperio excideret, & subditi obsequio liberarentur, vid. Otto Frisingens.* lib. 6. cap. 35. *Petr. Molin.* de Monarch. Pontif. Rom. *& Goldast.* in Collect. Tractatibus contra Pontificem. *Pro Pontificis vero potestate in Imperatores reliquosque Reges pugnat Joh. Azor.* Instit. Moral. lib. 10. cap. 8. P. 2. lib. 11. cap. 5. *Ex nostratibus de excommunicatione Principis consuli potest D. Hulsemann.* Tr. de Corrept. Fratern. p. 302. & seq. *Danhauer.* Theolog. Conscient. P. 2. Dial. 3. sect. 5. q. 4 p. 1131.

Monitum de illa. Hic illud tantum moneo, jam supra *nota 218. ad lib. 2. p. 758. seq.* ostensum esse, falso asseri quod minister Ecclesiæ peccet, si notorium peccatorem admittat ad usum S. Cœnæ. Quod absolutionem attinet, verum quidem est, non apparere, quomodo minister Ecclesiæ absque læsione conscientiæ possit pertinacem & notorium peccatorem absolvere; Sed tamen hoc malum non est timendum, ubi confessio auricularis plane non est in usu. Quodsi adhuc

hunc in usu sit, suppetit *fuga* hic a Strykio inculcata nec adeo opus est *fugatione* vel exclusione Principis. Quanquam adhuc aliud remedium suppeditet B. Titius, cujus sententia de excommunicatione tam in genere, quam de excommunicatione regum in specie *ex jur. priv. lib.9.cap.16.§.17.sq.p.1231.seq.* sequens est. *Annon tamen hodie recte excommunicatio adhibeatur, alia quæstio est? cuius decisio a sinedependet, si enim, ad excitandam veram pœnitentiam illa suscipienda sit, tum illud frustra omnino fieri, licet a magistratu politico eadem dirigatur, plane existimo, quia, ut aliquoties dictum, per vim externam, vera pietas excitari nequit, præterea excommunicatio media pœnitendi, ac cum Deo reconciliandi, excommunicato non aufert, licet ex principiis papalibus hoc credendum sit. Quodsi autem nihil, nisi externa honestas, excommunicatione intendatur, tum autoritate Imperantis, eam quidem fieri posse concedo, ut tamen, procurandæ honestati externæ, rectius alia media adhiberi, simul existimem: Ministris autem Ecclesiæ, ne hoc quidem respectu facultas excommunicandi tribui debet, quia excommunicatio est medium civile, imperium aliquod præsupponens* v. c. 14, §. 8. seqq. *Praxin si respiciamus, excommunicatio in universum rarior est, minorem tamen aliquando sibi asserit Clerus, si vero autoritate Consistorii illa expediatur, tum sublimior veræ pietatis finis prætexi solet. vid. Ziegl.* Superintend. c.16.17.18. *quæ, secundum genuina principia defendi nequeunt. Ex his facile intelligi potest, num Reges, & liberi Principes, disciplinæ ecclesiasticæ ac excommunicationi subsint? Hoc multi quidem asserunt. vid. Stryk.* ad Br. I. E. l. 1. c. 6. m. 9. §. 2. *Schilt.* I. I. C. l. 2. tit. 5. *Verum, sine hæsitatione, quæstio neganda est, nam Imperans cuius autoritate excommunicatio suscipiatur, non occurrit, Clero autem imperium in Imperantes non competit. Ad impœnitentiam igitur Imperantis, ea agere debet minister Ecclesiæ, quæ* c. 14. §. 22. 23. *retuli. Exemplum Ambrosii, Theodosium excommunicantis, v. Dn. Rechenberg.* differt. de Theodos. excomm. in Vol. differt. p. 2. p. 241. *nihil probat, nam licet grave crimen Theodosius commiserit, recte*

Titii assertio quod excommunicationis nullus apud Evangelicos sit usus & de excommunicatione regum cum addito judicio.

cte etiam ab Ambrosio reprehensus sit, jus tamen excommunicandi mensuram ministerii ecclesiastici excedit, ac papatum redolet, nam ex eo, quod Imperans peccet, imperium Cleri non sequitur, nec obstat, quod remota excommunicatione, libido peccandi in Imperantibus magis accendatur, *nam hoc ad incommoda Monarchiarum pertinet, Clero autem imperium non tribuit. Quod si tamen minister Ecclesiæ*, excommunicationis comminatione, *aliquando Principem ab aliquo peccato retrahere possit, id non improbandum erit, est enim id consilii, non imperii.* Ego vero hoc consilium non pro fraude pia, sed pro re plane impertinente & , ubi constat, excommunicationis jus non competere Sacerdotibus, plane inutili & omni effectu destituta habeo, & potius approbo consilium, quod *ibid. c. 14. §. 22. seq. p. 1213.* suppeditat. Ubi postquam præmiserat plura ad illustrandam & confirmandam *notam* nostram *218. ad libr. 2.* facientia tandem inde quoad praxin infert; *Si impœnitens ministro Ecclesiæ offeratur, id ei faciendum erit, quod modo diximus; si vero ipse Imperans absolutionem petat, ac ea tamen palam perpetret, quæ impœnitentiam arguant, tum quia delatio ad Superiorem cessat, absolutio conditionata* (hoc est illud aliud remedium, ad quod in verbis paulo antecedentibus respexi) *prævia doctrina & admonitione sufficiente, impertienda est; Sane si minister Ecclesiæ, privatum repellere nequit, multo minus Imperantem rejicere potest, maxime si impœnitentia sit quodammodo dubia. Si ita agat Minister Ecclesiæ, & conscientiæ suæ consulit, nec rationes civiles turbat, sed officium Viri prudentis implet. Quodsi tamen hæ similesque rationes, alicui nondum sufficiant, ut, illæsa conscientia, impœnitentes admitti posse, existimare queat, ei munere ecclesiastico abscedendum, adeoque occasio agendi evitanda est, nam uti contra conscientiam, licet erroneam, non recte agitur, ita, vice versa, errans exigere nequit, ut alii quoque errori actiones suas attemperent, atque ita ille in normam communem evalescat. Posset externus dispensandæ Eucharistiæ actus ita instrui, ut nihil omnino scrupuli Ministris Ecclesiæ in-*

de

de suboriretur, si scilicet confessioni & absolutioni speciali generalis, ad nullum individuum in specie applicata, surrogaretur, ac usus Eucharistiæ, sine interventu Ministri, perageretur. Sed hactenus usitata dispensandi ratio, ad utilitatem & honorem Ministerii magis pertinet, & licet scrupulos quosdam excitare apta sit, attamen conscientiam necessario non sauciat. Schilteri errores in doctrina de excommunicatione summatim tetigi *in cautelis circa praecognita Jurisprud. Eccles. cap. 21. §. 18. p. 255.* Coronidis loco commendo omnibus Regibus sive Catholicis sive Protestantibus & Evangelicis, & eorum ministris Politicis gravissima verba Marci Antonii de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 5. cap. 9. §. 41. p. 293. Hæc est ferula, quæ solos Principes Christianos vibicibus onerat, eosque sub pædagogo cogit esse, qui in terris supra se neminem habent, solo Deo minores. Si nesciant, aut nolint huic ferulæ manum subducere, eamque in ignem projicere, profecto apti, ne dicam digni sunt, contra quos indies novæ virgæ, novæ scuticæ, imo flagella, & scorpiones a Romanis Pontificibus ipsorum pædagogis excogitentur, evibrentur, ac ad sanguinem, imo necem usque intorqueantur. Viriliter sane nostri sapientissimi Veneti Senatores ferulam illam, de manu læva Pontificis nuper vel extorserunt, vel excusserunt, ac flammis injectam in cineres redegerunt. Utinam tandem dextræ ipsius sceptrum illud spiritualis Monarchiæ & fulminis avellerent, jugumque cervicibus suæ ditionis Episcoporum detraherent, ipsique sua regia vere divina potestate Ecclesiasticum externum regimen in suis Regnis & Provinciis moderarentur; quam feliciores omni ex parte essent.* Docet denique ipsa praxis, excommunicationes sive papisticas, sive papizantes, sive minores sive majores, uti ex sua natura omni effectu spirituali carent, ita omni etiam effectu politico destitui, si modo resistat Magistratus Politicus. Videatur Fabri Staats-Cantzley *Parte 4. c. 12. fascic. 2. p. 656. seq.* ubi obiter nota, quod dicatur *ibid. p. 191. etiam in aliis regnis hodie non admitti excommunicationes ad æmulationem Jurisdictionis secularis attentatas;* quæ etsi apud Pontificios erronee juris-

Errores Schilteri.

Locus emphaticus M. Anton. de Dominis.

Omnis excommunicatio est æmula jurisdictionis secularis.

Necessitas, vel simplicitas excusat a communione cum hæreticis.

†) c. quoniam multos §. quic. 11. q. 3.
**) c. si vere §. est autem eod. tit.*
c. cum voluntate §. pen. ext. eod.

§. 32. Mercatores †) autem, & viatores, (504) nisi aut creditores sint excommunicatorum, aut necessitatis immineat articulus, abstinere debent: sed si in terram *) excommunicatorum devenerint, ubi vel non possint ab aliis emere, vel unde emant, non habeant ab eisdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impediet. Prædicatores quoque, præsertim qui alias sustentari non possunt, ab excommunicatis, & alienorum bonorum detentoribus

jurisdictionem quandam pseudospiritualem, & crimina ecclesiastica agnoscentes, aliam plane sensum habeant, apud Evangelicos tamen id significare debebat, quod nulla excommunicatio, sive minor, sive major tolerari debeat, cum omnis excommunicatio sit æmula jurisdictionis secularis, & cum hactenus ostensum fuerit, omnem jurisdictionem ecclesiasticam esse speciem secularis, & crimina etiam ecclesiastica vel plane non esse crimina, ut hæresin, vel etiam secularia, ut Simoniam &c. T.

ad §. 32.

Quinque genera exceptionum.

(504) Vidit Gregorius VII. qui telo hoc excommunicationis totum concussit terrarum orbem, & commerciis & ipsi generi humano perniciosum esse, si excomonnicatio per participationem nimium extendatur, & hinc igitur plurimas exceptiones facere coactus fuit, quam Summistæ ad quinque capita revocant isto versu comprehensa:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Vid. Marc. Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 5. c. 9. n. 29.* Z.

(505)

bus eleemosynam licite recipere possunt. (505) Idem juris est de iis, qui adeo sunt rudes, ut eorum consilio verisimiliter scelera perpetrari non possint: aut qui cum iis communicant qui communicant (506) excommunicatis.

Omnino coactus excommunicatis communicans non cadit in excommunicationem, secus, si quis solum metu communicet.

§. 33. Sed an invitus *l*) excommunicatis communicans excommunicationis labe inquinetur, videamus: & si quidem sit per coactionem astrictus (507) cum magis hoc casu pati, quam agere videatur, excommunicatione non tenebitur. Aliud statuendum erit, si quis per metum sit inductus: licet enim metus culpam minuat, quia tamen eam non prorsus ex-

l) *c. sacris est canonib. ext. de iis quæ fiunt vi, metusve caus.*

(505) At vero illicite acquisita, quæ oboxina sunt restitutioni, ne in pauperes quidem erogari possunt. Paul. Laymann. *theol. moral. l. 2. tr. 3. c. 6. n. 7.* tantum abest, ut de iisdem participare clericos deceat. Z. *Lucri bonus odor.*

(506) Ne processus fiat in infinitum, cum ita facile excommunicationis labe infici posset tota aliqua universitas. Z. *Ratio.*

ad §. 33.

(507) Differt actio violenta & metu peracta. Illius totum principium foris est, ita ut nihil per se ad id conferat agens, h. e. ut nihil ipsum actum adjuvet subjectum, sed habeat sese mere passive. Hæc vero voluntatem minime excludit, cum ipsum subjectum concurrat, eligendo minus malum, ut evitetur majus, ut proinde actus per talem metum causati, voluntarii sint & liberi. Spontaneum enim est, quod eligimus vel simpliciter vel ob certum finem seu metu majoris mali. Z. *Differentia actionis violentæ & metu patratæ*

excludit, cum nullius metus obtentu (508) mortale pec-

Non cohæret jus Canonicum.

(508) Doctores varie torquentur circa intellectum hujus textus, ut videre licet apud Barbosam. Eos exagitat Marcus Antonius de Dominis *lib. 9. c. 5. n. 35.* cujus hic aliqua verba adscribam: *Supponit Pontifex*, inquit, *tanquam concessum & indubitatum, quod nemo roganti largiretur, nempe communicare cum excommunicatis ita semper esse peccatum mortale, ut nullo metu unquam possit excusari, & tamen aliæ Decretales, etiam ipsorum horum tetrorum fulminum fabri Gregorii VII. & passim omnes Doctores pro fugienda fame, pro famulitio & similibus causis licere ajunt citra omne peccatum communicare cum excommunicatis etiam in divinis, & hoc non licebit, si quis mortem intentet? Bone Deus, in quam se formam, non vertunt Protei nostri, quid hic non dicunt Canonistæ, quid Theologi, ut veram esse doceant hanc decretalem? Frustra tandem omnes sudant, neque hilum proficiunt, & longissimam molestissimamque vere cæcorum vel andabatarum pugnam instituunt; quod enim nulla ratione defendi potest, id tamen invita minerva defendere volunt, quia cedere & manus dare dispudet.* Hactenus de Dominis. Subtilis tamen hic est Barbosa, qui rationem differentiæ se invenisse putat. *Quando enim*, inquit, *quis propter necessitatem famis communicat cum excommunicato, ponitur circumstantia, quæ tollit omnino ipsius actus malitiam.* (quasi vero actus per se malus, qualem hic fingunt Canonistæ, per circumstantiam in genere licitorum poni possit) *quia scil. intentio petentis alimenta ab excommunicato principaliter fertur secundum finem illum sublevandi famis necessitatem*, (at etiam hic intentio agentis principaliter fertur ad conservationem vitæ) *petitque ab excommunicato rem sibi debitam ab ipsa lege naturali* (at ita debet etiam vita conservari, quæque est necessitas evitandæ famis ad conservandam vitam, ea est necessitas & multo adhuc major evitandæ mor-

peccatum quis incurrere debeat, excommunicationis pœnam non evadet.

Communicans excommunicato in convertendo, non est excommunicatus.

§. 34. Item cum voluntate m) & proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit is, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel alias ad salutem ejus pertinent, (509) in locutione participat, licet & alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat.

m) *c. cum voluntate ext. eod. tit.*

Absolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest.

§. 35. Si quis tamen n) ex his dubitet, vel ex aliis, ne non judicis, (510) vel canonis sententia sit

n) *cap. 2. eod. tit. in 6.*

mortis præsentaneæ) *talisque petitio est medium natura sua ordinatum ad propriæ vitæ conservationem.* (alimenta sunt medium natura sua ordinatum, non petitio ab excommunicato, aut si hanc facis medium natura sua ordinatum, non minus communicatio cum excommunicato tale medium facies, quia petitio ab excommunicato non potest fieri sine communicatione cum eodem.) Z.

ad §. *34.*

(509) Quomodo vero hoc convenit cum illo, quod alias statuit jus Canonicum, ne quidem orandum esse cum excommunicatis? qua de re jam dixi supra *ad* §. *quorum ille 19.* Z.

Aliud exemplum.

ad §. *35.*

(510) Quomodo quis dubitare possit, ne non judicis sententia innodatus sit, non video. Sententia enim semper certa est, nec vel propterea de ea quis dubitare poterit, quia supra tit. de sentent. re-

Novum dubium.

sit innodatus, sese per competentem judicem, juxta Innocentianarum constitutionum tenorem ad cautelam absolvi postulare poterit: quod & is, qui minori innodatus est excommunicatione, exequi poterit.

Excommunicationis absolutio non debet peti omisso medio, nisi in contrarium sit consuetudo.

c. dilecti el. 3. de appellat. c. Romana eod. tit. in 6

§. 36. Sed hoc casu advertendum erit, ne omisso medio (511) ab eo, qui tuus judex non sit, absolutionis beneficium postules. Pone enim, quod suffraganei cujusdam subditus, puta Archidiaconus, excommunicationis in te tulit sententiam, non jam a Metropolitano, cum nec excommunicantis judex sit, nec excommunicati, sed ab ipso suffraganeo absolutio petenda erit, nisi consuetudo *o*) contrarium induxerit.

o) gloss. in c. referente. ext. de praeben.

Sede vacante absolvit, qui habet Episcopalem jurisdictionem.

p) c. un. de major. & obed. in 6.

§. 37. Episcopali vero sede vacante, (512) *p*) ca-

---

requisivit autor, ut de scripto recitaretur. Non ergo quis dubitare potest, num condemnatus sit, aut si dubitet, facile ea de re certior reddi poterit. Z.

ad §. 36.

Ratio duplex.

(511) Recte ab eo petitur absolutio, qui innodavit. Illi enim causa cognita est, & quousque excommunicationis nexus durare debeat, omnino dijudicare poterit. Sed & contemptus subesse videtur, si ab alio petatur absolutio. Z.

ad §. 37.

Declaratio.

(512) Absolvere ab executione est actus jurisdictionalis, qualem sede vacante exercere potest capitulum, aut alius, ad quem tunc

capitulum, seu is, ad quem Episcopalis jurisdictio tunc temporis pertinere noscitur, his, quibus posset Episcopus, si viveret, ab excommunicationis sententia, sive juris, sive hominis fuerit, absolutionis beneficium impertiri poterit, nisi ei fuerit ab Apostolica sede specialiter interdicta potestas. (513)

Superior de excommunicatione cognoscens, videns illam justam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, nisi is malitiose differat absolvere: secus autem, si comperiat illam injustam: sed si dubitetur, honeste faciet, si remittet.

§. 38. Vbi vero superiori (514) competit de ex-

tunc jurisdictio pertinet, qualis est visitator, aut electus ad hoc per capitulum, vel aliqua particularis dignitas ex privilegio vel praescriptione. Joh. Bapt. Vivian. *in rational. ad c. un. de major. & obed. in 6.* Z.

(513) Quia potestas absolvendi actus est jurisdictionalis, nec specialiter conceditur, male interdicitur a pontifice, praesertim cum necessarium sit, ut etiam sede vacante absolutio excommunicatorum fieri queat. Z. *Objectio.*

ad §. 38.

(514) Synodus Nicena *can. V.* postquam vetuerat, ne quis Episcopus excommunicatum ab alio Episcopo, sive Clericum, sive Laicum susciperet, provocationem nihilominus concedit excommunicato ad plurium Ecclesiarum cognitionem & decisionem, quando e vestigio addit: *Sane ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione, ut fieri solet, injuste factum remedium non haberet, decernunt, per singulos annos in singulis provinciis iterum ab omnibus Episcopis concilia agi debere, & de hujusmodi negociis judicari, ut si forte ab uno inique aliquid gestum est, a caeteris* *Appellationis ab abusu.*

excommunicatione cognoſcere, ſi eam juſtam eſſe conſtiterit, veluti q) cum propter manifeſtum exceſſum eſt in aliquem promulgata, ſuperior judex, niſi ſit in mora periculum, excommunicatum ad excommunicatorem prorſus remittere debet: nec eum abſolvet, (515) niſi excommunicator requiſitus dolo illi abſolutionis beneficium exhibere deneget. Si vero hujusmodi (516), ſententiam injuſtam eſſe conſtet,

r) c. venerabilib. §. ſane eod. tit. in 6.

---

ris emendetur: ſi recte, ut ab omnibus confirmetur. Hinc provocationes a conciliis numero judicum minoribus ad concilia majora, a provincialibus ad nationalia, a nationalibus ad univerſalia. In Galliis introductæ ſunt hoc caſu appellationes, uti vocantur, ab abuſu, quibus adverſus excommunicationes nullas aut temerarias Principum ſecularium præſidium imploratur. De earum juſtitia vid. Petr. de Marca *de concord. ſacerd. & imp. lib. 4. c. 19. n. 5.* Z.

Declaratio. (515) Si tamen id facit, abſolutio tenet, licet forſitan ſit injuſta *c. 7. verſ. Sane h. t. in 6.* Z.

Effectus excommunicationis injuſtæ. (516) I. Refert Sixtus Senenſis *lib. 6. bibl. annot. 71.* errorem quorundam Scholaſticorum áſſerentium, excommunicationem injuſte latam nullius eſſe momenti, nec proinde eſſe timendam. Iſtum ut refutet, diſtinguit cum Thoma Aquin. inter culpam & pœnam, nullum innocentem poſſe ligari, ſed in pœnis poſſe peccatores etiam ab injuſtis paſtoribus, ex ira etiam & odio excommunicantibus ligari. Z.

Nullitas omnis excommunicationis. II. Si ut vult Senenſis omnis excommunicatio injuſta nulla eſt, ſequitur, quod omnis excommunicatio nulla ſit, cum omnis excommunicatio ſit injuſta uſurpatio juris politici magiſtratui competentis, puniendi delinquentes. Diſtinctio Thomæ Aquinatis rem magis implicat, quam explicat. Acceptamus, quod excommu-

ſtet, excommunicatus ad ſuum excommunicatorem nequaquam remittendus erit, ſed ſine dif-

---

municationem pro pœna habeat, & eo ipſo, dum concedit injuſte quem excommunicari poſſe, eo ipſo fateri cogetur, non eſſe pœnam ſpiritualem, cum DEus miracula aut res admirandas ſupranaturales non faciat ad arbitrium cleri irati & invidi. Et inefficax plane & parum pertinens eſt conſolatio adverſus injuſtam excommunicationem, quam ſuppeditat Basnagius *diſſ 3. in med. Tom. II. Annal. Eccleſ. §. 21. p. 489. Cæterum cum frequenter accidat excommunicationem eſſe aut temerariam, cum levi de cauſa; aut injuſtam, cum abſque ulla æqui ſpecie promulgatur, conſolationis fomenta adhibebimus, quæ violenter Excommunicatis Auguſtinus paravit:* Sæpe ſinit divina providentia expelli de congregatione Chriſtiana, etiam bonos viros. Quam contumeliam, vel injuriam ſuam, cum patientisſime pro Eccleſiæ pace tulerint, neque ullas novitates vel Schismatis, vel hæreſis moliti fuerint, docebunt homines, quam vero affectu, & quanta ſinceritate charitatis Deo ſerviendum ſit. Hos coronat in occulto Pater, in occulto videns. *Quibus mens Gregorii aperitur, dicentis:* Sententia Paſtoris, ſive juſta, ſive injuſta, timenda eſt. *Licet enim temeraria excommunicatio innocentis, vel de pietate, vel de gloria cœleſti nil deterat, imo patientia utriusque amplitudinem augeat, dum manſueto fert animo illatam ſibi injuriam, non immerito tamen dolore afficitur, cum ab externa Eccleſiæ ſocietate pellitur: utpote qui ſacramentorum uſu prohibeatur, collectaque olim pietatis fama ſpolietur; quod vel fortibus viris maximam ægritudinem efficit. Levius fit patientia, quod corrigere eſt nefas.* Homo patiens hac conſolatione non habet opus; impatienti ea nihil prodeſt, Melius eſt, ſi principes præcaveant ſecundum regulas juſtitiæ & prudentiæ, ne conſolatione ulla ſit opus. Non autem opus erit, ſi nemo injuſte excommunicabitur; Non autem aliquis injuſte excommunicatur, ſi Principes obſervantes verſicu-

Solamen miſerum pro injuſte excommunicatis.

cu-

sine difficultate debet absolvi. Quod si dubitetur, utrum justa sit vel injusta, superior illam tollere poterit: quanquam hoc casu honestius & convenientius egerit, si excommunicatori deferat.

Ubi manifestum est delictum, non conceditur absolutio, nisi prævia cautione, alias secus.

r) c. cum olim. extr. de verb. sign.

§. 39. Manifestum *r*) autem excessum (517) illum esse intelligemus, qui vel per confessionem, vel probationem juridice notus fuerit, vel sit adeo res evidens, ut nulla possit tergiversatione (518) celari. Quo casu *s*) non ante concedenda erit absolutio, quam idonea pro delicto præstetur satisfactio; (519) cæterum si

s) c. ex parte in fin. de verb. sign.

culum notum: *Fistula dulce canit* &c. excommunicationem plane non permittant, &c. T.

ad §. 39.

Remissio. (517) Repetenda hic sunt ea, quæ ad finem tituli 2. supra *nota 64.* prolixe de obscuritate & explicatione distinctionis delictorum in occulta & manifesta, seu notoria disserui, uti & sequens nota Ziegleri confirmabit, quæ ibi dixi. T.

Evidentia & notorietas differunt. (518) Statuunt Moralistæ hodierni, evidentiam facti non sufficere, ut quis ex infamia juris censeatur irregularis proprie, nisi sententia juridica accedat, adeoque id tantum dici notorium ad effectum irregularitatis, quod facit notorietas juridica aut per sententiam condemnatoriam, aut quando delinquens confessus delictum in judicio. Evidentiam non sufficere ideo, quia aliqua tergiversatione saltem apparente celari potest, hac vel illa excusatione posita, Vid. Thom. Hurtad. *tr. 1. resol. 38. n. 387.* Z.

Contra satisfactionem. (519) Satisfactionem pro peccatis a nobis ipsis præstari non posse, abunde jam *lib. 2.* ostendimus. Z.

(520)

si de admisso dubitetur, ut sententia relaxetur, sufficiet, si de parendo mandatis Ecclesiæ legitime cautum fuerit: (520) quanquam si pro simplici contumacia excommunicatus, solam de stando juri cautionem exhibuerit, absolvendus erit.

Si pars se dicat post appellationem, vel alias nulliter fuisse excommunicatam, sunt super hoc partium admittendæ probationes, ut appareat, an quis indigeat absolutione.

§. 40. Multum etiam intererit, utrum absolutionis beneficium postulans, se post appellationem ad Rom. Pontificem legitime interpositam, vel alias nulliter excommunicatione innodatum conqueratur: an vero simpliciter injuste se proponat excommunicatum. In prima enim specie, si episcopus sit probare paratus, se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, sententiam protulisse, antequam de- *c. cùm contingat §. ad quod. de offic. del.*

(520) Volunt Canonistæ, etiam in mortis articulo excommunicato, antequam absolvatur, de satisfaciendo satisdandum esse, aut si satisdatio sit imposibilis; cautionem præstandam vel realem per pignoris constitutionem, vel verbalem per juramentum, ita ut hoc ultimo casu duo ab eo præstanda sint juramenta, prius, quod nec fidejussores reperire possit, nec bona habeat, quæ obliget; posterius, quo pollicetur se facturum satis. Polyd. Rip. *de act. in mort. art. c. 35. n. 16, 17. 22.* Ecce vero, quam rigide agunt cum morientium conscientiis. DEO cum satisfieri non possit, nihilominus juramento constringuntur conscientiæ, quod satisfacere velint. Z. *Plura de cautione satisfactionis.*

decernatur aliquid, (521) utriusque partis super hoc probationes sunt admittendæ: per quas denique apparebit, an absolutione indigeat conquerens, vel potius non ligatus sit denunciandus.

Si quis dicat se injuste excommunicatum, prius est absolvendus, antequam sint admittendæ probationes super justitia excommunicationis.

d. c. cum contingat §. verum d. t. c. solet de sent. excomm.

§. 40. Aliud juris erit, cum injuste se quis excommunicatum asserit: tunc enim si Episcopus, ut ostendat, quod juste excommunicaverit, probationes suas admitti postulet, audiendus non erit: nam etsi constaret (522) excommunicationis sententiam juste pro-

ad §. 40.

Objectio & alia observatio.

(521) Sed cur non absolvi illico poterit ad cautelam, uti supra de dubitante dixit autor, quod ad cautelam absolvi possit, §. *si quis tamen:* Absolutio enim fieri potest etiam in eo casu, quo excommunicatio, num teneat, dubitatur, ut maxime ex post facto certum fiat, non tenuisse. Id obiter noto, in Galliis Curiarum secularium judiciis cognitionem quandoque subjici de excommunicatione facta. Sic enim condemnatus fuit aliquando Episcopus Cenomanensis, ad effodiendum quendam, quem ipsius officialis, pendente appellatione ab eius processu, excommunicaverat & ad eum absolvendum atque in terra sancta sepeliendum, referente Paponio *lib. 19. tit. 2. arest. 12.* Z.

ad §. 41.

Dubium.

(522) At si constet, injuste esse prolatam, h. e. in innocentem, non absolutione tum indigeret conquerens, sed potius non ligatus esset denunciandus, perinde ut in casu antecedente. Esset igitur etiam hoc casu expectandum, antequam decernatur aliquid, donec utriusque partis super hoc probationes fuerint factæ. Z.

(532)

promulgatam, nihilominus humiliter postulanti esset absolutio impendenda: ideoque hoc casu protinus juxta formam Ecclesiæ congruentem absolvendus erit, ut demum probationibus utriusque partis admissis, utrum juste, vel injuste quis ligatus fuerit, decernatur. (523)

Innodatus pluribus non potest ab una tantum excommunicatione absolvi. Et absolutio subreptitia non tenet.

§. 42. Quod si quis pluribus (525) innodatus (t) excommunicationibus, etiam ex eodem facto descenden-

t) *c. cum pro causa extr. eod. tit.*

(523) Ne scilicet injuste fuerit excommunicatus, satisfactio ei imponatur, utve eo casu excommunicator ad interesse condemnari queat. Z. *Declaratio.*

ad §. 42.

(524) Patet hinc, quam prompti sint Pontificii suo excommunicationis fulmine, adeo ut propter unam eandemque causam pluribus quis innodari possit excommunicationibus. At qui jam excommunicatus & Ecclesiastico corpore separatus est, quomodo denuo separari poterit, & quidem ex eadem causa. Ut maxime enim plures excommunicatores statuas, quod & ipsum nimium est, quorsum eorum quisque seorsim excommunicare debeat, nulla ratio apparet, nisi prioris aut primam excommunicationem non fuisse sufficientem dixeris, hoc est, excommunicatum facias non-excommunicatum. Sed tenuisse tamen eam excommunicationem exinde patet, quod & pro illa satisfaciendum, & ab ea absolutio facienda sit. Hunc nodum ut solvat Vivianus *in rational lib. 1. tit. 40. in fin.* duplicem facit excommunicationis effectum, & dicit secundam excommunicationem non habere effectum ponendi excommunicatum extra Ecclesiam, uti habet prima, sed effectum retinendi extra Ecclesiam, de- *Ineptiæ reiterationis excommunicationum.*

dentibus, de una tantum causa velit satisfacere; communioni ob id restituendus non erit, nec per veritatis suppressionem extorta absolutio sibi quicquam proderit. *u*)

u) *c. officii in fin. extr. d. tit.*

Si ordinarius sciat per surreptionem impetratam ab Apostolica sede absolutionem, debet remittere perperam absolutum ad sedem Apostolicam, si vero hoc sibi non constet, sed suspicetur, debet absolutum cogere ad purgationem.

x) *c. ex parte tua ext. de off. ord.*

§. 43. Quinimo si constiterit *x*) excommunicatum occultatis excessibus, (525) pro quibus in eum

nec etiam ab hac absolutio facta sit. Et ideo statuunt Canonistæ, posse ab una excommunicatione fieri absolutionem, manente nihilominus excommunicatione altera. Barbos. *ad c. X. de Offic. Ordinar.* Sed particulatim ita fieri necesse est absolutionem, cum, si vere pœnitens ille fuerit, sufficeret una generalis. Fundamentum ejus rei consistit in sola necessitate satisfaciendi, quam fingunt, quæque propterea, quod particulatim fieri possit, etiam particularem pariat absolutionem. Z.

ad §. 43.

Optimum remedium adversus excessus Papales.

(525) I. Optimum huic rei remedium esset, si omitteret Papa suam illam in Ecclesias sibi non subjectas invasionem, & suam tantum curaret diœcesin. Sic enim Ordinarius quisque, quid & circa excommunicationem & circa absolutionem statuendum esset, cum reliquis Ecclesiæ suæ membris optime decerneret. At cum ad apostolicam sedem trahi cœperunt particularium omnium Ecclesiarum negocia, facta hinc est jurisdictionum confusio, quæ sæpe ingentes excitat turbas, & Episcopi ordinarium munus multivariam pervertit. Breviter: tota excommunicationis materia in papatu mul-

um ſententia lata fuerit, excommunicationis ſuæ cauſam aliam prætendentem, ab Apoſtolica ſede abſolu-

---

multos imbibit errores & abuſus, quibus tollendis vix unus ſufficit Lutherus. Z.

II. Nec mirandum, quod in papatu excommunicationum materia multos imbiberit errores & abuſus, cum ultra duo ſecula, qui Evangelici audimus, & qui prætendimus puriorem doctrinam Chriſti & Apoſtolicam, iſtum craſſum Papatus errorem, (imo fulcrum, ſi non unicum, ſaltem præcipuum totius Papatus) nondum depoſuerimus, ſed ei faveamus potius, quaſi nimirum excommunicatio a Chriſto præcepta & pœna vere ſpiritualis ac Reipublicæ valde utilis ſit, cum tamen quilibet palpare poſſit, excommunicationem nullam plane uſum habere poſſe, niſi ſub magiſtratu non Chriſtiano, religionem tamen Chriſtianam tolerante, (quamvis & hæc aſſertio multis adhuc declarationibus & limitationibus habeat opus,) at in Republica, cujus magiſtratus Chriſtianus eſt, non poſſe excommunicationem quamcunq; ſub quocunq; pietatis, ſanctitatis, ſpiritualitatis prætextu retineri, ſine evidentisſimo damno reipublicæ & periculo capitis Politici, ut ex capite fiat brachium, ex magiſtratu carnifex, vel plane mancipium. Porro quomodo Lutherus ſufficeret ad abuſus excommunicationis Papalis, a Zieglero notatos, detegendos, cum Lutherus ipſe pro circumſtantia temporum illorum, auroræ illuſcentis veritatis, & initii reformationis, ſibi adhuc perſuaſerit, excommunicationem eſſe a Chriſto præceptam, (quo errore admiſſo cum parvo fructu diſputatur contra iſtos graviores abuſus papatus) ut ex ejus libro von Bann & aliis ejus ſcriptis hinc inde apparet. Vide interim locum inde excerptum a Brunnem. *Jur. Eccleſ. l. 1. c. 6. m. 9. §. 3. p. 137.* Imo quid novo Luthero hic opus eſſet poſtquam Thomas Eraſtus, Ludovicus Molinæus & Johannes Seldenus damna omnis excommunicationis jam oſtenderint ad nauſeam, nec tamen apud eos, qui jam e Papiſmo ſeceſ- *Adhuc melius.*

lutionis beneficium impetraſſe, eundem debet ordinarius Eccleſiaſtica cenſura compellere, ut cum literis ſuis rei veritatem continentibus ad ſedem Apoſtolicam redeat: ſi vero illud liquido non conſtiterit, eum tamen ordinarius, quod veritatem confeſſus non fuerit, ſuſpectum habeat, ad purgationem præſtandam, quod verum faſſus fuerit, compellet.

Abſolutus vi, vel metu, duplici excommunicatione innodatur.

c. unic. de his quæ vi in 6. §. 44. Illud etiam admonendi ſumus, (526) quod

ferunt, aliquid obtinere potuerint, tantum abeſt, ut apud Pontificios. Digni potius eſſemus, ut qui recta ratione abjecta miracula & novos Lutheros expectamus, in craſſisſimum Paparum ex juſto DEi judicio iterum detruderemur. Ergo, quod Principes Catholicos attinet, potius id ex hactenus dictis ſequitur: optimum remedium tollendi abuſus Pontificiæ excommunicationis eſſe, ſi gladius ille pſeudoſpiritualis plane tollatur ex manibus omnium eorum, qui ejus uſu non alium in finem utuntur, quam ut duas poteſtates abſolutas & independentes in Republica fingentes, ſub hoc prætextu gladium genuinum & a DEO Magiſtratui cuivis datum, ex hujus manibus extorqueant. Sed hujus remedii uſus optandus quidem eſt, ſed ſuppoſita præſenti facie rerum vix ſperandus. T.

ad §. 44.

Actio metu inita. (526) I. Habet hic caſum, quo non valet id, quod metu factum eſt, cum regulariter geſta per metum teneant, & ut effectu ſuo deſtituantur, legitima ratione ſint reſcindenda. Sed quia hic ſcandaloſum eſſet, ſi propter contumaciam excommunicato liceret in contemptum clavium & Eccleſiaſticæ libertatis præjudicium vi extorquere abſolutionem, conſtitutum eſt, non tantum, ut non teneat

quod licet vi, vel metu facta regulariter mero jure teneant: si quis tamen ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia, absolutionis aut revocationis cujuscunque beneficium per vim vel metum extorserit, viribus omnino cariturum: quin potius ne sine vindicta violentiæ crescat audacia, qui absolutionem, vel revocationem vi vel metu extorserit, quasi propria confossus sagitta, iterato excommunicationis sententiæ subjacebit.

Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea censetur absolutus, nisi Papa id exprimat.

§. 45. Novissime *y*) sciendum est, (527) quod *y clem. fin. si eod. tit.*

---

neat talis absolutio, sed etiam ut novam excommunicationem metum inferens ipso facto incurrat. Z.

II. Imo verius est actiones metu injusto excussas ipso jure nullas esse, nec per se subsistere, adeoque remedio illo Prætorio ne quidem opus esse ut latius ostendi alibi, *Instit. jur. div. lib. 2. cap. 7. §. 60. seq* & *Fundam. Iur. Nat. & Gent. lib. 1 cap. 2. & cap. 7. n. 35. seq. & lib. 2. c. 7. n. 9.* Imo parum prodesse poterit Curiæ Romanæ hæc duplicatio vel multiplicatio excommunicationum si modo Principes Romanæ religioni addicti firmiter sibi persuaserint, totam doctrinam de excommunicatione esse falsissimam, omnique effectu destitui, si modo ipsimet assistentiam & opem ei denegent. T. *Monita ad observationem præcedentem.*

ad §. 45.

(527) Bonum factum! quod ad finem decurrit materia, præter necessitatem & compendii formam prolixissime ab autore tractata. Finis autem, qui hic imponitur, insigne continet ἀξίωμα pontificis Romani. Nempe cum illi, qui excommunicatis communicant, ipso jure excommunicationem incurrant, excipiendus est pontifex Rom. Quare? quia ille est supra jus. Posset autem aliquis *Novum arcanum dominationis Papalis.*

si Apostolicus etiam scienter excommunicato participet literis, forte cum salutationis alloquio destinatis verbis, z) osculo, seu alio quovis modo, ipsum per hoc absolvere nulla ratione censetur, (528) nisi forsitan exprimat, velle illum ex hoc pro absoluto haberi.

z) c. si aliquando ext. eod. tit.

HÆC de excommunicationis sententia delibasse sufficiant: nunc de interdicto Ecclesiastico & suspensione paucis dispiciamus.

DE

quis hanc rationem reddere, quia, cum thesauri Ecclesiæ plenissime apud Pontificem repositi sunt, si diis placet, videatur ille communicando absolutionem impertire. Sed negat hoc papa, fieri, nisi specialiter id expressum fuerit. Ecce vero quantam habeat papa potestatem communicandi cum iis, qui non amplius sunt in Ecclesiæ gremio, quam nemo alius habet. Annon satius esset, ipsum etiam universalis Ecclesiæ pastorem, qualem se fingit papa, abstinere ab tali communicatione, ut eo magis ad agnitionem sui & emendationem perveniat excommunicatus, neque qui a corpore separatus est, cum capite retineat communionem. Vel hinc ergo intelligitur, quam parum observent Pontifices fictitiam suam excommunicationem. Et vetus insuper hoc est eorum κενησφύγετον, ut se super omnia jura, civilia, Ecclesiastica & divina extollant. Z.

Similis observatio.

(528) Id inprimis factum propter communicationem cum Regibus & principibus, qua carere non potest papa. Ne igitur, si excommunicati illi fuerint, & papa nihilominus cum iis communicet, absolutio hinc facta censeatur, & satisfactio, quæ utique regia esse debet, plane intermittatur, placuit, absolutos eos propterea nulla ratione censeri. Totum igitur id fit propter satisfactionem, quæ plerumque Clericorum marsupiis proficua est. Z.

TIT.

DE ECCLESIASTICO INTERDICTO.

TITULUS XIV.

Interdictum aliud juris, aliud judicis: quæ distinctio exemplis declaratur.

§. I.

HAbent Ecclesiastica interdicta (529) cum excommunicatione multa communia: (530) nam & illo-

---

TIT. XIV.

ad §. 1.

(529) Est hoc interdictum Ecclesiasticum multo abominabilius excommunicatione pontificia, nec usitatum id fuit in Ecclesia prima, sed excogitatum demum post annum a Christo nato millesimum, de cujus natalibus & extrema injustitia præclare agit Marcus Ant. de Dominis *de Rep. Eccles. lib. 5. c. 9. n. 38. seqq.* Quocirca necesse non est, ut in tyrannico hoc cogendi medio diu subsistamus. Z. *Interdicti iniquitas.*

(530) Nobis vero placet, irrationabilitatem interdicti paulo distinctius ostendere. Videamus primo, quid ea de re sentiat scriptor Romanæ religioni addictus, nec Pontificiis ita exosus, ut Marcus Antonius de Dominis, ad quem provocavit Zieglerus in nota præcedente, etsi Pontificibus etiam non sit valde charus. Is est Elias du Pin *de Antiqua Ecclesiæ disciplina dissert. 3. p. 286. seq.* *Quæres*, inquit, *utrum regnum integrum possit excommunicari & sacris officiis interdici ob peccatum Regum & Principum? Respondeo, quæstionem hanc ad nos non pertinere, qui de antiqua infligen-* *Eliæ du Pin sententia de irrationabilitate & origine interdicti.*

dæ excommunicationis ratione tractamus. Quippe toti antiquitati ignota est illa ratio excommunicandorum, seu, ut loquuntur, interdicto subiciendorum Regnorum, Provinciarum, urbium, ob Regis, Magistratus, aut alterius cujusdam peccatum. Cum nulla fiat ejus mentio, non dico in Canonibus antiquorum Conciliorum; *sed ne quidem in* collectionibus Canonum recentioribus *Gratiani, Yvonis, Burchardi & aliorum. Sed nec ullum est apud antiquos exemplum hujusmodi disciplinæ, nec enim per sex aut septem & amplius Ecclesiæ secula legitur aliquam societatem ob peccatum alicujus excommunicatum aut interdicto subjectum. Imo vero S. Augustinus diserte negavit, familiam integram pro peccato patrisfamilias excommunicari posse, ac proinde censuit, multo minus regnum pro peccato Regis aut Principis Ecclesiastica censura non posse percelli. Extat Augustini ea de re sententia* in Epist. 75. *in qua reprehendit Auxilium juvenem Episcopum, quod Classicianum quemdam cum familia excommunicasset, & ab illo Episcopo quærit.* Ut si habeat ea de re sententiam certis scripturarum testimoniis exploratam doceat, quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro Domini servus, aut quispiam etiam in domo nondum natus, si eodem tempore quo universa domus est anathemate obligata nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in morte subveniri. *Hanc opinionem & Episcopum ejus autorem tota epistola ridet Augustinus. Quanto absurdior ipsi visa fuisset eorum opinio, qui Regnum integrum ob unius Principis peccatum excommunicari & sub interdicto poni voluissent.*

Argumentum ex Augustino contra interdictum.

Sunt tamen aliqui, qui interdicta Ecclesiastica, si non primis Ecclesiæ seculis, saltem mediis in usu fuisse probare se posse nonnullis exemplis existiment. Primum ergo afferunt ex Theodorito lib. 4. hist. c. 14. & 15. *Samosatensium scilicet Zelum, qui Eunomii Lucii & Arianorum commercium adeo detestati sunt, ut cum iis convenire aut congredi nefas esse duxerint. Secundo ajunt huc etiam pertinere, quod populus Constantinopolitanus cum Nestorio Synaxes habere renuit, postquam hæresim suam ille detexit.* Ter-

Argumenta dissentientium ab exemplis.

Tertio allegant decretum Concilii Arelatensis 2. cap. 49. *quo statuitur ut si quis a communione Sacerdotali sit eiectus, convivio & colloquio privetur. Quarto in medium producunt Concilii Triburiensis* cap. 32. *&* *Cabilonensis* cap. 26. *decreta de Ecclesia quadam quæ lite de illius patrono pendente jubetur claudi, ut officium divinum in ea minime celebretur. Sed hæc exempla nihil omnino ad propositum faciunt. Primum enim non probant aliquam Ecclesiam interdicto subiectam ob peccatum Principis aut alicuius in ea Ecclesia primi. Secundo ne quidem ista probant usum interdicti, sed tantum excommunicatorum & hæreticorum commercium fuisse fugiendum etiam ab inferioribus in casu excommunicationis a superiori latæ aut hæreseos manifestæ. Concilii vero Triburiensis decretum Ecclesiam de qua agebatur interdicto non subiecit; sed pro bono pacis iussit, ut Episcopi autoritate clauderetur, donec ea, quæ de eligendo ad illam regendam Presbytero lis pendebat, composita fuisset, atque finita.* Responsio ad ea.

Mitto autoritatem Epistolæ cujusdam nomine Augustini ad Bonifacium Comitem, quæ adducitur Can. miror 17. quæst. 4. *est enim illa epistola omnium judicio subdititia. Ad propositum magis pertinent tria exempla, quæ nobis subministrat historia Gregorii Turonensis: primum extat* lib. 5. c. 32. *ubi ait, Ecclesiam sancti Dionysii ob perpetratam in ea cædem aliquamdiu clausam fuisse, & propterea in illa a divino cessatum officio. Sed hoc genus interdicti nondum est illud de quo agimus. Ad illud magis accedit exemplum secundum, quod extat* lib. 8. cap. 31. *in quo scribit, Leudoaldum Episcopum Ecclesias Rhotomagenses claudi iussisse ac vetuisse, ne populus solemnia divina spectaret, donec auctor cædis Prætextati Rhotomagensis Archiepiscopi detectus foret. Huc etiam revocari debet tertium exemplum quod habetur* cap. 15. lib. 10. *ubi refert, Episcopum Pictaviensem ad Chrodieldem scripsisse, se non celebraturum Pascha Domini, nec baptismum administraturum, nisi Abbatissam, quam in vinculis retinebat, dimitteret. Hæc pauca exempla probant, interdicta sub finem primæ Regum nostrorum Dynastiæ ortum & initium* Responsio ad locum aliquem ex Augustino, item ad tria exempla ex Gregorio Turonensi.

Origo interdictorum seculo 9. *habuisse. At sub secunda Dynastia interdictorum Ecclesiasticorum usus invaluit. Circa annum 870. Hincmarus Laudunensis Ecclesiam suam quasi interdicto subjicere conatus est, atque ea de causa ab Hincmaro Rhemensi graviter increpatur* in opusculo 55. Capitul. c. 8. *bis verbis:* Causa injuriarum tuarum, sicut impetitione ab Ecclesia Laudunensi data continetur, Presbyteros & Diaconos ac reliquos Clericos non accusatos, nec confessos, nec convictos ab omni Ecclesiastico officio excommunicasti, & ut nemo sacra Missarum solemnia in tua Parochia celebraret, indixisti. *Et capit. 30.* In tua Parochia nemo in necessitate mortis baptizari, nemo communionis gratia reconciliari, nemo sepeliri cum debita commendatione poterat. *Vide etiam* cap. 31. & 32. *Fulbertus Episcopus Carnotensis scribens ad Robertum Regem* epist. 93. *ait:* Ad Aurelianam civitatem convenire non posse Episcopos, cum ibi nec sacrificare liceat, nec Eucharistiam absolute percipere, *propterea quod excommunicatione damnata foret. Similiter* ep. 3. *ait officium in Ecclesia sua*, depressis miserabiliter vocibus & pene silentio proximis celebrari. *Et post:* Quid restat aliud, nisi ut penitus interdicatis divinum officium in toto Episcopatu nostro? *Ademarius Engolismensis ad annum 994. hæc habet.* Alduinus Episcopus Lemovicensis pro nequitia populi novam observantiam constituit. Scilicet Ecclesias & Monasteria cessare a cultu divino, a sacrosancto sacrificio, & populum quasi paganum a divinis laudibus cessare, & hanc observantiam excommunicationem censebat.

& 10.

Ita tempore Ademari interdictum nova videbatur esse observantia. In concilio Lemovicensi anno 1034. Oldericus Abbas, ut Pontificem bellis vexatum sublevaret, consuluit Episcopis, ut excommunicationis sententiam ferrent in eos qui paci non acquiescerent, ita ut inobedientes post mortem sepultura privarentur Ecclesiastica, interdiceretur apud eos officium publicum, atque ut, excepto parvulorum Baptismo & morientium Viatico, nullum administraretur Sacramentum.

& 11.

Frequentior tamen usus a temporibus Gregorii VII. *Verum usque ad Gregorium VII. rara fuerunt admodum interdicta, & in peculiares quasdam Ecclesias ferebantur, at ille Pontifex suæ autoritatis augendæ per-*

perquam studiosus iis frequenter etiam in integra regna usus est, & aliis Episcopis ut idem tentarent, exemplo fuit. Hinc huius præcipue tempore multis interdictis pax Ecclesiæ turbata est, quorum exempla quamplurima videre est apud Yvonem Epistolis 50. 63. 120. 121. 263. & 264. & 266. *qui etiam* epist. 94. *interdictum vocat remedium insolitum, observatque in usu potissimum fuisse in causa sacrilegii aut violationis pacis. Cæterum interdicta generalia ad tuendam autoritatem Ecclesiasticam adinventa contrarium omnino effecere, nam, ut observat Soto* in 4. dist. 22. quæst. 3. a. 1. Interdictum quamvis ex una parte ad terrorem excommunicatorum conducat, ex altera tamen in periculum divini cultus vergit potissimum, nam tunc non solum populus desuetudine frequentandi divina officia affectum eorum & sensum perdit; verum etiam & Clerus ipse fit remissior & segnior ad eadem divina celebranda, qua utique ratione & divina Religio detrimentum patitur & populus solet in moribus silvescere. *Eadem mala eleganter describuntur a Bonifacio VIII. in capite* Alma mater, *de sententia excommunicationis his verbis:* Tunc excrescit indevotio populi, pullulant hæreses, & infinita pericula animarum insurgunt, ab Ecclesiis sine culpa earum divina obsequia subtrahuntur. *Et certe si quis interdicta illa omnia, quorum aliqua superest memoria percurrat, intelliget ea semper fuisse dissensionum, schismatum, bellorum, aliarumque grandium calamitatum causas, & vix unquam aliquid boni, sæpe vero multum mali ex his Ecclesiæ accessisse. Quapropter ii ipsi, quibus hæc interdicta magis prodesse poterant, Romani Pontifices, coacti sunt, eorum severitatem ita paulatim imminuere, ut vix ullum habuerint effectum: quippe cum primum interdicta usurpari cœperunt, cujuslibet officii divini celebratio prohibebatur excepto tantum puerorum baptismo & pœnitentiæ administratione in necessitate; ita Alexander III. qui anno 1170. vivebat* cap. non est vobis de sponsalibus. *Deinde circa annum 1200. prædicatio Evangelii & sacramenti confirmationis administratio concessa, Innocent. III.* cap. responso de sententia excommunicationis. *Cir-*

Damna per ea introducta.

Eorum severitas temperata.

ca annum 1230. Gregorius IX. permisit, ut in unaquaque hebdomada celebraretur missa privata ostiis clausis sine pulsu tympanarum cap. permittimus de sententia excommunicationis; *post circa annum 1245. Innocentius IV. voluit sacramentum pœnitentiæ administrari cruciatis & peregrinis, nec non permisit officium a Clericis recitari sine cantu* cap. Quod in text. de pœnitentia & remiss. *Demum anno 1300. Bonifacius VIII. pœnitentiam sanis omnibus administrari jussit, & integrum officium quotidie celebrari ostiis tamen clausis & sine tympanarum pulsu. Imo etiam ostiis apertis & prævio tympanarum pulsu in festis Nativitatis, Paschæ, Pentecostes & assumtionis* cap. Alma Mater, de sententia excommunicationis in sexto. *Ex his videre est paulatim interdicto nihil ferme præter interdicti nomen esse relictum, quod argumento est, eos ipsos, quibus utilia maxime sunt interdicta, eorum molestiam & periculum agnovisse. Quid quod sæpe sæpius interdicta ab Ecclesiis spreta atque contemta sunt. Quis enim ignoret, quam nihili fecerit Ecclesia Gallicana interdicta in Regnum Franciæ lata, tum a Bonifacio tempore Philippi Pulchri, tum a Iulio, tempore Ludovici XII. tum etiam alias ab aliis Pontificibus? Quis nesciat, Rempublicam Venetam interdictum Pauli V. ita irritam judicasse, ut ab eo ne quidem post pacem initam absolvi se passa fuerit. Quin etiam unius tantum Ecclesiæ aut Provinciæ interdicta apud nos fuere prohibita: sic cum anno 1488. Innocentius VIII. Brugenses, Gandavenses, & Yprenses interdicto subjicere tentasset, ab ejus sententia Advocatus Regius provocavit eo instrumento, quod habes inter probationes libertatum Ecclesiæ Gallicanæ, & Senatus Parisiensis interdictum irritum esse pronuntiavit teste Chopino. Itemque cum Paulus II. Ecclesiam Nivernensem interdicto subjecisset, Senatus Parisiensis sanxit officium divinum nulla interdicti ratione habita publice celebrandum. Ex his abunde ut patet demonstratum habeo interdictum Ecclesiasticum, quod in Regnum, Provinciam, Civitatem, aut Parochiam ob Regis aut alterius peccatum fertur, rem esse novam & odiosam, qua valde periculosum est uti,*

Ita, ut vix interdicti nomen remanserit. Interdicta Pontificum contemta.

Summa hactenus dictorum & conclusio.

lorum alia (531) ipso jure inducuntur, alia judicis sen-

---

uti, ne dicam fere semper iniustum & iniquum: repugnare etenim æquitati videtur innocentes cum noxiis involvi, & ob unius peccatum universam societatem puniri; præsertim cum Reges & Principes propter quorum peccata Ecclesiæ interdicto subjici solent, non sint præcipua societatis Ecclesiasticæ prout Ecclesiastica est, membra. Quod tamen ita intelligi volo, ut non omnem interdictorum usum damnem, sed ut eo nonnisi caute ac raro utendum esse doceam. Apparet vero, Autorem hæc ultima verba adjecisse, ne crabrones irritaret, cum alias verba præcedentia facile ostendant, hanc protestationem ultimam facto esse contrariam. Adde Basnagium *dissert. 3. in medio Tomi II. Annal. Eccles. § 22. seq. p. 490.* Ubi saltem illud moneo, quod ipse quidem pro sua, quam in præcedentibus de usu legitimo excommunicationis minoris defenderat, hypothesi, istud judicium subjungat: *Si suis limitibus excommunicatio contineretur, sacramentorum privatione, lites ejusmodi non orirentur. Verum malis avibus nata ex superstitione & ambitione interdicta in fortunas dignitates, Principum coronas involarunt.* Nos contra ex nostra hypothesi. Si excommunicatione nunquam ex superstitione & ambitione sub Christianis principibus usus fuisset Clerus, nunquam potuissent interdicta a Pontificibus vel Episcopis introduci. Refert B. Strykius *in notis ad Brunnem. ius Eccles. p. 759.* civitatem Francofurtanam ad Oderam per annos 28. sub interdicto stetisse, quia per annum captivum tenuerant Episcopum Lebusiensem. Sed jam sub crassissimo Papatu inventi, qui interdicta ejusmodi contemnerent; & sic vim eorum & efficaciam pseudo spiritualem eluderent, quale exemplum de Senatu Spirensi circa finem seculi 13. refert Lehmannus *Chron. Spirens. lib. 5. c. 115. p. 644. & c. 122. p. 659.* T.

Basnagii sententia de interdictis cum monito.

Exemplum interdicti per 28. annos durantis.

Exempla alia contemtorum interdictorum in medio Papatu.

(531) Pergo ad interdictum quod utrum censuræ nomine venire debeat, valde ambigit, & negat prorsus Didacus Covarruvias in

Sententia Ziegleri de interdictis

in c. alma mater p. 2. §. 1. n. 2. seq. Nos ea cura non afficit, quippe quod nullum ejus in Ecclesia antiqua vestigium inveniamus, & inter corruptelas referendum statuamus, pietatem destruens magis quam promovens, uti sunt omnia illa, quæ cultum divinum impediunt. De origine ejus & quando primum cœperit solliciti sunt Franciscus Bosquetus *ad Innocentii III. epist. 72. lib. 2.* & Antonius Dadinus Alteserra *ad c. 20. X. de V. S.* Uterque refutandum sibi sumit Ademarum sancti Eparchii Engolismensis monachum, qui ab Alduino Lemovicensi Episcopo circa annum 994. primitus id institutum scribit, & congerunt adeo illi exempla aliquot, epocham ejus multo vetustiorem inducentia, sed quæ pleraque parum ad rem facere videntur.

& eorum origine.

Responsio ad exempla dissentientium de Johanne IIX. Pontifice.

Quod enim de Johanne VIII. Pontifice Romano ex annalibus Francorum refert Alteserra, ac si post violentam invasionem Lamberti & Alberti ille Ecclesiam S. Petri occlusam tenuerit, *ita ut in ea nullum officium ad Dei cultum pertinens per plures dies celebratum fuerit*, plane non pertinet ad interdictum uti explicant Canonistæ. Quominus enim tunc Romæ sacra peragi potuerint, non fecit interdictum aut prohibitio aliqua Ecclesiastica, sed vis bellica & hostilis a Lamberto Comite illata. Sic enim scribit Johannes ipse *epist. 84. His itaque nos præiudiciis & iniuria multiplicibus gravati, cum tota Sede Apostolica tristes adeo per multos dies extitimus, ut nequaquam nobis aliud agere nisi flere liceret; nam ipsis diebus nec vestis fuit super altare S. Petri, nec aliquod ibi nocturnum vel diurnum officium ex more celebratum.* Et *epist. seq. 85. Sacras litanias Episcopos & Sacerdotes atque Servos Dei ex more celebrantes, & ad Ecclesiam S. Petri venire volentes fustibus cædere ac dispergere fecit, scilicet Lambertus.* Et porro *epist. 90. Cum & ipsius beati Petri Apostolorum principis Ecclesiam, vestram denique matrem, & omnium Dei Ecclesiarum tutricem armis triginta diebus circumdatam tenere non formidaverint, ita ut nec ibi aliquam alicui lucernam illuminare, nec laudes Deo conferre liceret &c.* Quæso ego, ex bellica illa & armata Lamberti prohibitione, quale mihi extrues interdictum juri Canonico non adversum? Imo vero tali

tali modo multo antiquius illud erit statuendum, quod ita in ipsis Ecclesiæ Christianæ principiis extiterint Imperatorum edicta, ne in cœtum coirent, & sacra sua facerent Christiani. Quod porro de Eligio Noviomensi Episcopo ex vitæ illius descriptore Andeono profert Alteserra, nec ipsum congruum præbet & sufficiens sententiæ suæ testimonium. Ait Andeonus, Eligium *cum aliquando visitaret diœcesin suam, quadam ex causa interdixisse, ne cursus, id est, præces Canonicæ & sacrificium celebrarentur in basilica quadam, donec ipse juberet.* Quadam ex causa id factum dicit, sed causam ipsam non exprimit. Poterit igitur fingi alia quæcunque causa istius prohibitionis, nec necesse est, ut statuamus talem, quæ interdicto materiam substernat, Ait prohibuisse Eligium, *ne preces Canonicæ & sacrificium celebraretur*; non addit, etiam sepulturam Ecclesiasticam ab eo prohibitam fuisse, neque alia, quæ per interdictum prohibita esse communiter censent. Sola igitur cessatio a divinis per verba ista innui videtur, quæ vero ut differat ab interdicto, videri potest apud Josephum Gibalinum *de censur. disqu. s. 1. q. 2. n. 25. seq.* Causa autem istius prohibitionis potuit esse vel basilicæ ipsius ruinam minitantis vitium, vel defectus ministrorum, vel parochianorum paucitas, aut quæcunque alia. Concilii Toletani XIII. canon septimus, quem sibi testem esse putat Alteserra, plane adversus est interdicto, tantum abest, ut ei firmando aliquid conferre queat. Agit namque de illis, *qui malitia intercedente divinæ servitutis cultum ab altaribus Christi subducunt, qui obstinatæ mentis dolositate confusi, cum aliqua eos molestia fraternorum jurgiorum pupugerit, insana illico temeritate abrepti, altaria nudantes sacratis vestibus exuunt, luminaria subtrahunt, ac divinorum sacrificiorum cultum malitia intercedente subducunt, & quod in hominibus se vindicare non possunt, injuriam DEo, quod pejus est, inferunt.* Prohibet deinceps Canon, ne hoc amplius fiat, addita sanctione, si quis tale quid ausus fuerit porro. Et quanquam in fine excipiat eos, *qui aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subversionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem vel obsidionem perferen-*

De Eligio, Noviomensi Episcopo.

De canone 7. Concilii Toletani 13.

rentes seu etiam divinorum judiciorum sententiam metuentes, tale fecisse dicentur, nec in his tamen interdictum inveniet, quo se sustineat, quandoquidem mox additur, quod in eorum facto plus humilitas, qua Deus placetur, quam interni laboris dolositas declaretur. At tale non est factum eorum, qui interdicto utuntur, quandoquidem illi magis sub priore specie, eorum scilicet, qui ex vindicta cultum divinum sufflaminant, quosque interni laboris dolositas vexat, continentur.

De Hincmari Remensis scripto contra Hincmarum Laudunensem.

Franciscus Bosquetus aliud sibi fulcimentum quærit ex Hincmari Remensis adversus Hincmarum Laudunensem opusculo, *c. 28. seq.* sed invenit id meo judicio admodum infirmum & sustinendæ sententiæ parum accommodum. Quod enim Hincmarus Laudunensis presbyteros & diaconos ac reliquos clericos non accusatos, nec confessos, neque convictos, ab omni ecclesiastico officio excommunicaverit, & ut nemo sacra missarum officia in sua parochia celebraret, interdixerit, quod nemo in necessitate mortis ab eis, quorum interest, baptizari, nemo communionis gratia reconciliari, nemo sepeliri cum debita commendatione potuerit, quod nec parvulos, qui sæpe in discrimine mortis periclitantur, baptizare licuerit &c. id omne improbat Hincmarus Remensis, & autoritate multorum canonum refellit. Ex actu autem prohibito, qui poterit probatio aliqua enucleari? qui poterit licitum quid elici? Ut maxime ad Bosqueti monitum singula capita apud Hincmarum percurrantur, nullibi tamen verum & licitum, de hoc enim quæstio est, interdictum suis fulguribus instructum & vero nomine insignitum apparebit.

De testimonio Gregorii Turonensis.

Restat autoritas Gregorii Turonensis, penes quem duo inveniri putant testimonia recepti jam sua ætate interdicti, alterum *in lib. 5. c. 33.* & alterum *in lib. 8. cap. 31.* In priore agit de adultera, propter quam in ipsa S. Dionysii Basilica rixæ primum deinde cædes exortæ fuerunt. *Sauciantur*, inquit, *multi gladiis, respergitur sancta humano cruore Basilica, ostia jaculis fodiuntur & ensibus, atque usque ad ipsum sepulcrum tela iniqua deseviunt. Quod dum vix mitigatur, locus officium perdidit, donec ista omnia ad Regis notitiam pervenirent.* Verba hæc ultima de interdicto accipienda esse volunt. Sed obscuriora ea sunt

quam

quam ut certa exinde haberi queat probatio. Poteſt enim iſta officii perditio de ceſſatione a ſacris interpretatione veriore accipi, quam ab interdicto differre ſuppoſui ſupra. Nec enim ſatis decorum videbatur, & religioni Chriſtianæ conveniens, celebrari cultum divinum in locò cruore & ſanguine humano polluto. Perdidit igitur locus iſte hactenus officium ſuum, quod eo tempore, quo mutua hæc vulnera inflicta fuerunt, peragi debuit. Perdidit etiam officium *ἀσυλίας*, quod præbere ſolent baſilicæ delinquentibus, idque negatum ſine dubio fuit illis, qui autores fuerunt pugnæ, donec de voluntate Regis conſtaret, quousque illis ignoſci deberet. Quam frequens enim eo tempore aſylorum fuerit uſus, ex ipſius Gregorii variis locis conſtat, imprimis ex *lib. 5. c. 2. 3. & 4.* Sed privilegio immunitatis uti & aſyli jus habere non poterat, qui in ipſa eccleſia deliquerat, *c. fin. de immun. Eccleſ.* Didacus Covarruv. *lib. 2. var. reſol. c. 20. n. 15.* Proſp. Farinacius *quæſt. crim. l. 1. tit. 4. q. 28. n. 52. ſeq.* Sed, uti dixi, verborum obſcuritas obſcuram admodum parit ſententiam. De interdicto autem explicari ea ideo non poterunt, quia ad Regis placitum iſtud referri videtur, cum dicatur locus officium perdidiſſe, *donec iſta omnia ad Regis notitiam pervenirent*, ac ſi in Regis arbitrio ſtaret relaxatio interdicti, quod vix unquam admittent Canoniſtæ. Alter locus ejusdem Gregorii *in d. lib. 8. c. 31.* haud paulo clarior exiſtit. Agit ibi de cæde Prætextati Epiſcopi Rhotomagenſis ad inſtinctum Fredegundis in ipſa Eccleſia, cum ſacra faceret, a ſicario occiſi. *Poſthæc*, inquit, *Leudoualdus Epiſcopus* (Leudobaudis dicitur in ſubſcriptione Concilii Turonenſis II. & Pariſienſis IV. Epiſcopus Sagenſis) *epiſtolas per omnes Sacerdotes direxit & accepto conſilio Eccleſias Rothomagenſes clauſit, ut his populus ſolennia divina non ſpectaret, donec indagatione communi reperiretur huius ſceleris autor.* Sed hic repeto ex hypotheſi canoniſtarum, quod ſupra dixi, diſcrimen inter ceſſationem a divinis & interdictum; multo enim pinguius eſt hoc, majoremque copiam rerum prohibitarum continet, quam nuda & ſimplex ceſſatio, etſi neque hæc quidem, uti hodie explicatur apud Paulum Laymanum

num *lib. 1. theol. mor. tr. 5. p. 4. cap. 6.* religioni Christianæ conveniens sit, de interdicto vero proprio nihil videtur contineri in istis Gregorii verbis. Deinde, ut maxime id aliquando factum reperiatur; non tamen inde jus aliquod illico constituendum erit, neque imitandum est protinus, quod aliquando ex ratione certa sed nobis incognita institutum fuit. Et ipse dubitavit Leudoualdus Episcopus, num juste cessatio talis decerni posset, atque idcirco ab Sacerdotibus Ecclesiæ Rothomagensi subjectis consilium expetiit, quod hodie vix faciet ullus Episcopus. Non vana igitur videtur eorum sententia, qui natales interdicti ad Concilium Lemovicense & annum Christi 1034. referunt. Erant tum temporis principes seculares clericis admodum infesti, & invadebant identidem res & possessiones Ecclesiasticas, idque indigne ferentes Episcopi de remedio cogitare cœperunt. Re igitur in consultationem & deliberationem prolata, Odelricus, qui dicitur pater familiæ B. Martialis consilium dedit hujusmodi: *Nisi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lemovicensem publica excommunicatione, eo videlicet modo, ut nemo nisi Clericus aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens aut infans a bimatu, & infra, in toto Lemovicinio sepeliatur, nec in alium Episcopatum ad sepeliendum portetur. Divinum officium per omnes Ecclesias latenter agatur, sed baptismus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam signa sonent in Ecclesiis omnibus, & omnes proni in faciem preces pro tribulatione & pace fundant. Pœnitentia & viaticum in exitu mortis tribuatur: altaria per omnes Ecclesias, sicut in parasceve, nudentur: & cruces & ornamenta abscondantur, quia signum luctus & tristitiæ omnibus est. Ad missas tamen, quas unusquisque Sacerdotum januis Ecclesiarum obseratis fecerit, altaria induantur, & iterum post missas nudentur. Nemo in ipsa excommunicatione uxorem ducat: nemo alteri osculum det: nemo clericorum & laicorum vel habitantium vel transeuntium in toto lemovicinio carnem comedat, neque alios cibos, quam illos, quibus in quadragesima vesci licitum est. Nemo laicorum & clericorum tondeatur, neque ra-*

Origo interdicti anno 1034. quærendas.

radatur, quousque districti Principes & capita populorum per omnia sancto obediant concilio &c. Totus iste interdicti processus ad Consilium Odelrici refertur, & ei autori adscribitur, quod ignorarunt antea reliqui Episcopi, uti colligere licet ex verbis antecedentibus, quæ cum adductis videri possunt apud Card. Baronium *ad ann. 1034. n. 18.* & Severinum Binium *tom. 3. Concil. pag. 1092.* Et quorsum vero Odelricus ille tam copiose & prolixe atque speciatim interdicti membra atque regulas explicasset, si in usu istud unquam fuisset, potuisset uno verbo respondere, interdicto subjiciendam esse terram Lemovicensem. Ab eo vero tempore frequentissimus evasit interdicti usus, uti videre licet apud Ivonem Carnotensem, Goffredum Vindocinensem, Fulbertum Carnotensem, aliosque ejus ætatis Scriptores plurimos. *Postea frequens ejus usus.* Quæ vero hæc est iniquitas & sævitia, ut ob unius aut alterius vel personæ vel ordinis culpam, eamque aliquando non tam veram quam fictam & imaginariam Respublicæ totæ & Regna integra (sic enim fieri a Pontifice Romano quandoque solet,) in quibus multæ hominum myriades sunt, Sacramentorum communione multentur, quibus quasi instrumentis vitam & gratiam Christus miseris mortalibus largitur? *Ejus irrationabilitas.* Quo in codice habetur, adeo ferale institutum a Christo & Apostolis exercitum, quo animarum innoxiarum multæ myriades propter paucorum peccata ad inferos damnantur? Et qui vero, quæ sic sævit, potestas Apostolica dici potest, cum non ad destructionem verum ad ædificationem instituta sit potestas Apostolica? Hac vero ratione frenum injicere oportuit Regibus atque principibus, qui colla submittere Romano Pontifici renuunt, quive duri atque graves monarchiæ Ecclesiasticæ existunt. Atque in hunc modum cultus divinus mere politicum instrumentum factum est, per quod integra Regna conservari & destrui queant. Hic enim est principalis scopus interdicti, quod in regna & territoria integra evibratur, ut populus cœlesti pabulo privatus & omni cultu divino externo destitutus in suum principem concitetur, ut seditiones accendantur, ut rebelliones foveantur, ut cœdibus via aperiatur, uti optime observat Marcus Antonius de Dominis *de* *Scopus & fructus interdictorum.*

Rep. Eccles. lib. 5. cap. 9. n. 39. Quantas in Anglia turbas dederit interdictum seculo XIII. sub Johanne Rege a Pontifice Romano promulgatum, universi referunt ejus gentis historici. Idque interdictum summa cum populi injuria per integrum sexennium stetit, ut scribit Knyghton *ad ann. 1208.* Episcopi etiam inferiores propter leves admodum causas interdicto quandoque utebantur adversus refractarios. Apud Fulbertum *epist. 57.* Lexoviensis Episcopus interdixit quibusdam Ecclesiis, ne in illis sacra fierent, ideó, quod synodaticum ab eis solutum non fuisset. Et *epist. 105.* minatur ipse Fulbertus, nisi Gaufridus Vicecomes castella destructa reficere desierit, divinum officium in toto Episcopatu desiturum. Maxime vero hoc fulmine utebantur tum, quando vel res Ecclesiasticæ invasæ fuerunt a potentioribus, vel privilegia Ecclesiæ minuta, aut libertas accisa putabatur, uti patet ex Ivonis *epist. 94. & 121.* Atque hinc laudandæ sunt Ecclesiæ Gallicanæ, quod in illis interdictorum usus prorsus abrogatus sit, maxime, ubi de pecuniario debito agitur, aut cum Episcopus suam ipsius injuriam ulciscitur, adeo ut, si quis Episcopus interdicti sententiam protulerit, appellari ab ea queat, tanquam ab abusu; atque ita judicatum fuisse adversus Episcopum Lapurdensem seu Bajonensem refert Antonius Mornacius *ad l. 3. C. de apostat.* quod ille Ahatzanam Ecclesiam ob solum diœcesanæ visitationis non refusum viaticum interdicto subjecisset. Uti autem excommunicatio aliquando, ita & interdictum sæpe contemtui fuit, si præsertim contumacia quædam accessisset. Ita consultus a Sanctione Episcopo Aurelianensi Ivo Carnotensis, quid statuendum de monachis, qui contra interdictum missas celebraverant, mortuos sepelierant, & chrisma aliunde acceperant, respondet *epist. 62.* si de gratia Archiepiscopi Lugdunensis ille certus esset, severe vindicandam eam contumaciam, *alioquin*, inquit, *levius erit ea supportare, quæ non licet ad plenum vindicare.* Cumque ab Ecclesia Romana concessum esset monasteriis hoc privilegium, ut non obstante interdicto generali, cui terra aliqua subiecta esset, liceret monachis, januis clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis & interdictis, suppressa voce divina officia celebrare, *c. 17. X. de V. S.* monachi inde non tan-

Interdicta ob leves causas.

Horum abrogatio in Gallia.

Contemtus eorum.

ſententia.(532) Juris ipſius diſpoſitione interdictum inducitur, veluti cum civitas, vel univerſitas in electione Romani Pontificis ſervanda non ſervaverit, aut in necem Cardinalis aliquid machinata fuerit, ſive ab Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis aliquid extorſerit, aut uſurariis domos commodaverit. Item cum in Eccleſia *a*) ſanguinis, vel humani ſeminis effuſione polluta, aut ſimoniace conſecrata, celebrari jure vetatur.

c. ubi periculum. §. præterea de elect. in 6.

c. felicis. de pœnis in 6.

Celebrans in Eccleſia polluta; vel ſimoniace conſecrata, non incurrit irregularitatem: ſecus, ſi alia ratione violat interdictum.

c. 1. & ſeq. de uſuris in 6.

§. 2. a) c. is qui de ſentent. excomm. in 6.

tantum per cavillationem contenderunt, particulari interdicto ſe plane non teneri, quos *d. c.* refellit Innocentius III. Papa; ſed nonnulli etiam generali interdicto durante privilegio illo ſuo abutentes, & intemperantius atque inſolentius ſe gerentes, apertis januis, pulſatis campanis; alta voce divina officia celebrarunt, recipiendo interdictos ad Eccleſiaſtica Sacramenta, ipſorumque corpora defunctorum faciendo in cœmiteriis ipſarum Eccleſiarum ſepeliri, uti apud Clementem IV. conqueſtus fuit Epiſcopus Pariſienſis, de quo fidem facit bulla ejuſdem Pontificis, quam edidit Clariſſimus Stephanus Baluzius *in append. ad Concil Narbon. num. 36.* Alii vero cautius egerunt, & januis quidem clauſis, ſed perforatis aut feneſtris in eis factis ſeu modis aliis exquiſitis divina officia celebrarunt, Epiſcoporum interdictis hac ratione illudentes, quos ſingulari conſtitutione repreſſit Clemens V. *c. 1. de ſentent. excomm. in Clementinis.* Z. *III. 32. 10. ad 19.*

(532) Repeti & applicari hic poſſunt, quæ de excommunicatione diximus *tit. antecedente.* Z. *Remiſſio.*

adi

b) dict. cap. is qui §. fin.

§. 2. Est b) autem inter hæc differentia (533) non modica: nam si quis in ea Ecclesia celebret, quæ vel polluta sit, vel simoniace consecrata, licet hoc temerarie faciat, nullum tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit: is vero c) qui scienter celebrat in locis alia ratione interdicto suppositis, irregularitatem incurrit, a qua per alium, quam per Romanum Pontificem, liberari non poterit, nisi aliqui super hoc privilegio, vel jure muniti fuerint.

c) dict. cap. is qui. §. fin.

Quid sit judiciale interdictum.

§. 3. Judicis sententia tunc inducitur interdictum, cum competens judex ex aliqua causa terram, vel homines a divinis arcendos pronunciat ac præcipit. (534)

Interdictorum quædam generalia, quædam specialia.

§. 4. Rursus interdictum, quod prolatione ju-

ad §. 2.

Dominatus Papalis.

(533) Totum hoc est ex jure Pontificio positivo & quidem recentiore, ut dixi, quod plerumque detestandam continet tyrannidem. Differentiæ autem hujus ratio non alia est, quam quod Papa ita voluit, uti fatetur Vivianus. De irregularitate dicetur *sequente titulo*. Z,

ad §. 3.

Interdicti divisio.

(534) Est enim interdictum vel locale, quod immediate locum afficit, prohibendo, ne in eo sacræ functiones fiant, vel personale, quod immediate afficit personas, prohibendo, ne sacris participent. Interdum hæc conjunguntur, ut & locus & universitas interdicantur, quod interdictum mixtum dicunt. Z.

ad

judicis inducitur, aliud est generale, aliud speciale. Generale interdictum est, non solum cum regno & provinciæ, (535) sed etiam cum castro & villæ divinis interdicitur. Speciale est, cum inter plures ecclesias paucæ, vel una interdicitur.

Interdicto loco principali, censetur interdictus accessorius vicinus & contiguus: & dispositio judicis non debet posse reddi elusoria.

§. 5. Et si quidem civitas, castrum, aut villa *d*) generali subjiciatur interdicto, non solum quæ murorum continentur ambitu, censentur interdicto suppposita, sed etiam illorum suburbia & ædificia *e*) continentia: alioquin si in illis locis posset licite celebrari, ecclesiastica censura facile contemni posset. Eadem quoque ratione si specialiter ecclesia sit interdicto supposita, nec in capella ejus celebrari, nec in cœ-

d) c. si civitas de sent. excomm. in 6.

e) contigua, forte.

ad §. 4.

(535) I. Solide hanc interdicti speciem refutat. M. A. de Dominis *d. l. n. 39.* ubi adposite quærit, quodnam Evangelium, quæ scriptura doceat, devianti a recta via homini per generalem divini cultus subtractionem esse succurrendum. In sequentibus ostendit, propter principes interdictum hoc fuisse excogitatum, privari populum cœlesti pabulo, divino cultu, rebus sacris, ut is in suum principem concitetur, ut seditiones accendantur, ut rebelliones foveantur, ut cædibus via aperiatur, &c: Z. *Irrationabilitas hujus interdicti.*

II. Nihil addo, quam ut similiter quæram, an etiam apposite, judicent alii; quodnam Evangelium, & quæ scriptura doceat, devianti a recta via homini per exclusionem ab usu S. Cœnæ esse succurrendum? T. *Illatio ex dictis.*

cœmeterio eidem Ecclesiæ contiguo sepeliri poterit, (536)

Respectu personarum interdictum Ecclesiasticum est stricte interpretandum: & unus non potest pro delicto alterius excommunicari.

f) c. si sententia. de sent. excom. in 6.

§. 6. At non, sicuti in locis, (537) ita & in personis lata sit interpretatio: ideoque, *f)* si sententia interdicti proferatur in populum, clerus interdictus non intelligitur, nec e converso: unde interdicto alterutro ad divina licite alter admittitur. Sed & si propter delictum domini (538) (nam pro pecuniaria causa (539) sine speciali sedis Apostolicæ, & per paten-

---

ad §. 5.

Pessima tyrannis.

(536) Pessima hæc est tyrannis, antiquæ Ecclesiæ plane ignota & inaudita, privatione sepulturæ cogere velle provinciam, aut populum, ita ut interdicto generali etiam infantibus & amentibus sepultura negetur. P. Laymann. theol. moral. *l. 1. tr. 5. part. 4. c. 2. n. 3.* Z.

ad §. 6.

Gravitas interdicti localis.

(537) Locale interdictum gravius est personali, quia in illo virtualiter etiam personale includitur, non vice versa. In interdicto igitur personali non prohibentur alii, qui cives seu membra communitatis non sunt; liberantur etiam interdicto illi, qui domicilium mutant, incidunt in interdictum alii, qui novi cives reperiuntur. Z.

Injustitia hujus casus.

(538) Contra jus divinum & naturale est, ut propter delictum domini puniantur subditi. Vid. Hug. Grot. *de iur. bell. & pac. l. 2. c. 21. n. 9. seqq.* Z.

Novum specimen tyrannidis Papal.

(539) Ergo non pro solis delictis, sed etiam pecuniariis causis dominorum interdicta fieri possunt? Qui vero fines erunt tan-

tentes literas expressa licentia, interdicti sententia ferri non poterit) vel rectoris civitas sit interdicta,(540) cives, qui culpabiles non existunt, alibi divinis licite interesse poterunt, nisi cives quoque propter dominum, vel rectorem puniendum interdicti fuerint. Quod quidem in excommunicationis sententia contingere non poterit: neque enim pro peccato unius alius, puta ipsius familia, excommunicari poterit. (541)

In-

tandem tyrannidis papalis? Et quæ vero tandem erit proportio, propter pecuniarium debitum animæ periculum creare & sacris interdicere? Z.

(540) Videntur hic per civitatem non debere intelligi cives, quorsum enim diceret in sequentibus, nisi cives quoque propter dominum interdicti fuerint, sed hoc ita intelligi debet, quod propter dominum interdictum sit in ea civitate sacra celebrare, cives autem propterea non interdictos censeri, & hinc igitur alibi posse interesse sacris. At vero quid monstri hoc est, intercludere sacra totius civitatis propter dominum, & populum tamen sacris non velle interdicere: lucem extinguere propter unum, & reliquis tamen adsidentibus non velle offundere tenebras. Z. *Quid hic per civitatem intelligatur.*

(541) Causam exponit ipse Pontifex in *c. Romana Ecclesia, de sent. excomm. in 6.* quod vitandum sit periculum animarum, cum nonnunquam contigerit, innoxios hujusmodi sententia irretiri. At vero idem etiam periculum est in interdicto. Nec diffitetur id Paulus Laymannus *d. l. c. 1. n. 3.* sed ait, id non per se fieri, sed tantum per accidens, quia sunt in loco. Dixerim ego vicissim, hactenus nihil obstare, quin innocentes etiam excommunicari possint per accidens, quia sunt in familia. Sed hoc est, quod sæpe dixi, male sibi cohærere dogmata papalia. Z. *Egregius usus distinctionis inter id, quod fit per se & per accidens.*

Interdicta universitate, & singuli de universitate censentur interdicti, ne interdictum reddatur elusorium.

g) c. si sententia §. cum vero. de sentent. excomm. in 6.

§. 7. Item *g*) cum loci alicujus populus ecclesiastico supponitur interdicto, singulares ex eo personae, quas interdictas esse constat, ne sententia effectu careat, non debent alicubi, (542) casibus expressis a jure duntaxat exceptis, audire divina, vel Ecclesiastica recipere sacramenta: cum divinorum auditio & sacramentorum perceptio populo, ut universis non competat.

Regulariter tempore interdicti potest quis baptizari, chrismari & verbum divinum audire.

h) c. responso nostro ext. de sent. excomm.

§. 8. Excepti *h*) vero casus sunt: (543) si qui ad

ad §. 7.

Extrema impietas.

(542) Extrema haec est impietas & malitia, populum ab omni auditione verbi excludere: Si peccavit populus, Sacerdotum est, pro illo orare, illum docere, arguere, increpare &c. & tunc vel maxime Viri Ecclesiastici suas vires ac munus docendi, hortandi, monendi, orandi debent exercere. Quod si innocens est populus, eo major est abominatio, propter unius delictum eum omnibus sacris arcere. Z.

ad §. 8.

Ratio exceptionum.

(543) Sensit Bonifacius VIII. incommoda, quae ex interdictionibus sacrorum provenire solent, ideoque in quibusdam temperare eas conatus est in *c. fin. de sent. excomm. in 6.* melius fecisset, si penitus earum usum sustulisset. Exceptio autem de baptismate parvulorum & poenitentia morientium cuilibet interdicto apponi solet. Cujacius *ad c. 11. X. de sponsal.* Z.

(544)

ad baptismi, chrismatis, & pœnitentiæ sacramentum, vel ad verbum divinum audiendum admitti velint, tam si infirmi sint, quam si sint in bona valetudine constituti. Quod tamen in his, (544) qui interdicto causam dederunt non obtinet indistincte: sed in eis Bonifacianæ *i)* constitutionis forma observanda erit. Quæ & alia quædam (545) interdicti tempore fieri benigne indulget, ut ex ipsius constitutionis perpenso tenore facile apparere poterit.

i) c. fin. de sent. excomm. in 6.

Tempore interdicti potest confici sacrum Chrisma: sed Unctio extrema, Ecclesiastica sepultura, & divinorum celebratio sunt probibita, nisi concessa quibusdam sint ex privilegio: & violantes interdictum incurrunt excommunicationem, non obstantibus privilegiis.

§. 9.

(544) Imo in his id omnium maxime obtinere deberet, si parati fiat ad meliorem frugem redire & pœnitentiæ signa ediderint satis manifesta. Sed Canonistæ ubique satisfactionem aut saltem de ea cautionem prævіam requirunt, quippe per quam Ecclesia majores plerumque colligit opes, ut lautius inde vivere possint Clerici. Z. *Novum arcanum politicum.*

(545) Non usquequaque conveniunt Dd. quæ interdicti tempore permittantur, quæve probibita sint. Secundum aliquos conceditur Sacramentum confirmationis adultis, & similiter Sacramentum matrimonii, quippe quod legitime tali tempore contrahi possit, sed benedictio nuptialis prohibetur. Panormitanus vero dubitat. Clericis quoque conceditur sepultura Ecclesiæ, it. ordinum collatio &c. Joh. Altenstaig. *in Lexic. voc. interdict.* Z. *Dissensus Canonistarum.*

k) c. quoniam in. de sentent. excomm. in 6.

§. 9. Velut k) igitur (546) interdicti tempore jure Chrismatis utimur unctione, sic licet regio sit interdicto supposita, Chrisma die cœnæ Domini posse confici dubium esse non debet. Vnctio autem extrema, & Ecclesiastica sepultura, & divinorum officiorum celebratio tempore generalis interdicti omnibus denegatur, nisi quibusdam, quibus id ex gratia (547) certa servata forma conceditur: cæteri autem, sive clerici, sive laici, qui interdictum violando nervum Ecclesiasticæ disciplinæ conantur infringere, quibuscunque privilegiis non obstantibus sententiæ excommunicationis (548) subjicientur: a qua per sedem duntaxat Apostolicam absolvi poterunt.

clem. 1. 2. 3. de sent. excomm. clem. gravis de sent. excomm.

Ap-

ad §. 9.

Remissio.

(546) De unctione chrismaria, & confectione chrismatis *libr. 2.* diximus, notavimusque superstitiones, quibus turget Ecclesia papalis. Z.

Pietas Canonistis onus.

(547) Talis gratia facta est Episcopis *per c. quoniam, de privileg. in 6.* Ex quo disquirunt Canonistæ, utrum tempore interdicti Episcopi teneantur audire vel celebrare missam. Plurimi id negant, eo quod nemo teneatur privilegio sibi concesso, ne ex gratia fiat onus, quos refert & refutat Thom. Hurtado *tr. 2. resolut. 28.* Tam protervi scil. sunt quidam inter pontificios, ut etiam obligationem hominis ad pietatem extenuent, & inter onera referant. Z.

Ratio & novum arcanum.

(548) Interdictum minus quid est excommunicatione, & assimilatur excommunicationi minori, quæ a Sacramentis tantum separat. Major autem excommunicatio separat etiam a communione fidelium. Tali igitur excommunicatione punit pontifex eos, qui interdictum violant. Et hæc scil. est illa vis ἀναγκαστική, qua in immensum suum auxit dominatum Pontifex Romanus. Z.

ad

Appellationis prætextus violatoribus interdicti minime suffragatur.

§. 10. Nec aliquid violatoribus proderit, quòd appellasse, (549) atque ideo se interdicti sententia minime teneri contendant: sicut enim post appellationem *c. ad hæc quoniam de appell. c. is cui in fin. de sent. excomm. in 6.*

ad §. 10.

(549) Sententiam excommunicationis non suspendi per appellationem communiter statuunt Canonistæ *per c. 40. de sent. excomm. & c. 29. eod. in 6. c. 53. §. 1. X. de appellat.* eo quod sententia talis secum executionem trahat. Sed Accursius & ejus sequaces contrarium tenent, quippe quod etiam alias sententia, quæ secum trahit executionem, per appellationem suspenditur, uti fit in sententia capitali & ultimi supplicii, it. in sententia per quam prælatus est depositus, *ad l. ult. C. si a non comp. jud.* præsertim cum per sententiam excommunicationis irreparabile gravamen inferatur. Istud Accursii argumentum ut solvat Sigism. Scaccia *de appellat. qv. 17. limitat. 22. n. 3.* præter rationes Panormitani ad quas remittit, specialem hanc dat, quod sententiæ censurarum sint medicinales, & principaliter tendant ad corrigendum, prætexta igitur appellationis non esse impediendam correctionem. Sed enim sequeretur hinc, nullam sententiam, quæ pœnam medicinalem & emendatoriam continet, per appellationem suspendi posse. Deinde nec nudam correctionem continet sententia excommunicationis, sed simul gravem pœnam, quam meritò quivis evitat vir bonus. Et quia igitur ipsa æquitas suadet, ut per appellationem audiatur gravatus, antequam executioni mandetur sententia sæpe injusta & iniqua, non satis considerate composita sunt jura pontificia, quæ appellatione non obstante executionem præcipiunt. Cæterum appellationem istam hoc operari dicunt Canonistæ, quod eximat appellantem a jurisdictione excommunicantis, & quod judex ad quem ab-

Variæ notæ de appellatione ab excommunicatione & interdicto.

nem excommunicari non possunt, sic interdictum, cui ante appellationem eos constat esse suppositos, declinare nequeunt.

DE SVSPENSIONE.

TITVLVS. XV.

Suspensio est duplex, ut excommunicatio, & interdictum.

§. I.

SVspensio (550) quoque alia est (551) Canonis, alia ju-

absolvere possit excommunicatum sine remissione ad judicem a quo. Petr. Gregor. *de appell. l. 2. c. 14. n. 11.* At si exemptus est appellans jurisdictione excommunicantis, non poterit ab eo judice executio fieri; deinde satius esset, appellantem excommunicationi plane non innodare, quam injuste innodatum absolvere, præsertim cum absolutio etiam sine appellatione impetrari potuit. Quod si quis ab interdicto appellaverit, hoc consequi eum dicit autor, non quod interdictum suspendatur, sed quod excommunicari deinceps pendente appellatione nequeat. Hinc ergo tantum futurum malum evitatur per appellationem, non præsens & instans. Z.

TIT. XV.

ad §. *1.*

Suspensionis definitio & divisio.

(550) I. Suspensio definitur, quod sit censura Ecclesiastica, qua Clerico ob delictum inhibetur a jure vel a judice exercitium ordinis, officii vel beneficii sui Ecclesiastici, sive in totum, sive in partem, sive in perpetuum, sive ad tempus. Suspendere enim idem est, quod jubere aliquem abstinere aut ad tempus submovere, vel ut Ulpianus loquitur in *l. 1. §. 13. ff. de offic. præf. Urb. l. 9. pr. ff. de*

judicis, ſicuti excommunicatio, & interdictum. Canonis eſt, veluti cum quis ob ſimoniam, vel ob no-

ff. de pœn. & Paulus in *l. 43. ff. eod.* actu quodam vel officio, arte, advocatione, negociatione, ſpectaculis &c. interdicere. Et quidem ut plurimum fieri ſolet ſuſpenſio ad tempus aliquod præfinitum. Quæ enim in perpetuum fieri dicitur Canoniſtis, in effectu parum videtur diſtare a depoſitione, quod etiam agnoſcit Henr. Zoeſ. *ad tit. X. de pœn. n. 6.* Imponitur aliquando in puram criminis vindictam & tum pœna eſt, aliquando propter ſolam contumaciam & ſub ratione medicinæ, ut quis a peccato reſipiſcat, & tum cenſura eſt *c. 20. X. de V. S.* & ibi Barboſa. Z.

II. De depoſitione & degradatione jam ſupra actum *ad lib. 1. tit. 20.* & *ad hunc librum 4. nota 166. 167. 168.* Adde Anton. Matth. *manud. ad Jus Canon. lib. 3. tit. 10.* Gisb. Voet. *Part. 3. de Polit. Eccleſ. p. 868.* ubi dividit degradationem in verbalem (quæ eadem eſt cum depoſitione) & actualem, & ſibi non conſtare dicit, cur degradatio Canoniſtis non ſit cenſura. Sed ad hoc dubium facile reſponderi poteſt ex ſupra dictis *nota 410. 411. 412.* T. *Remiſſio.*

(551) Suſpenſio Canoniſtis dicitur cenſura Eccleſiaſtica, qua Clerico ſive miniſtro Eccleſiæ interdicitur uſus & exercitium officii vel beneficii ſui aut alterius functionis Eccleſiaſticæ. Hæc non videtur fuiſſe in primitiva Eccleſia in uſu, ſed Clerici delinquentes a ſacris fungendis miniſteriis ita arcebantur, ut in Laicorum prorſus ordinem redigerentur. Deponebantur igitur & removebantur ab officio, non ſuſpendebantur ad tempus, nec regreſſum habebant aut ſpem recipiendæ functionis, ſed inter Laicos perpetuo deinceps cenſebantur. Id enim ſignificant vocabula καθαίρεσις & καθαρεῖσθαι, quæ in hoc negotio uſurpari ſolent, & alibi exponuntur per ἐκκήρυκτον γίνεσθαι in Concilio Ancyrano *can. 18.* ἀπογυμνοῦσθαι τῆς ἱερωσύνης Concil. Trullan. *can. 81.* & ſic alibi aliter. Poſtea vero remotio & depoſitio aliqua ad tempus introducta fuit, ea- *Suſpenſionis origo.*

que non depositionis amplius, aut remotionis nomine venit, sed suspensionis, quomodo suspendi dicitur sententia, quæ vires suas ad aliquod tempus exserere & judicati vim acquirere non potest, *l. 32. §. 3. C. de appell. l. 5. C. quor. appell. non recip. l. 32. C. de transact. l. 3. C. sentent. rescind. non poss. l fin. C. si. ex fals. instrum.* Atque sic etiam Clericus per suspensionem constituitur quodammodo in ancipiti & pendenti, cum neque amittat officium prorsus, neque liberum retineat, sed ad tempus eo abstinere cogitur. Quanquam sint inter Canonici juris Doctores, qui etiam suspensionem aliquam faciant perpetuam, sed quam a depositione nihil omnino differre agnoscunt. Qui talis censuræ sive pœnæ Ecclesiasticæ mentionem faciunt canones, potissimum Aurelianenses, vel ipsius suspensionis vocabulo utuntur, vel ita eam circumscribunt, ut ex ipsa verborum proprietate & contextu nulla alia pœna intelligi queat. In Concilio Aurelianensi III. *c. 2.* jubetur Episcopus, qui Clericum in conjugio viventem, ad officium admiserit, *ad agendam pœnitentiam tribus mensibus a suo officio esse sequestratus.* Et *c. 16.* Sacerdos, qui sciens raptori communicaverit, *anno integro pacem Ecclesiæ non habebit.* Et *c. 1.* Metropolitanus, qui negligit convocare Synodum intra biennium, *anno integro missas facere non præsumat.* Eodem pertinet canon ejusdem concilii sextus, septimus & decimus nonus. In Concilio Aurelianensi V. *c. 3.* Episcopus a metropolitano vel a comprovincialibus suis ab officio anno uno suspendi jubetur, qui mulieris licet propinquæ conversatione domestica utitur. Et *c. 5.* decernitur, ut Episcopus, qui alienum clericum ordinaverit, *sex mensibus missas facere non præsumat.* Qualis pœna etiam statuitur, *c. 6. 8. 18* & *c. 9.* ubi dicitur, anno integro ab officio vel charitate fratrum extraneum debere haberi Episcopum, qui Laicum præponere ordinaverit. Pari modo in Concilio Narbonensi *c. 11.* dicitur, ab stipendio rejiciendum & inclinandum esse Clericum indoctum, *quoad usque curvatus impleat & defendat, quod esse cognoscitur.* Et in Concilio Bracarensi III. *c. 1.* fit decretum de eo, qui minus recte Sacramentum cœnæ administraverit, ut

is

notoriam fornicationem, (552) vel aliud crimen (553) ipso jure a sui executione ordinis, vel officii arcetur. Ob

is tamdiu a sacrificando cesset, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correptus ad gradus sui officium redeat, quod amisit. Sed quid opus prolixius his insistere, cum ubique obvia extent talia sive decreta, sive exempla. Z. *III. 32. 3. & 4.*

(552) Est vero vocabulum valde ambiguum, non solum quoad usum Juris Canonici, sed etiam quoad praxin, quid sit 1) notoria, 2) fornicatio, 3) Cleri. De criminis 1) notorii ambiguitate jam prolixius actum est *nota 64.* item 517. & 518. 2) Fornicationis ambiguitas exposita est supra *nota 316. 317. 318.* 3) De clero mirandum, quod pœna suspensionis in fornicatores sit statuta, & ita Laicis revelatum sit arcanum, quod Clerici capaces sint fornicationis, de qubus alias sine metu interdictionis aquæ & ignis vix Laicis permissum foret cogitare de possibilitate hujus casus. Sed ita tamen se res habet. Glossa ad Lancelottum *h. l.* provocat ad *can. Si quis 10. dist. 81.* qui desumtus est ex tertia Synodo Aurelianensi *cap. 7. Si quis Clericus adulterasse aut confessus aut convictus fuerit, depositus ab officio, communione concessa in monasterio toto vitæ suæ tempore detrudatur.* Hic 1. nota, incertum esse an adulterii vox, quam & ipsam ambiguam fecit jus Canonicum per tradita *nota 314. 315.* hic sumatur in sensu lato & abusivo juris Canonici, an in sensu stricto, jure Romano & Mosaico recepta. 2) Raram esse praxin hujus canonis, quia rarissime Clerici ea stupiditate laborant, ut confessuri sint, se adulteros esse, probatio vero per testes sit valde difficilis & testibus etiam periculosa. 3) Præprimis cum inculcaverint jam olim hunc articulum fidei Laicis, Clericum, quando est solus cum sola, præsumi orare pater noster. 4) Ut taceam etsi testis deponat de visu, dubium tamen manere, annon diabolus potuerit testi, assumta persona Clerici, glaucoma facere, ad exemplum eorum, quæ cum Kunigunde Henrici III. uxore acta esse an-

Variæ observationes de 1) notoria 2) fornicatione 3) Cleri.

Ob mortale peccatum non notorium est quis suspensus, qaoad se ipsum non quoad alios.

§. 2.

notavimus supra *nota 41. sect. 2.* 5) Hic textus non agit de suspensione, sed de depositione. Porro provocat Glossa *ad can. Præter hoc 6. dist. 32.* ubi Pontifex Alexander II. sic præcipit: *Præter hoc autem præcipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Unde etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: Quicunque Sacerdos, diaconus, subdiaconus, post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri Sanctissimi Papæ Leonis, ac Nicolai de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis DEI, & auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, ut missas non cantet, nec Evangelium, aut Epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad divina officia cum his, qui præfatæ constitution. obedientes fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia suscipiat.*[1] Hic noto, 1) frequentes fuisse casus illis temporibus Clericorum adulterorum & concubinariorum. Nam de eo quod semel aut bis fit, non solent fieri canones vel leges. 2) Caute prohibere hic Clero Pontificem non concubinatum omnem, forte quod hoc videretur moraliter impossibile esse, sed saltem, si quis concubinam palam duxerit, ubi tamen valde ambiguum est: quid sit, *concubinam palam ducere* & an casus hi valde tum fuerint frequentes, quod non arbitror. 3) Facile igitur Clericus poterat evitare hanc pœnam, si modo non palam duceret concubinam, aut cum ea dormiret, sed aureum dictum: SI NON CASTE TAMEN CAUTE, probe observaret. 4) Sed forte in illo canone per Concubinam publice ductam intelligitur legitima conjux, cum videlicet Clericus, qui donum castitatis non haberet, publice sibi desponderet fœminam ut uxorem secundariam.

Quod

§. 2. At si a) crimen per sententiam, vel per confessionem factam in jure, aut rei ipsius evidentiam notorium non sit: & si quilibet pro mortali peccato, quoad seipsum, sit suspensus, quoad alios tamen pro suspenso non habetur: (554) ideoque in officiis Ecclesiasticis vitandus non erit. (555)

a) *c. fin. ext. de cohabit. cler. & mul.*

Quæ

Quod Jure Canonico ex hypothesi de interdicto Clericis matrimonio idem erat, acsi fornicationem commisissent. Unde novus significatus fornicationis Clero proprius & cum Laicis non communis oritur, scilicet, cum uxore propria. Pertinet huc *canon 10. ead. dist. 32. Eos qui post subdiaconatum uxoribus vacare volunt, ab omni sacro ordine removemus, officioque atque beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quodsi ab Episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum fœminas mancipent servituti. Si vero Episcopi consenserint eorum pravitatibus, ipsi officii interdictione mulctentur.* Vides adeo eadem imo graviore pœna puniri clericos cum propriis uxoribus cohabitantes, quam si fornicarentur & adulteria etiam publice committerent &c. T.

(553) Ita e. g. Clericus, qui clandestinis interest conjugiis, per triennium suspendi jubetur *c. fin. X. de clandestin. despons.* ita quoque qui literas falsavit, *c. tam literis X. de testib*, qui a crapula & ebrietate non abstinet *c. 14. X. de vit. & honest. clericor.* qui propter comessationes officio suo non fungitur, *c. 9. X. de celebr. miss.* qui in causa pecuniaria falsum testimonium dixit, *auth. presbyteri C. de Episc. & Cler.* qui ad tabulas ludit, aut ludentibus inspector est, aut ad spectacula spectandi gratia venit. *auth. interdicimus C. eod.* & similia. Z. *Exempla aliorum criminum.*

ad §. 2.

(554) Suspensio proximum effectum habet abstinentiam ab officio. At qui non abstinet, quomodo suspensus dici potest. *Objectio*

Quæ sit suspensio judicis.

§. 3. Iudicis suspensio est, ut cum sententia quis ab eadem executione (556) ex causa removetur.

Suspensio solum ordinem & statum Ecclesiasticum respicit: & privatio præsupponit habitum.

§. 4. Est autem suspensio (velut Ecclesiastica censura (557) considerata) respectu quodam aliquanto

---

Certe nomen ei conveniet sine re. Ideoque si effectu non debet destitui talis suspensio, optimum erit, ut interveniat sententia declaratoria. Suspensio enim non virtute clavium ligat, sed est externa quædam pœna, quæ in tantum obligat, in quantum externa est, cum Ecclesia ad occulta & secreta per disciplinam suam non penetret. M. A. de Dominis *de Rep. Eccles. l. 5. c. 9. n. 36.* Z.

De vitatione suspensorum. (555) Non est quæstio, utrum vitari ab aliis debeat, quomodo enim vitari potest, de cujus crimine & suspensione non constat? sed utrum ipse abstinere debeat officio Ecclesiastico, quod utique necesse est, si ipso jure sit suspensio. Disceptant autem adhuc Canonistæ, quatenus vitari debeat suspensus, uti videre licet apud Thomam Hurtad. *tr. 1. resol. 25. §. 1. & 2.* qui concludit ex constitutione Martini V. non debere vitari suspensum, nisi suspensio fuerit promulgata aut denunciata specialiter. Z.

ad §. 3.

Executio quid? (556) Ordinis scil. vel officii. Eam autem præcedere debet monitio. *c. 26. X. de appellat.* Z.

ad §. 4.

Suspensio an censura. (557) Censuram esse negat M. A. de Dominis *d. l.* Nos vero concedere possumus eo sensu, quo dixi supr. *ad tit. 12.* interim tamen hoc recte asserit de Dominis, quod ex clavium potestate non decernatur suspensio. Z.

(558)

to quam excommunicatio (558) vel interdictum, strictior: quippe quod & excommunicatio, & interdictum non solum clericos, verum etiam laicos innectere possunt: at suspensio cum nihil aliud sit, quam inhabilitas quædam ad exequendos ordines, & officia ecclesiastica, nullos præterquam ipsos clericos, (559) attingere potest. Nec enim ulli ejus ordinis, vel officii, cujus est penitus expers, administratio vetari & interdici potest.

Ingerens se divinis, incurrit irregularitatem. Et quid sit irregularitas.

§. 5. Cavebunt b) igitur Clerici, Iudices, & Ecclesiarum Prælati, ne pœnam hanc suspensionis incurrant, scituri, quod si ea durante (560) sese divi-

b) *c. 1. in fin. & c. is cui de sent. excomm. in 6*

(558) Suspensionem quæ adversus ministrum Ecclesiasticum decernitur, esse vel ipsam excommunicationem, ut si suspendatur ab officio & beneficio, ab ingressu Ecclesiæ & ab usu consortii fidelium, vel partem ejusdem excommunicationis, ut si suspendatur ab ingressu Ecclesiæ, vel a divinis vel a Synaxi vel ab administratione Ecclesiæ &c. contendit M. A. de Dominis *d. l.* Sed videtur suspensionis vocabulum laxius accipere. Proprie enim si sumatur pro inhibitione officii sui, distincta est ab excommunicatione censura. Z. *Suspensionis & excommunicationis differentia.*

(559) Possunt tamen etiam Laici ab officiis suis suspendi aut a professione sua. Exempla sunt in *l. 9. ff. de pœn. l. 7. §. 20. ff. de interdict. & releg. l. 3. C. ex quib. caus. infam. l. 5. ff. de decurion. l. 1. §. 13. ff. de offic. præf. urbi.* Z. *Suspensio Laicorum.*

ad §. 5.

(560) Volunt Canonistæ, infamatum infamia facti, ratione cu- *Dissensio Canonistarum.*

vinis ingesserint (secundum Canonicarum sanctionum tenorem & distinctionem) irregularitatis laqueo sese involvent, a quo interdum non, nisi per summum Pontificem (561) liberari poterunt. Est autem irregularitas, nota quædam (562) seu Canonicum impedimen-

cujus suspenditur suspensione facti, non esse irregularem, & sacra administrare posse. Vid. Hurtad. *tr. 1. resol. 36. & 38.* Statuit tamen Did. Covarruvias *in Clem. si furiosus p. 1. §. 1. n. 6.* Clericum Sodomitam, etiamsi sit occultus, ipso facto esse suspensum, & si celebret, proprie esse irregularem. Adeo dissentiunt inter se morum informatores. Z.

Extensio. (561) Etiam hoc intelligit Hurtado de irregularitate, quam contrahunt juridice convicti aut condemnati, quia scil. facultas dispensandi non aliter competat Episcopis aliis, nisi res manserit in foro conscientiæ; ubi vero in foro externo res decisa fuerit, non amplius Episcopi esse partes, sed a Romano Pontifice dispensationem petendam esse. *resol. 39.* Z.

An irregularitas sit censura? (562) Valde disceptant Canonistæ an irregularitas sit censura? Pro negativa sunt illæ rationes 1) irregularitas in genere non est vinculum sententia & pœna, sed inhabilitas & Canonicum impedimentum contractum aliquando sine culpa. 2) censura est medicina, irregularitas vero non, quia non præsupponit semper opus peccaminosum, sed aliquando meritorium. 3) censura separat a participatione Sacramentorum & communione fidelium; irregularitas tantum privat ab ordinum susceptione exercitioque. 4) Censura tollitur absolutione, irregularitas dispensatione. Contra tamen irregularitatem ex delicto esse censuram, & rationes dissentientium probare saltem, eam esse diversam speciem censuræ latius defendit Tellez *ad c. 20. X. de V. S.* Repete supra dicta *nota 411. seq.* T.

(563)

mentum, (563) ex facto seu defectu proveniens, quo quis tam ad Ecclesiasticos ordines promoveri, quam promotus in iisdem ministrare prohibetur, quod qualiter accidat, tam supra ex primo libro, quam (564) etiam ex variis Decretalium locis facile est legentibus cognoscere.

Episcopi & superiores nunquam incurrunt sententiam interdicti, vel suspensionis, ipso jure, nisi de ipsis expressa mentio habeatur.

§.6. Ea propter optima ratione, Innocentiana c) constitutione cautum est, ne Episcopi (565) eorumque superiores ullius constitutionis, sententiæ, sive

c) *c. quia periculosum. de sent. excomm. in 6.*

(563) Per hoc intelligenda est legalis quædam seu canonica inhabilitas juris positivi Ecclesiastici. Alii enim improprie etiam defectus quosdam naturales irregularitatis nomine comprehendunt, sed qui physice potius quam mere legaliter hominem reddunt sacri ordinis incapacem. Irregularitas autem non incurritur, nisi in casibus a jure expressis *c. 18. de sent. excomm. in 6.* Z. *Declaratio.*

(564) Videlicet *tit. 25. qui promoveri non possunt.* T. *Remissio ad §. 6.*

(565) Episcopi, uti in aliis supra reliquum clerum ἀναβεβήκασιν, ita etiam in censuris & pœnis. Et hos tamen quemadmodum vitæ puritate reliquos omnes superare debent, ita ut in eadem retineantur, nu llis non censuris coercere melius esset. Nec excusari hæc Innocentii constitutio ex eo potest, quod Episcopi pontificia'e officium frequenter exercere compellantur, siquidem satius esset interea officium ejusmodi intermittere, donec aliter provisum fuerit Ecclesiæ, quam cum ingenti scandalo pati, ut ab Episcopo notorie Simoniaco aut fornicatore ordinentur presbyteri aut alia sacra peragantur. Z. *Ratio Pontificis insufficiens.*

five mandati occasione, interdicti, vel suspensionis sententiam (nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur) ipso jure incurrant: esset enim hoc nimis periculosum ob Pontificialis officii, quod frequenter exercere compelluntur, executionem. (566)

Ex-

Corollarium de tribus Papatus gradibus.

(566) Cum in ea sim persuasione tres gradus Papatus esse, 1) distinctionem inter Clericos & Laicos, 2) eminentiam potestatis Episcopalis & privilegia Episcopis in Jure Canonico præ reliquis Presbyteris data, 3) eminentiam & superioritatem Papæ præ reliquis Episcopis; ne quis sententiam meam cavilletur, & in alienum sensum trahat, coronidis loco, pro ea declaranda lubet sequentes observationes addere. Et de primo quidem gradu jam supra *lib. 1. nota 41. sect. 2. & nota 43. sect. 2. p. 25. & 27.* declaravi satis, quid in ea distinctione Juris Canonici taxem. Hic saltem addere illud liceat, quod de separatione illa ordinis Ecclesiastici a plebe, observavit Innocentius Gentilletus *in Exam. Concil. Tridentini lib. 4. sess. 23. §. 2. p. 216. seq. Hujus ordinis Hierarchici*, inquit, *constitutio (magnum præ se ferens splendoris fucum) privilegiorumque ab ipsis coacervatorum cumulus ingens, effecerunt, ut tandem Ecclesiastici a Nobilitate & Popularibus distincti sint, statusque publici ordinem Ecclesiasticum (origine ultimum & ordine primum) obtinuerint. Antea enim unusquisque eorum natalitio suo ordini jungebatur, Nobiles nempe Sacerdotes, Nobilium ordini, & populares populari, neque unquam a suis gregibus separabantur, quinimo hoc vinculo arctissime colligabantur. Ast ubi separatum ab aliis ordinem obtinuerunt, & innumerabili privilegiorum congerie (quam hodie multi* Mare magnum *vocitant) partim a quorundam Principum indulgentia, partim vero maxime a Romani Pontificis profusa liberalitate obtentorum sese muniverunt, cæpit prisca illa,*

1) De privilegiis Clericorum præ Laicis: Locus Gentilleti:

qua

quæ inter pastores & greges intercedebat unio, paulatim frigescere & obliterari. Hinc tandem natus est litium & controversiarum infinitus numerus, Ecclesiasticis sua privilegia asserentibus & tutantibus adversus cæteros ordines, illa tanquam iniqua, & in eorum detrimentum inique obtenta oppugnantes. Ex hujusmodi dissidiis evenit, ut verissimum esset, quod Bonifacius VIII. Romanus Pontifex, Clericorum immunitatibus & privilegiis favens dicebat: Laicos Clericis vulgo infestos esse, eosque odio prosequi. *Sed certe quo tempore Clerus distinctum ab aliis Ordinem non habebat, Laici nequaquam ei infesti erant.*

Monitum necessarium.

Nequaquam tamen hæc eo trahi debent, acsi velim, distinctionem inter ministros vel Doctores Ecclesiæ, & auditores esse tollendam, aut eorum officia inter se miscenda vel confundenda, cum alibi peculiari dissertatione docuerim omnino Doctores Ecclesiæ majore honore esse afficiendos & meliore sustentatione iis esse prospiciendum, quam apud nos hactenus factum fuit. Quod secundum Papatus gradum attinet, ante omnia hic repetenda sunt quæ de eo notavi *lib. 1. not. 44. sect. 2. p. 28.* Cum vero ibi mentio scriptorum Blondelli & Hammondi facta fuerit, melioris illustrationis gratia sequentia addo: Docuerat inter alia Claudius Salmasius in Trapezitico, primis & Apostolicis Ecclesiæ temporibus nomen Episcopi curationis & administrationis cujusdam, sine honore ac potestate fuisse. Hanc assertionem Dion. Petavius Jesuita refutandam sibi sumserat, ostensurus videlicet, jurisdictionem Episcopalem in Presbyteros etiam esse ex instituto divino. Salmasius ut sententiam suam vindicaret, edidit *anno 1641.* scriptum cui titulus *Wallonis Messalini de Episcopis & Presbyteris contra D. Petavium Lojolitam dissertatio prima* (præter hanc tamen postea secunda, quod sciam, secuta non est:) In hac strenue operam dedit, ut doctrinam suam stabiliret, ac Petavii exceptionibus satisfaceret, atque tum *in cap. 6. & ultimo* (ubi etiam *p. 429.* occasionem litis docet) concluderet, Jurisdictionem nullam habuisse antiquæ Ecclesiæ Episcopos, eosdemque Presbyteros, sed natam subsequentibus temporibus Episcoporum jurisdictionem ex ordinis Presbyteralis & Episcopalis distinctione:

a) De Episcoporum imperio in Presbyteros.

Historia controversiæ inter Protestantes de differentia inter Episcopos & Presbyteros.

ctione & Principum Christianorum indulgentia. Paulo post, *anno videlicet 1646.* David Blondellus edidit Apologiam pro sententia Hieronymi de Episcopis & Presbyteris, in qua eandem doctrinam quam Salmasius propugnaverat, defendendam suscepit adversus Concilii Tridentini *sess. 23.* & Ludovici Cellotii Jesuitæ tractatum de Hierarchia (vid. *Præf. p. 62. 63.*) Inscripserat autem Præfationem *universis DEI servis, occidente toto, maxime vero per Britannias ad Christiani populi Ecclesiasticum & Politicum regimen vocatis,* nec diffitetur in Præfatione, se in ipso tractatu respexisse subinde ad Doctores Anglos, quos Episcopales vocare consueverunt. Spectant huc verba *p. 70. Præfat. Vos nunc, si permittitis, compellare juvat, florente nuper pace præ aliis Europæ regionibus beatarum, sed quas a triennio armata Dei potentis manus urgere non desiit, Britanniarum ἀκροθίνια, sive propagatæ a Protestantibus cismarinis simplicitatis desiderio teneamini, sive instituto sub Eduardo 6. regimini adsueti id retinere malitis; omnes & singulos etiam atque etiam obsecro, ut liberas, sed famæ vestræ, multorum (quod non ignoratis) morsibus appetitæ studio expressas voces æqui bonique consulatis,* &c. Porro ediderat Ludovicus Capellus *Theses de Episcoporum & Presbyterorum discrimine*, quarum 5. sic concepta erat: *De Episcoporum supra Presbyteros prærogativa hactenus inter ipsos Protestantes ab Anglicanis Episcopis disputatum fuit, sed & ea lis & controversia definita jam videtur a viris longe doctissimis Dn. Salmasio & Blondello.* Quod sic accipiebat Henricus Hammondus *in Epistola* tractatui suo præmissa §. 12. quasi Episcopalis ordo sic a Claudio Salmasio & D. Blondello devictus sit, & expugnatus, ut ab omnibus plane desertus & derelictus nec fautorem invenerit nec defensorem. Ægre hoc ferebat Hammondus, & Blondelli præfationem etiam Britannis inscriptam, sic interpretabatur, acsi de Ecclesia Anglicana ægra jam & vacillante & animam quasi ipsam inter intestinas turbas & clades agente illico triumphos agere molitus esset. (vid. *d. Epist. prælim.* §. 4.) Igitur *anno 1651.* publicabat *Dissertationes quatuor, quibus Episcopatus Jura ex S. Scriptu-*

ris

ris & Primæva Antiquitate adſtruuntur contra ſententiam D. Blondelli & aliorum (potisſimum vero Salmaſii, quem pasſim nominat.) Quod vero originem diſſenſus inter Pontificios, qui occaſionem dedit decreto Concilii Tridentini concernit, eam ſuccincte & erudite exponit Burnetus *in additionibus & correcti-onibus ad Partem I. Hiſtor. Reform. in Anglia p. m. 502. ſeq.* "L' ancienne Egliſe ne connoiſſoit point les ſubtilitez de derniers ſiécles. On croyoit alors, que l' impoſition des mains ſuffiſoit pour conſacrer les Evêques; & qu' il y avoit des fonctions eccleſiaſtiques, qui ne pouvoient étre faites ſans eux, comme l' Ordination, la Confirmation &c. Du reſte, on ne rafinoit pas ſur cette matiére, juſqu' à vouloir approfondir, ſi les Evêques & les Preſtres differoient en ordre, en office, ou en degré ſeulement. Mais les Scholaſtiques, qui ont examinée toutes choſes, ſelon les régles de la Logique avec des ſubtilitez impenetrables; & lés Canoniſtes, qui ont commenté la pratique de l' Egliſe ancienne, ſe ſont mis à établir de l' égalité, entre les Evêques & les Preſtres, ou ont tâché de reduire leur difference à peu de choſe. Les uns & les autres avoient leur vuës en cela. Les Scholaſtiques, ayant établi le dogme de la Tranſubſtantiation, exaltoient, autant qu' ils pouvoient, l' office des Preſtres; ſelon eux il ne pouvoit point y avoir de dignité, au deſſus de celle, qui communique à un homme, la puiſſance de changer l' hoſtie en Dieu. Et comme ils s' eſtoient déja eloignez du ſentiment de l' Egliſe ancienne, en croyant, qu' un Preſtre reçoit les Ordres, lors qu' on lui preſente les vaiſſeaux ſacrez, & non pas lors qu' on lui impoſe les mains, ils mirent l' Ordre des Preſtres en paralelle, avec celui des Evêques. A meſure que les Scholaſtiques ont travaillé, à exalter la dignité des Preſtres, les Canoniſtes ſe ſont efforcez, de rabaiſſer celle des Evêques; écrivant preſque toûjours, pour s' avancer; & ne pouvant mieux le faire, qu' en s' intereſſant pour la gloire, & pour la Puiſſance des Papes. Or pour donner un plus grand éclat à cette puiſſance, & à cette gloire, il faloit diminuer l' autorité des Evêques. C' eſtoit par la ſeulement, qu' on pouvoit juſtifier diver-

Origo diſſenſionis inter Pontificios de Epiſcopis & Presbyteris.

ſes uſurpations des Papes; les exemtions des Moines, l' établiſſement des Cours de Légat, & le jugement des cauſes, ſoit par appél, on bien en premiére inſtance; toutes ces pratiques eſtant injuſtes, ſi la jurisdiction de chaque Evêque eſt fondée ſur le droit divin. On vouloit donc les abaiſſer, autant qu' il ſeroit poſſible; & les contraindre à ſe regarder, comme de ſimples Déléguez du Pape, qui tenoient leur autorité, du Siége Apoſtolique plûtot que d' une commiſſion de Jeſus Chriſt, ou de ſes Apôtres. Dans cette diſpoſition, ils conſideroient, que l' on ne pourroit, ſans porter un coup mortel, à la puiſſance des Papes, déclarer que l' autorité des Evêques eſt de droit divin. Auſſi fireut - ils de puiſſans efforts à Trente ponr prévenir une ſemblable déciſion. Puis donc que ç' avoit eſté la coûtume, de conſiderer la dignité des Evêques, & celle des Preſtres, comme une même diguité, il' ne faut pas s' etonner, que ſous Henry VIII, les Eccleſiſtiques d' Angleterre, dont la plûpart conſervoient encore le levain de la vielle ſuperſtition, & dont le reſte n' avoit pas aſſez de temps, pour examiner les matiéres les moins importantes, retinrent l' ancien langage.,, His parallela ſunt, quæ tradit Innocentius Gentilletus *in præfatione Concilii Tridentini: Hiſce omnibus accedebant Epiſcoporum querelæ, autoritatem ſuam eſſe imminutam a Pontificibus indignantium:* Certe, quando Beneficiorum collationes, præventiones, cauſarum avocationes, diſpenſationum, abſolutionum aliorumque ſimilium jura Papæ ipſis paulatim ademta jam palam uſurparent, quid ſibi niſi modica jurisdictio reliqua? *Præſagiebant hæc omnia dudum animo ſuo Pontifices: quare ægre & ſero tandem convocationi hujus Concilii adſenſerunt. At cum inter cætera etiam quæſtio de reſidentia, quam vocant, Epiſcoporum, id eſt de fixa mora Præſulum in Epiſcopatibus ſuis agitaretur inter Patres, & eadem opera diſputaretur, an Epiſcoporum inſtitutio eſſet juris divini, an vero juris Eccleſiaſtici & poſitivi, angi jam non injuria videbantur.* Nam ſi ſemel definiviſſet Concilium, traditam eſſe Epiſcopis a Chriſto Eccleſiarum ſuarum adminiſtrandarum curam, quin etiam a Chriſto ſimul data eſſet authoritas ad id regimen neceſſaria,

pro-

procul dubio esse iniquam, aut nulla vel saltem modica sit Pontifici potestas. *Narant hoc arcanum Hispani, paucique alii, sed non promiscue vulgandum esse. Et ab hac parte stabat maior pars Theologorum, præcipue Dominicani, instigantibus Hispanis. At frustra fuerunt. Nam Papa per Clientes atque Emissarios, præcipue suos Legatos Concilii Præsides, omni vi ac contentione contra obnitebatur: qui cum nihil rationibus & authoritatibus hucusque profecisse animadverterent: aliam viam ineundam rati, deposita omni persona qua utrimque in hunc diem usi fuerant metu ac terrore adversarios absterrere satagunt: Dictitantes,* eos, qui Episcoporum institutionem jure divino assertum ibant, autoritatem Pontificis infringere atque imminutum ire: eoque concesso, non fore posthac in potestate Papæ augere aut diminuere, dividere, aut unire, mutare aut transferre sedes Episcopales, neque vacuas relinquere, aut administrandas dare, aut etiam commendare: neque posse deinceps restringere, multo minus auferre autoritatem absolvendi, tolli omnes dispensationes a Pontificibus concessas &c. *Eoque aliquando ventum est, ut nonnulli adversæ factionis Episcopi abitionem paraverint, exosi nimirum legatis Papæ, cæterisque ejus clientibus, qui variis technis facti superiores, cæteris jam dudum præcellebant, eoque haud injuria a magno aliquo malo sibi metuentes. Et certe non alia quæstio æque Patres occupabat fatigabatque, multis pluribusque sessionibus sic satis animose hinc inde agitata ac ventilata. Ergo tandem boni Episcopi etiam frustra sunt, caduntque causa, dum nihil nisi ex Præscripto Papæ definitur: Patribus adeo Romanensium factioni obstrictis, ut finito Concilio, actorum decretorumque a se confirmationem a Papa petere haud sint veriti.* Unde nescio quomodo sui oblitus fuerit idem Gentilettus, dum *in exam. session. 23. §. 3. p. 217.* asserit, decrevisse Patres, *jure divino Episcopos Presbyteris superiores esse.* Nam ut ipse refert *p. 215.* hoc non dicit Concilium Tridentinum. Etenim Canon 6. sic habet: *Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris & mini-*

ministris, anathema sit. Canon vero sequens 7. sic ait: *Si quis dixerit; Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel eam, quam habent potestatem, illis esse cum presbyteris communem, vel Ordines ab illis collatos sine populi vel potestatis secularis consensu aut vocatione irritos esse, anathema sit.* Vides, dicit quidem concilium: *Hierarchiam esse divinitus institutam*, dicit: *Episcopos Presbiteris esse superiores*, non tamen dicit *Iure divino eos habere potestatem in Presbyteros*, sed potius litem ea de re inter Episcopos antea agitatam indecisam reliquit, ita, ut quilibet salvo decreto concilii possit defendere, Episcoporum potestatem esse juris divini vel Ecclesiastici positivi, modo non neget ipsam potestatem. Quod studiosum veritatis attinet, is duo extrema hic vitat. 1) ne putet, Episcoporum eminentiam præ presbyteris & jurisdictionem speudospiritualem ac indepedentem a magistratu Politico esse divini instituti vel præcepti, sed ejus ortum deberi negligentiæ & indulgentiæ magistratuum Christianorum & astutiæ Cleri Pontificii, ac sic si non causam genuinam, saltem occasionem præbuisse, ut tandem Papa similiter jussum aliquod divinum ex sacris literis extorqueret, ex quo suam eminentiam & jurisdictionem super omnes Episcopos exsculperet. 2) ne putet etiam, jurisdictionem Episcopalem & ordines Hierarchicos, quia non conveniant cum statu Ecclesiæ Apostolico, esse jure divino prohibitam & religioni Christianæ adversam, adeoque non oppugnet eos, qui tali regimine Ecclesiastico vere Politico (remota larva spiritualitatis) & a magistratu Politico, dependente utuntur, uti non solum in Anglia sed etiam in Germania apud Principes Lutheranos observatur. Quod denique tertium & supremum Papatus gradum spectat, uti cuilibet patet, impossibile moraliter & Politice fuisse, ut Papa sine prioribus duabus doctrinis in praxim introductis ad culmen eminentiæ suæ venire potuisset, ita quod jurisdictio illa Episcopalis immediatum, ut ita dicam, fundamentum, istius culminis sit, illustratur ex loco Joh. van der Waeyen *in Epist. Apolog. advers. literas Frider. Spanhemii p. 319.* Non egerunt ex sapienti Christi atque Apostolorum consilio, qui eam Hierarchiam primi excogitarunt, & quo-

Monita circa hunc secundum gradum.

3) De Papæ dominatu in Episcopos.

quocunque tandem meliori prætextu in Ecclesiam introduxerunt Secus statuere Fredericum plus semel vidimus. Hanc autem ex prioribus thesibus sequi clarius est, quam ut ulla probatione indigeat. Dicet; Schismatibus mederi atque obicem sic ponere voluit pia antiquitas; at quo successu, novimus, infausto sane & luctuosissimo. Verum eodem carnalis sapientiæ axiomate omnis fundatus est Papismus. Quin fieri non potest, ut qui carnis illud consilium admiserit, non postliminio Papatum revocet aut admittat saltem; exemplo sit bonus ille Melanchton, quando *Operum Tom. 4. p. 825. & 829.* hunc in modum differit: *Concedunt nostri politiam Ecclesiasticam rem licitam esse, quod videlicet sint aliqui Episcopi qui præsint pluribus Ecclesiis; Item quod Romanus Pontifex praeest omnibus Episcopis - - - - facile possunt retinere autoritatem suam, & Romanus Pontifex & cæteri Episcopi.* Et profecto horret animus cum lego ea quæ habet Casaubonus *Epistola* ꟾↃCCX. *pag. 933. Rebus ipsis probet Romanus Pontifex, non suam se, verum Dei immortalis gloriam quærere, & populorum pacem, concordiam ac salutem sibi esse curæ: tum Serenissimus Rex, quod in monitoria sua dudum est protestatus, sine cunctatione primas ei deferet, ipsumque* πάσης τῆς ἐκκλησίας προνοεῖν, *cum Gregorio Nazianzeno, dicet NB. non invitus.* Optime igitur Hierarchicorum nixus fundamento, Bellarminus *de R. P. L. 1. cap. 9. p. 532. Deinde quibus rationibus probatur, debere unum Episcopum præesse Parochis, Archiepiscopum Episcopis, Patriarcham Archiepiscopis: iisdem probari potest, unum Pontificem summum præesse debere Patriarchis. Cur necessarius est in singulis Ecclesiis unus Episcopus, nisi quia una civitas non potest bene regi nisi ab uno? at etiam una est ecclesia universa. Item cur unus requiritur Archiepiscopus, nisi ut contineantur Episcopi in unitate, ut dissolvantur eorum lites, ut ad Synodum convocentur, ut cogantur fungi suo munere? at propter easdem causas requiritur unus qui Archiepiscopis & primatibus omnibus præsit.* Nec video, quid reposituri sint Hierarchici, nisi, quod & ilico ipsis in ore est, u-

num

Explicit liber quartus & ultimus Institutionum Juris Canonici: in quibus, si quid diversum, Lector, inveneris ab his, quæ in Commentario (567) *jampridem edito delineata inveniuntur, scito ea Authorem, cum ultimam Operi limam adhiberet, meliora secutum immutasse.*

---

num huic labori non sufficere, sic Confess. Angl. sic Laudus & alii. At an unicus sufficit universiæ Hiberniæ? an suæ parochiæ, aut, ut jam loquuntur, diœcesi, sufficit Cantabrigiensis? Quin universo Occidenti Papam sufficere plures Hierarchici agnoscunt, Ultro id concessisse dicitur Jacobus Rex. Hæc verba referuntur, ut ab ipso prolata: *Si on venoit aujourd' hui, elle* nimirum Ecclesia Anglicana, *donneroit de bon cœur par son suffrage le premieur lieu à l' Evêque de Rome, parce qu' estant Roi en Occident, elle adhereroit volontiers au Patriarche d' Occident.* Coufferteau allegat & ex ipso Schelstraete *Antiquit. illustr. part. 1. differt. 11. cap. 4. §. 9.* quid si pomœria Ecclesiæ Romanæ in eas angustias redigerentur, ut limites Hyberniæ non excederet, aut cum Cantabrigiensis ditione paria faceret? Hactenus Vander Waeyen. T.

Commentarius Lancelotti ad Institutiones. (567) Cum in isto commentario, cujus hic mentio fit, multa contineantur, quæ ad historiam harum institutionum pertinent, curavi ut is, prout institutionibus Lancelotti cum Glossis Coloniæ 1609 editis post finem earum *p. 939. seq.* adjunctus est, huic novæ editioni præmitteretur. T.

FINIS.

INDEX
Rerum & Verborum in Lancelotti Institutionum Juris Canonici textum & adjectas noras.

Numerus paginam: *litera T.* Textum: *N.* Notas designat.

ap-

 gni-

co-

rum

zmu-

Dies-

E-

Re;

Hie-

obligat hæc inhibitio a die non decretæ sed insinuatæ inhibitionis, *ibid.* ad ea non pertinet inhibitio, quæ post appellationem ab interlocutoria ante vel intra decretam & insinuatam inhibitionem facta sunt. 1648. N.

Injuria) inferens injuriam & damnum, quomodo debeat damnum resarcire 2111. 2112. T. & N. quomodo lex Aquilia damnum injuria datum coerceat 2111. 2112. N. quot & quibus modis inferantur injuriæ 2114. T. & *N.* quomodo re inferatur iniuria 2114. 2116. T. variæ species iniuriarum realium, 2116, 2117. N. Iniuria per picturam illata 2117. N. *Remissive.* hodie ob barbam rasam vel expilatam num detur actio iniuriarum, *ibid. remissive.* an & quatenus ob osculum detur actio iniuriarum *ibid. remissive.* de actione iuiuriarum ob crepitum ventris, 2117. N. *remissive.* actio de iniuria scripta quando præscribatur 2114. N. rationes quod sit perpetua 2114. 2115. *N.* verius est eam esse annalem, 2116. N. quomodo verbis inferatur iniuria 2116. 2117. T. an detur iniuria verbalis, quæ non sit convitium 2117. 2118. N. quomodo literis aut scripto inferatur injuria 2117. T. 2118. N. an iniuria per picturam recte referatur ad iniuriam scriptam 2118. N. atroces iniuriæ quæ 2118. N. cur poenæ iniuriarum varient 2119. *N.* an actio iniuriarum repugnet Christianismo, 2119. 2120. 2121. 2122. 2123. N. abusus actionis iniuriarum & medium hunc abusum tollendi, 2123. 2124. N.

Inquisitio) de differentia inter denunciationem & inquisitionem 1679. *N.* num denunciatio peculiarem & diversum ab inquisitione processum constituat 1679, N. quis autor processus inquisitorii 1701. N. præparatio processus inquisitorii, *ibid. N.* accusationes fiscales ad processum accusatorium an inquisitorium pertineant, 1703. 1704. N. officialis inquisitionis quinam dictus 1703. N. utilitatem processus inquisitorii esse imaginariam, 1708. 1709. 1710. seqq. N. plura de processu inquisitorio vide *Processus.* In republ. Israelitica non institutum fuisse inquisitionem in delictis occultis 1711. *N. remissive.* Inquisitiones contra hæreticos & sagas, quomodo cœperint 1715. N. an necessario fama publica præcedere debeat inquisitionem 1716. T. & *N.* 1717. 1718. N. Dolus canonistarum necessario famam ad inquisitionem requirentium, 1718. 1719. N. abusus intuitu famæ in processu inquisitorio apud nostros notantur 1719. N. male sæpius hodierni Judices inquisitionem inchoare solent, 1719. *N.* confessus crimen coram inquisitore num possit confessionem revocare sub prætextu quasi non præcesserit fama inquisitionem 1719. 1720. T. & N. in inquisitione confessus crimen non statim condemnandus 1720. N. arcanum tyrannidis canonistarum punientium revocantes confessionem in inquisitione ut impœnitentes, 1720. N. artes inquisitorum ad eliciendam confessionem captivorum 1720. 1721. 1722. seqq. N. an judex inquisito excipiente, quod fama nulla præces serit, nihilominus procedere possit, 1724. T. & N. distinguenda inquisitio, quæ fit a poenitentiariis in confessione auriculari aut etiam extra eandem ab inquisitione judiciali, 1796. N. an leniendo sit reo pœna, quoties non per viam accusationis sed inquisitionis convictus est, 1863. 1864. N. arcanum

gato-

 cum

L.

Laicus

Cer-

Papi-

va-

T. &

San-

contra

cum

 tium

Suspe-

Testa-

Votum)



VAL 153 0657

Digitized by Google

Digitized by Google

166.
E.
18.